a ¶Aſſuerus, qui omnes Iudæos, ſicut in Eſther legitur, in vno die præcepit interfici in Suſis.

currat ei urſus, & ingrediatur domum, & innitatur manu ſua ſup

parietem, & mordeat eum colu-

a ¶Captiuitatis vel iudicii.

ber. Nunquid non tenebræ dies

domini, & non lux & caligo, & nõ

ſplendor in ea? † Odi & proieci fe-

a ¶Paſchæ, Pentecoſtes, & huiuſmodi. b ¶Manifeſte hæc dicuntur Iudæis, qui deſtructo templo credunt ſe offerre Deo, ſed Deus proiicit, nec curat cętus eorum qui dicunt, Crucifige.

ſtiuitates ueſtras, & non capiam

odorem cætuũ ueſtrorũ. † Quod

ſi obtuleritis mihi holocauſtoma

a ¶Non mea, quia etſi mihi manibus, dæmonibus tamen corde offertis.

ta, & munera ueſtra, nõ ſuſcipiam

a ¶Ad aruinam.

& † uota pinguium ueſtrorum nõ

a ¶Lyra & organo & aliis huiuſmodi ſolebat vti populus ille in figura futurorum.

reſpiciam. Aufer a me † tumul-

tum carminum tuorum, & can-

tica lyræ tuæ non audiam. † Et

¶Oculis omnium. a ¶Vindicta.

† reuelabitur quaſi aqua iudiciũ,

a ¶Subaudi, cuncta rapiet.

& iuſtitia quaſi torrens fortis.

Nunquid hoſtias & ſacrifi-

cium obtuliſtis mihi in deſerto

¶Non, ſed potius por.

quadraginta annis domus Iſrael?

Vę deſiderantibus diem do. *diem diuinæ vltionis denunciatam a prophetis. de qua ironice dicebant: Veniat dies illa: loquendo per modum optatiuum.* C

a Ad quid eam vobis. *id eſt qualis eſt vobis futura dies illa? Et reſpondet:*

b Dies do. iſta tene. *i. erit vobis tribulationis plena: quod per tenebram metaphorice deſignatur, ideo ſubditur:*

c Quomodo, &c. *i. tunc vobis occurrent tot pericula. quòd ſi aliquis euadat vnum, incidet in aliud. ideo concluditur:*

g Nunquid. *q. d. Sic & exponatur vt ſupra.*

h Odi. *Hic conſequenter aufertur remedium, quod poſſet eſſe per diuinam placationem: quod tollitur cum dicitur in perſona Dei:* Odi. & proie. *patet litera vſque ibi:*

i Aufer a me tum. *id eſt ſi offeras mihi laudes vocibus humanis, ſeu muſicis inſtrumentis, non acceptabo: quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Eccl. xv. b*

k Et reue. *id eſt valde manifeſte.*

l Iudicium. *id eſt executio iuſtitiæ meę.*

m Quaſi torrens. *qui ſuo impetu rapit ea quæ inuenit. q. d. ita rapiemini in captiuitatem.*

n Nunquid. *iſtud refertur ad tempus in quo filij Iſrael fuerunt in deſerto: Et dicunt aliqui expoſitores noſtri, quod a conflatione uituli Exod. xxxij. non obtulerunt ſacrificia & oblationes domino, ſed idolis quæ portabant in itinere. ſed hoc non videtur uerum, quia pro adoratione uituli populus fuit grauiter punitus, vt habetur ibidem: & ſimiliter pro peccato idololatriæ & Phegor, Nume. xxv. & ideo non eſt veriſimile, quod ſi tandiu exhibuiſſent idololatriam idolis quæ ſecum portaſſent, quin populus fuiſſet multoties de hoc punitus: & quin de hoc eſſet expreſſa mentio in libris Moyſi. Et ideo iſtud inducitur ad oſtendendum, quod ſacrificia non ſunt Deo accepta, niſi adſit bona uita, & hoc per oppoſitum, ſcilicet quia ſacrificia iſta fuerunt omiſſa longo tempore cum populus Iſrael eſſet in deſerto, & tamen dominus quaſi benignus & placatus illi populo contulit multa beneficia, præbendo Manna continue, & ducatum ignis & nubis de nocte & die, & multa alia beneficia. De dicta vero omiſſione ſacrificiorum dicit Ra. Sa. ſuper illud. Nume. ix. d. Fecerunt filij Iſrael Phaſe tempore ſuo: quod toto tempore quo fuit populus in deſerto non fecit, niſi illud Phaſe tantùm: & tamen erat principalis ſolennitas anni, & in qua debebant offerri ſacrificia ſolennia, & ſi illud fuit omiſſum multo fortius alia minus principalia. Fuit enim ſuper hoc cum populo diſpenſatum propter incertum nubis motum, ſicut & de omiſſione circunciſionis. Iſta tamen omiſſio ſacrificiorum non eſt ſic intelligenda generaliter, quod illo tempore fuerint nulla ſacrificia oblata, quia in dedicatione tabernaculi obtulerunt principes plura animalia in ſacrificium domini, Nume. vij. Et idem contigit ex aliquibus alijs cauſis ſpecialibus: & ſecundum hoc dicitur:* Nunquid hoſtias & ſacri. *q. d. pauca obtuliſtis: & ideo non computantur, ſecundum illud quod dicitur. ij. phyſicorum. Quod modicum eſt, quaſi nihil reputatur.* D

† Mala. 1. d

† multitudinem

† Act. 7. c

Philoſophus

¶ Et portaſtis

NICOLAVS DE LYRA.

¶ *de regno duarum tribuum, de quo prophetauerat Iere. & alij prophetæ, quòd populus iturus eſſet in captiuitatem Babylonicam: et inde poſt. lxx. annos rediturus & habiturus maiora bona quàm ante: quod tamen non erat intelligendum ſtatim poſt reditum, ſed longe poſt. ſ. in aduentu Chriſti, prout declaraui ſupra in pluribus locis, Iſa. Iere. & aliorum prophetarum. Multi tamen de populo intelligebant quòd habituri eſſent talia ſtatim in reditu: propter quod deſiderabant accelerationem ipſius captiuitatis propter accelerationem proſperitatis in reditu. Et ad hoc applicant literam ſequentem, in qua propheta eos increpat de tali deſiderio, vt dicunt iſti: Sed iſtud non videtur conuenienter dictum, quia non ſolum reges, ſcilicet Ioakim & Sedecias, ſed etiam principes & ſacerdotes & pſeudo prophetæ & communis populus perſequebantur Ieremiam ad mortem, eo quòd ipſe denunciabat illius captiuitatis accelerationem, ex quo patet quòd non deſiderabant eam, ſed magis abhorrebant: propter quod ſicut dictum eſt ſupra, hic propheta arguit illuſores. Multi enim in populo reputabant dicta prophetarum friuola de diuina punitione futura: & ſic deridendo dicebant. Iere. xvij. b. Vbi eſt verbum domini? Veniat. ſicut fuit ibidem expoſitum, ita dicitur hic. Væ deſiderantibus &c. Et diuiditur in duas partes. quia primo prædicitur ſupplicium, ſecundo aufertur remedium, ibi: Odi. Circa primum dicitur:* Væ deſi-

MORALITER.

✱ Chriſti qui dicitur dies. Ro. xiij. d. Nox præceſſit, dies aũt ap. Hunc autem diẽ Iudæi deſiderauerunt, & tamen in eius aduentu maiores p inuidiã, & minores p maiorũ deceptionẽ vt in pluribus excæcati fuerunt. Et ſic dies domini pp eorum malitiam fuit eis ad damnationem, & etiam ad deſtructionẽ temporalem. iõ ſubditur,

c *Quomodo ſi.* Iudęi namque rebellauerunt Romanis tempore Neronis, qui propter crudelitatem dicitur leo.

d *Et occur. ei ur.* per quem ſignificatur Veſpaſianus, qui propter dictam rebellionem uenit contra Iudæam.

e *Et in.* ſ. templi, ad quod vltimo fugerunt Iudæi.

f *Et mor.* per quem ſignificatur Titus, qui capto templo iuſſit ſacerdotes occidi.

h *Odi &.* nam a tempore mortis Chriſti legalia fuerunt mortua.

i *Aufer.* i. carmina Leuitarum, quę ceſſauerunt templo combuſto.

k *Et re. q.* i. punitio iuſta abundans & magna, quia tunc Iudæi partim fuerunt occiſi & partim captiuati.

n *Nunq. h.* i. in templo ꝓꝓ mortem Chriſti prophanato. q. d. Non.

o *Quadra.* Tot enim anni a paſſione Chriſti fluxerunt vſque ad deſtructionem templi, & cum hoc duo anni qui non computantur, propter paucitatem vltra numerum perfectum.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E ¶ *a* Et po.*ſecundum quod dicit Ra. Sa. & ſcđm ea q̃ pdicta ſunt de ſtatu populi in deſerto, iſtud non refertur ad literã immediate præcedentẽ, ſed ad illud qđ ſupra dictum eſt. Dies domini tenebrę & nõ lux.i. dies punitionis veſtræ erit plena tribulatione cui coniũgitur:* Et por.*i.portabitis loquendo de futuro per modũ pteriti pp certitudinẽ pphetię.*

† Sicchuth regem ueſtrum.

† placentã:

*b* Taber. *Dicit.n. Ra.Sa.ꝙ Aſſyrij ducẽtes decem trib. in captiuitatem poſuerũt idola, quæ coluerant, ſuper humeros eorum in itinere, vt ſic appareret ꝙ dii quos colebant non poterant eos ſaluare contra Aſſyrios. & huic expoſitioni conſonat litera ſequens.*

*d* Et migra. *i. vltra regnum Syriæ mittendo eos in captiuitatem in terram valde longinquam.* G

a ¶Quæ mihi facta erant a Moyſe. b ¶Ad honorem.

Et portaſtis† tabernacula Moloch a b

a ¶Alias Deo, b ¶Subaudi portaſtis. c ¶Non enim tantum unum idolum colebant, nec hęretici unam hereſim

regi ueſtro, & † imaginem idolorum ueſtrorũ, ſidus Dei ueſtri Rę- c

a ¶.i.imaginem ſideris.ſ.Luciferi tuliſtis.

a ¶Non enim a Deo accepiſtis, ſed ueſtra mente finxiſtis.

pha, figuras quas feciſtis uobis adorare eas. Et migrare uos faciam d

a ¶In Aſſyrios & ultra montes Mœdorum & Perſarum.

trans Damaſcum, dicit dominus, Deus exercituum nomen eius.

MORALITER.

✱ a *Et porta.* quæ interpretatur rex. iõ per hoc ſignificatur tributum, qđ reddebant Cęſari, de quo dixerunt Iohan. xix. Non habemus regem niſi Cæſarem.

c *Sidus Dei u. &c.* qđ põt exponi de quodam falſo Meſſia, quẽ receperunt poſt deſtructionẽ tẽpli, de quo exponebant illud Num. xxiiij. c. Orietur ſtella ex Iacob &c.

d *Et mi. &c.* quæ interpretatur potus ſanguinis, quia poſt eorum occiſionẽ per Romanos reliqui fuerunt venditi, & ad diuerſas orbis partes deducti.

GLOSSA ORDINARIA.
CAP. VI.

VAe uobis &c. Hæc ad duas & decem tribus referũtur, maxime aũt ad optimates de vtroq; populo. Myſtice hæreticis indicitur vę, qui videntur ſibi opulẽti, cum eccľiam Dei dicant eſſe pauperẽ & abiectam. & ſuperbiunt quaſi ſint cuſtodes mandatorum Dei Illis ẽt pcipitur, vt conſiderẽt philoſophias diuerſarum Gentium, & inuenient eſſe anguſtiores terminis ſacræ ſcripturæ, quæ totũ mundũ impleuit. Supponit aũt a quib. malis iubeat tranſire. Scilicet. Qui venient ad diem damnationis, malum patientibus. Qui in hoc mundo gaudetis ſublimari per iniquitatẽ. Qui improuidi veſtrę ſalutis torpetis in immũdiciis carnalibus. Qui comeditis nõ ſolidum cibum ad roborandas vires, ſed mollem & tenerum: qualis eſt agnus vel uitulus ſolo lacte ſaginatus. Qui ẽt vt omnia voluptati veſtrę ſeruiant, concrepatis manibus ad vocem organi non ad laudem Dei, ſicut fecit Dauid. Qui de phialis diuinæ ſcripturę potatis vinũ erroris. Qui etiam expertes diuinę ſcientiæ vẽdicatis vobis ſacerdotii dignitatem, dicentes vos eſſe vnctos Dei. Iſti etiam nullo cruciatu afficiuntur pro interfectione eorum quos deceperunt.

Myſtice

† nominati á principio Gentium, & venerunt ad eos domus Iſrael.

Iere. 39. b

F

† nunquid meliores sũt regnis iſtis? num amplior ẽ terminus eorum termino vr̃o?

b *Tranſite.* Lxx. domus Iſrael tranſi, & vide & perge ad muros plurimos, & deſcende ad torcular eorum, qui cadunt bibentes.

c *In Emath.* quæ eſt ciuitas Syriæ, & dicitur Antiochia magna. hoc dicit ad differentiam alterius Emath, quę alio nomine dicitur Epiphania. In Emath interfecit Nabuchodonoſor filios Sedeciæ, & ipſum cæcauit.

*Emath quæ & Antiochia*

d *Qui dor.* Tantis abundant diuitiis, ut etiam in lectis eburneis vel aureis ſuã explerent libidinem.

e *Qui ca.* Quib. non ſufficit luxuria & guloſitas, niſi tibiarũ & pſalterij & lyrę canticis aures mulceatis, ut q̃ multiplicia Dauid inuenit ad cultũ dei, uos ad uoluptates & luxuriã conferatis. Sicut Dauid habuit uaſa.i. inſtrumenta muſicę artis, in quibus deo placuit, ſic iſti putant ſe placere Deo propter ſolam concrepationem uocum, cũ cor eorum longe ſit a Deo. Dauid uerò et ſono & maxime corde placebat.

† ſaginarij.

† ſcientiã inſtrumentorum.

☞ *Et nihil*

CAP. VI.

a ¶Qui uacatis diuitiis.

a VAe uobis qui † opu a

a ¶Duabus tribubus.

lenti eſtis in Sion, b

a ¶Fortitudine populi decem tribuum.

& cõfiditis ĩ mõn c

a ¶Qui eſtis. ¶.i. principes in populo.

te Samariæ, † optimates capita po- d

a ¶Timorem animi corpore oſtendentes, ut honorificemini ab hominibus.

pulorum, ingredientes pompatice e

a ¶Qui eſtis optimates & capita populorum.
b ¶Quæ eſt ciuitas Perſidis.

b domum Iſrael. Tranſite in Calãne f

c & uidete: & ite inde in Emath ma- g

a ¶Qui habitatis in monte Sion & in monte Samariæ.
b ¶Ciuitatem. c ¶Qui habitant in campeſtribus.

gnam, ẽt deſcendite in Geth Palæ- h

a ¶Subaudi, deſcendite ¶Sicut Azoti & Gazæ.

ſtinorum, † & ad optima † quęq; re

a ¶Conſiderate ſi regnum illorum eſt melius uel latius

gna horum, ſi latior terminus eo- i

ueſtro. a ¶Vos inquam de populo Iſrael.
b ¶A terra ueſtra.

rum termino ueſtro eſt. Qui † ſepa k

a ¶Captiuitatis, quæ dura ferentibus mala.
b ¶Qui cito eſtis ſubdendi imperio Sennacherib, uel Nabuchodonoſor, uel Romanorum, ſub quibus multa mala eſtis paſſuri. Et tamen tunc dor.

rati eſtis in diem malũ, & † appro- l

d pinquatis ſolio iniquitatis. Qui m n

a ¶Mollibus & ornatis. ¶Vt ſomnum libidini copularetis.

dormitis ĩ lectis eburneis & † laſci-

a ¶Non ad ſuſtentandam naturam, ſed ad luxuriam, quia quidquid in gregibus optimum uel pingue eſt, gulæ ueſtræ deſeruit.

uitis in ſtratis ueſtris. Qui comedi- o

a ¶Saginatos, & mihi languidos & debiles offertis.

ditis agnũ de grege, & † uitulos de

a ¶.i. propter cantilenam putatis uos audiri.

e medio † armẽti. Qui † canitis ad uo p

cẽ pſalterij. Sicut Dauid putauerũt q

a ¶Non ad ſatiandam ſitim, ſed ad opprimendum animum.

ſe habere † uaſa cãtici, bibẽtes ĩ phia r

a ¶Non ad reſtringendos dolores corporeis puro oleo, ſed caris unguentis.

lis uinum, & optimo unguento s

e Ing.*i.cum ſuperbia magna oſtentantes uos in populo.*

f Tranſi.*i.in Babyloniam, vt dicit Ra. Sa.*

g Et ite i, e. *quæ nunc dicitur Antiochia.*

h Et deſ.i.Ge. *quæ erat principalis inter quinq; ciuitates Philiſtinorũ.*

i Si latior. *q.d.nõ. immo dedi vobis latiorem & meliorem terram: & hoc eſt uerum ſi conſiderentur principia iſtorum regnorum, quæ fuerunt minora in extenſione & bonitate a principio quam regnum Iudææ datũ populo Iſrael a Deo: ſed regnum Babyloniæ & Antiochiæ poſtea fuerunt magis dilatata in ſpacio & fortitudine.*

k Qui ſe. *in Dei præſentia.*

l In d.m. *i. ad punitionem magnã, eo quod uobis regno dato abuſi eſtis. ideo ſubditur:*

m Et a. *Conſequenter arguit eos de carnalitate dicens:*

n Qui d.i.l. *notans eos de nimia curioſitate & luxuria, & ſimiliter de gula, ibi: Qui comeditis agnum &c. & de inepta lætitia, ibi: Qui canitis.*

q Sicut da.pu. *i. inſtrumentis muſicis vti. q. d. nõ ẽ ita. eo ꝙ Dauid ĩ diuinis laudib. vtebatur iſtis, ipſi aũt ĩ laſciuijs & diſſolutionibus.*

r Biben.ui.in phia. *cũ exceſſu et nimietate*

ſ Et optimo unguento. *ad odorem ſuæ carnis procurandum. Et dicunt hic aliqui, quod vnguentum optimum dicitur illud quo ungebantur vaſa diuino cultui applicanda, de quo præcipitur Exod. xxx. quod nullus ſub pœna mortis vtatur ipſo ad odorem ſuæ carnis.* H

¶ Et nihil

MORALITER.

✱ a *Væ uobis.* Hic ad literam arguitur malitia maiorum regni Iudæ & Iſrael, & ſpecialiter ſacerdotum. Vnde & cap. ſequenti exprimitur Amaſias ſacerdos, qui multis plagis afflixit Amos prophetam, cuius filius Oſias ipſum per tempora uecte tranſfixit, ut dicit Hie. in prologo huius prophetæ. Myſtice vero per hoc ſignificatur malitia prælatorum eccleſiæ malorũ, & aliorum eiſdem in malis miniſtrantium, cum dicitur: *Væ uobis*, de rapina.

b *In Sion.* i. eccleſia.

c *Et confi.* i. in regia ptãte, eo ꝙ in Samaria erat palatiũ regale, vt dicitur iij. Reg. xxj. Aliqui namq; prælati negociis regalibus ſe ingerunt, & gregem ſuum derelinquunt, ut liberius poſſint mala agere confidentes de regia poteſtate.

e *Ingredie.* vt patet in familiis, equis, & exceſſibus aliis.

f *Tran.* i. conſiderate terras infidelium.

i *Si l.* i. ſi sũt magis diuites & magis honorati, ꝙ uos eſtis inter Chriſtianos. q.d. nõ. nã prælati Chriſtianorũ & clerici ditiores ſunt & magis honorati quam aliarum Gẽtium, & pp hanc ingratitudinem grauius punientur. ideo ſequitur

k *Qui ſe.* in Dei præſcientia ab electis.

m *Et ap.* veſtros ſubditos peruerſe iudicando.

n *Qui dor.* id eſt nimis curioſe & ſumptuoſe paratis, & ibidem luxuriam exercetis.

o *Qui come.* nimis carnaliter uiuendo.

p *Qui c. &c.* per mimos ineptam lætitiam exercendo.

q *Sicut Da.* q.d. non eſt ita, quia Dauid utebatur pſalterio ad laudes domini decantandas.

r *Bibentes in phia. ui.* exceſſiue & nimis delicate.

s *Et opti. un.* ad odorem carnis ueſtræ.

✱ *Et nihil*

NIC. DE LYRA. CAP. VI.

VAe uobis. *In hoc autem cap. arguit populum de ſuperbia & carnalitate: Et diuiditur in duas partes. quia primo exprimitur culpa, ſecundo ſubditur pœna, ibi, qua propter.* Et in hoc *cap. loqtur ppheta cõtra regnũ Iſrael, & cõtra regnũ Iuda. Dicit igitur*

*Diuiſio*

a Væ uo. qui. *diuitijs male acquiſitis.*

b In Sion. *i. in regno Iuda, ſic nominato, eo quod Ieruſalem ibi erat metropolis, in qua erat templum & domus regia in monte Sion.*

c Et c.i.m. ſ. *i. in potentia regni Iſrael, cuius metropolis erat Samaria in monte ſita, ut habetur. iij. Reg. xvi.*

d Optimates. *i. principales in populo.*

Ingre.



¶ a *Et nihil patiebantur.* Et cum principes ita affluant diuitiis, nõ curant ſi quid de populo decem tribuum perit, ſed contemnunt quaſi ſi moriantur bruta animalia.

b *Iurauit domi.* Ois ſermo eius pro iuramento debet accipi, et noſtro more loquitur, non qđ aiã habeat ſicut nos, ſed noie animæ affectus diuinæ uoluntatis oſtẽditur. Iurauit ergo in ſua uoluntate. Iurauit dominus contumelias hæreticorum odiſſe, quia quidquid dicunt dignum eſt odio, & ꝙ deſtruet ciuitatẽ & habitatores, id eſt populum & magiſtros. Quod ſi fuerint aliqui qui uideãtur diſſentire a malitia eorum, per conuerſationem & colloquia eorum decepti, moriuntur morte quæ ducit ad tartara, qui oſſa id eſt fortitudinem iſtorum ſepeliunt uicini, de quibus dicitur Sinite mortuos ſepelire mor. ſuos. Sed ille qui ex toto manet foris, non ingrediens domum mortui, ſed magis mortuos eiiciens, & prouocans ad pęnitentiam, imperat ei qui mortuos comminuit, vt taceat, quia polluto ore non debet nominare bonum nomen Dei. Vnde dicitur: Peccatori dixit Deus, quare t.e.i.m. &c.

c *Et.* Qui remanſerit in cubiculo domus, & qui eum uocauit ad comburẽda oſſa mortuorum. Ille, qui extra corpus cremat antequam ille iuret ſe non habere quem tradat, imperat ut taceat & non recordetur nominis domini. Quia apud Iſrael nomen domini in tãtam uenerat obliuionẽ, quod nec malis preſſi, nec tribulationibus compulſi, dignabantur audire iuramentum per nomen domini.

d *Quia ecce.* Per duas domos ſignificatur eccleſia ad Deum collecta: De Iudæis quaſi de domo maiore propter legem & prophetas, & de Gentib. quaſi B de minore domo, quia erant alienę a teſtamento Dei. Hæc eccleſia ſi non habuerit diſciplinam, & ſeruauerit mãdata Dei, manum percutientis Dei ſẽtit, dum perſequutionibus & hæreſib. & ſchiſmatibus grauatur. Quã manũ ſi uolumus effugere, de comparationib. animalium accipiamus exemplum. Petra. Chriſtus uel ſummi doctores. Eq, dæmones, eum qui in Chriſto eſt diabolus non poteſt attingere, ſed colliditur ſoliditate petrę.

e *Quoniam.* Quare de equo uel bubalo dixit, manifeſtat. *Quoniam.* Cum hæc animalia ſeruent naturam, fi-

☞ lii Iſrael

a delibuti: & † nihil patiebatur ſu- a b

a ¶Quia hoc agunt principes.

per contritione Ioſeph. Quapro- c

a ¶In pręſenti non differetur pœna in futuro.
b ¶In principio. ¶Principes primi captiui ducentur, quia potentes potenter tormenta patiuntur,

pter nũc migrabũt in capite tranſ d e

a ¶Deinde collectio laſciuientis populi captiuabitur, ut qui unum conſenſum habuerunt in uoluptatibus, ſimul puniantur.

migrantium, & † auferetur factio f

b laſciuientium. † Iurauit dominus g

Deus in anima ſua, dicit dominus

a ¶Abiicio & abominor, uel ſpecialiter x. uel generaliter xii. tribuum ſuperbiam.

Deus exercituum. Deteſtor ego ſu h

a ¶Contra Deum & contra Chriſtum.

perbiã Iacob, & domos eius odi, i

a ¶Aſſyriis uel Romanis. b ¶Samariam uel Ieruſalem uel quaſcunq; ciuitates eiuſdem terræ.

& tradam ciuitatem cũ habitato- k

a ¶Si remanſerint de captiuitate.

ribus ſuis. Quod ſi reliqui fuerint l

a ¶Fame & peſtilentia.

decẽ uiri in domo una, & ipſi mo m

a ¶Qui mortuus fuerit. b ¶Vicinus qui remanſerit.

riẽtur. Et tollet eũm † propinquus n o

a ¶Ad ſepeliendum, quia præ multitudine mortuorum integra corpora non poterunt efferri, nec ſingulis corporibus ſingulæ ſepulturæ impendi.

ſuus, & comburet eum, ut efferat p q

a ¶Ille qui uocatus eſt, cum iam fuerit laſſus portando.

c oſſa de domo, & dicet ei qui in pe r s

netralibus domus eſt: Nunquid t

a ¶Subaudi, aliquod corpus quod comburam,
b ¶Deintus qui corpora expellebat.

adhuc eſt penes te? Et reſpondebit: u

¶Iam non habeo quem tibi tradam.

Finis eſt. Et dicet ei: Tace: & non x y

a ¶Qui tot mala infert nobis. b ¶Præcipiet miniſtris Aſſyriis & Chaldæis.
Et per eos percutiet dominus, quia dabit illis uires percutiendi.

d recorderis nominis domini. Quia z

ecce dominus mandauit, & percu a

a ¶Decem tribuum, quæ plus peccauerunt, æterna captiuitate ferientur.

tiet domum maiorem ruinis, & b c

a ¶Iuda, in qua fuit templum. Scindetur quidem, ſed poſt. lxx. annos reſarcietur.

domum minorem ſciſſionibus. d

a ¶In petroſis.

Nunquid currere queunt in pe- e

a ¶Silueſtris bos non poteſt domari, ut ſuſcipiat aratrum.

¶Non.

tris equi? aut arari poteſt in bubalis?

a ¶Cum equi & bubali non poſſint mutare ſuam naturam, uos mutaſtis naturam Dei, qui ſuauem ad iracundiam prouocaſtis.

e lis? Quoniam conuertiſtis in ama f

r Et dicet. *ſ. dictus propinquus.*

s Ei qui in penetralibus domus eſt. *quærens mortuos in locis occultis.* C

t Nunquid adhuc eſt penes te. *ſupple aliquis mortuus?*

u Et reſpondebit. *i. non inuenio plures.*

x Et dicet ei. *i. proximo ab eo quærenti,*

y Tace & non recor. no. do. *qui nobis fecit mala iſta. ita quod eſt verbum hominis impatientis, contra dominum ſecundum expoſitores noſtros: Secundum uero Hebræos hæc eſt litera: Et tollet eum propinquus ſuus de combuſtione ſua. i. de loco ubi fuerat combuſtus, ut efferat oſſa de combuſtione remanentia, et ſepeliat ea. Et dicet ei &c. & exponatur ut ſupra uſque ibi: Et dicet ei. i. proximo ſibi loquenti. Tace. i. non loquaris ultra de iſta inquiſitione & ſepelitione. & ſubditur ratio:* Et non ad recordandum no. *id eſt iſta mors contigit eis, eo quod non recordabantur nominis domini: & ideo non eſt curandum de eorum ſepultura: Sic exponunt Hebræi.*

† appropinquabit luctus extendentium ſe in lectis

z Quia ecce domi. manda. *id eſt aduerſarijs Iudæorum inſpirauit uoluntatem ueniendi contra eos.*

a Et percu. *per eos:*

b Domum ma. rui. *id eſt regnum decem tribuum irreparabiliter.*

c Et d.m. *id eſt regnum duarum tribuum.*

d Sciſſionibus. *quæ tamen ſunt reparabiles, unde & captiuitas duarum relaxata fuit per Cyrum. Captiuitas uero decem tribuum adhuc non eſt relaxata, ſecundum Hebræos.*

† patruus eius & auunculus eius

e Nunquid. *Hic propheta reſumit populi malitiam, dicens:* Nunquid currere queunt in petris? *q.d. non: quia hoc eſſet contra ſolitum naturæ curſum, & tamen ſic facitis in moralibus. ideo ſequitur,*

f Quoniam conuertiſtis in amaritudi. *ducentes vitam pauperum ad amaritudinem peruerſione iuſtitiæ. ideo ſubditur:*

¶ Qui læta- D

MORALITER.

✱ a *Et nihil patiebantur.* id eſt populi ſui temporaliter & ſpiritualiter afflicti.

c *Quapropter.* Hic conſequenter ponitur pœna, cum dicitur, *Quapropter nunc.* ſcilicet de delectatione pręſenti ad pœnam inferni.

h *Deteſtor.* i. illorũ q̃ alios uolunt calcare, eo ꝙ Iacob ſupplantator interpretatur.

i *Et domos.* ſequaces ſuperbiæ ipſorum.

l *Quod ſi reliqui.* ad dandum eis locum pęnitendi.

m *Et ipſi.* in peccatis ſuis, eo quod tempore conceſſo ſunt abuſi.

n *Et tollet.* i. dæmõ ſibi ſuggerẽs mala die ac nocte, tollet eum ad pænam gehennæ.

p *Et combu.* infernali igne.

q *Vt e.* i. opera de gñe bona, quæ dicũtur efferri, quia non valent ſic defuncto.

r *Et dicet ei.* id eſt dæmoni, qui inſidiatur uiuentibus.

t *Nunqu.* ſ. aliquis adducendus ad ignem gehennæ.

x *Et dicet ei.* ſ. dæmoni ſic quærenti.

y *Tace & non recorde.* i. non dicas aliquid vnde malus homo viuens habeat occaſionẽm pœnitendi: ſicut per hoc quod dæmon dixit Cypriano mago, quod crucifixus erat maior omnium, idem Cyprianus conuerſus fuit ad Chriſtum.

z *Quia ecce mandauit domi.* i. permiſit, quod mali permaneant in fecibus ſuis ex eorum demerito, Apocalip. xxij. c. Qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.

b *Et domum maiorem percutiet ruinis.* i. clerum malum permittet ruere de peccato in peccatum.

c *Et domum minorem ſciſſio.* i. laicorum communitatem in diſſenſionem, ſicut uidemus per guerras eorum adinuicem.

e *Nunquid currere queunt in petris equi? &c,* quaſi dicat, Non, quoniam eſt contra ſolitum curſum. Et ſic aſſueti malis non poſſunt agere bonum, Ieremiæ. xiij. d. Si poteſt Aethiops mutare pellem ſuam, aut pardus uarietates ſuas, & uos poteritis bene facere, cum didiceritis malum.

f *Quoniam conuerti. in amaritudi. iudi.* innocentes iniuſte condamnando.

NIC. DE LYRA.

¶ a Et nihil. *i. compatiebantur.*

b Super cont. *i. deſtructione populi Iſrael per prophetas nunciata, reputabant enim uerba eorum friuola.*

c Quap. *Hic conſequenter ſubditur debita pœna: Et diuiditur in duas partes: quia primo prædicitur pœna. ſecundo reſumitur culpa, ibi: Nunquid currere. Circa primum dicitur:* Quaprop. *i. propter prædictas culpas.*

d Nunc migrabunt. *i. cito migrabunt.*

e In capite. *i. optimates, qui ſunt capitanei populi, erunt in captiuitate primi.*

f Et auferetur factio laſciuien. *i. adulatio eorum qui nutriebant eos in ſacinoribus ſuis.*

g Iurauit domi. *i. firmiter ſtatuit, quod hæc pęna erit, ideo ſubditur:*

h Deteſtor ego. ſu. Iu. *i. populi Iſrael.*

i Et domos. *i. domum decem tribuum & domum duarum.*

k Et tradam. *i. ciuitates in manibus aduerſariorum:*

l Quod ſi reliqui. *euadentes aduerſarios per abſconſionem ſui in locis occultis.*

m Et ipſi morientur. *ibi fame vel fumo incendij.*

n Et tollet. *i. quemlibet ſic mortuum.*

o Propinquus ſuus. *qui euaſit manus Aſſyriorum.*

p Et combu. *non potens eum deferre ad locum ſepulturæ.*

q Vt efferat oſſa. *quæ facilius poſſunt portari ad loca ſepulturæ, quam totum corpus.*

Et dicet.



✱ *Qui læta-*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

lii Iſrael naturam ſuam non ſeruãt, In furorem cõuertit iudicium, qui iratus iudicat: & hic nullum vel amarum fructum capit de iuſtitia.

a *Nunq.no.* Dicebant decem trib. ꝙ in ſua fortitudine elegiſſent Ieroboã, & filios eius contra Dei voluntatem.

b *Ecce ego.* Quia mali vſq; adeo eriguntur in ſuperbiam, vt ponant in cælum os ſuum, Deus ſuſcitat ſeuam gentem, quæ conterat eos, nec ſinat introire Emath vel torrentem. Emath murus vel murata. i. cęleſtis Ieruſalem. In hãc nõ poteſt introire, vel ſaluari erectus in ſuperbiam, neq; in torrentem, de quo dr̃: Torrente voluptatis tuæ po. e. Emath .i. Antiochia eſt in principio terræ promiſſionis, ex alia parte terminatur torrente deſerti, qui decurrit inter Peluſium & Rinocorulam ciuitates.

Pſ. 35. c

NIC. DE LYRA.

¶ a Qui læ. in ni. *i. in vana gloria mundi.*

a ¶Iuſte iudicantem. b ¶Bonam operationem eius.

ritudinem iudicium, & fructum

a ¶Amatitudinem.

iuſtitiæ in abſinthium, qui lætami-

¶In uitulis qui nihil ſunt, quia idolum nihil eſt, uel in nullo bono uerbo.

a ¶Hereticus uel quilibet malus in ſua fortitudine gloriatur, ſed iuſtus in Deo uentilat inimicos.

ni in nihili, qui dicitis: Nunquid non in fortitudine noſtra aſſumpſi

a ¶Reges, quibus uentilaremus inimicos?

b ¶Propter hæc mala.

mus nobis cornua? Ecce ego ſuſci-

a ¶Quæ dormire uidentur. b ¶O domus maior, & domus minor.

tabo ſuper uos domus Iſrael (dicit

a ¶Aſſyriorum & Chaldæorum.

dominus Deus exercituum) Gen-

a ¶i. a principio terræ promiſſionis uſque ad terminum eius.

tem, & conteret uos ab introitu Emath uſq; ad torrentem deſerti.

b Qui dicitis. *nos iactando.*

c Nunquid n. in fo. *i. poteſtatẽ tẽporalẽ acquiſiuimus nobis ꝓpria uirtute & induſtria, quaſi dicant: Sic. ideo ſubditur pœna.*

d Ecce ego ſu. *Gentẽ. ſ. Aſſyriorũ contra regnum Iſrael, & Chaldæorum contra Iuda.*

e Et con. uos ab in. Em. *quæ eſt iuxta terminum Iudeæ in parte aquilonari.*

f Vſq; ad torrentem. *qui eſt in extremitate auſtrali. & ſic comminatur deſtructionem totius Iudææ.*

MORALITER.

✱ a *Qui læ.* i. in bonis terrenis. Iere. iiii. f. Aſpexi terram, & ecce va. erat & nihil.

b *Qui di. &c.* attribuentes vobis poteſtatem a Deo vobis datã. & ſubditur pœna.

d *Ecce eg. ſu. ſu.* i. dæmonum ferocitatem, qui nomine Gentis ſignificantur, eo ꝙ a Gentibus in idolis colebantur.

e *Et con. uos.* totaliter, primo per culpam, & poſt per pœnam.

Qui

GLOS. ORDIN. CAP. VII.

Aec oſten. Non tñ euentura poſt multa ſecula, ſed etiam quod proximis tpibus euenturum eſt, ſermo ꝓpheticus prædicit. Solemus. n. malis noſtri tpis plꝰ terreri q̃ futuri. Dicit ergo in ꝓximo futurũ Sennacherib cum infinita multitudine, & poſt eum Nabuchodonoſor: Sicut locuſtæ ſi in principio ſerotini imbris. i. verno tpe venerint, qñ cuncta virent, & oĩs ager parturit, cuncta pene cõſumunt: ſic Sennacherib adueniens dũ floreret regnũ decem tribuũ cuncta vaſtauit & captiuauit. Et ſicut pilos qui remanent a tõſore, nouacula ſuperducta euellit, ſic poſt Sennacherib veniens Nabuchodonoſor (qui apud Iſaiam nouacula uocatur, & hoc per bruchum ſignatur) duas tribus quę ibi reliquæ erant in terra illa captiuauit. Tonſor autem uel tonſura regis dicitur exercitus Chaldæorum, qui nihil uirentis herbę reliquit in terra. Allego. Cũ poſt opera iuſtitiæ aliquis grauia committit, inducitur ſuper eum generatio locuſtarũ, ueniens mane, qñ incipit peccata ſua cognoſcere. Et quia non agit pœnitentiã adducitur bruchus. i. q̃dã ſupba & arrogans fortitudo, quę oĩa conſumit. Sed ſcĩ pro huiuſmodi p̃cant, dicẽdo: Dñe parce, qa qs medicorũ p̃t iſtã emorroidem ſanare, niſi tu ſolus? Paruulus eſt, quia nulla uel pauca veſtigia virtutum in eo ſunt: Hac prece placatur Deus.

Iſa. 7. d
† bruchus
Allegor.
†parce
Marc. 5. c
† Pęnituit dominum & infra

b *Domi* Nolo me electũ eſſe de numero paſtorũ, vt nũciẽ ruinã decẽ tribuũ.

c *Paruu.* numero Gẽtiũ, vel ſctõrũ, vel fortitudine ſæpe ab hoſtibus deletus.

† ad iudicium cum igne

d *Miſer.* Captiuatis decem tribubus vltra montem Perſarum multi de eiſdem remanſerunt, duę etiam tribus poſt. lxx. annos cum pœniterent relaxatę ſunt:

e *Et ecce uo.* Per deſtructionem quam fecit Sennacherib in decem tribubus, ſignificatur irreparabilis deſtructio hęreticorum: Per duas quas captiuauit Nabuchodonoſor, ſignificantur pctõres in eccleſia, qui bene credunt, ſed vitiis ſordẽt. His purgandis vocat Deus iudicium ad ignem, vt quale ſit opus vniuſcuiuſq; probet. Hic ignis prius deuorat abyſſum. i. omnia gene-

1. Cor. 3. c

CAP. VII.

a ¶Non ſolum prædicta, ſed etiam hęc quæ dicturus ſum.

Aec oſtendit mihi Dominus Deus.

a ¶Creator Aſſyriorum qui per locuſtas ſignificantur.

Et ecce fictor locuſtæ in principio † germinantium

a Subaudi, ueniebat.

ſerotini imbris: & ecce † ſerotinus

a ¶Vel tonſuram regis, uel tonſorem.

poſt tonſionem gregis. Et factum

a ¶Bruchus qui uenerat poſt locuſtam. & oculos mentis intelligerem quid per bruchum ſignaretur, timens ne tota gens funditus extirparetur, uerſus ſum ad preces.

eſt cum conſummaſſet comedere herbam terræ, dixi: Domine Deus † propitius eſto obſecro. Quis

a ¶De captiuitate, niſi tu?

ſuſcitabit Iacob, quia paruulus eſt?

a ¶Lachrymis deprecantis placatus.

† Miſertus eſt autem dñs ſuper hoc.

a ¶Non perdam omne genus Iſrael, ſed reliquias ſaluabo

b ¶Etiam quæ dicturus ſum.

Non erit, dixit dominus Deus. Hęc oſtendit mihi dominus Deus. Et

a ¶Immittit Deus ad uindictam Nabuchodonoſor.

b ¶Vt ſuccendat ciuitatem & templum.

ecce uocabat † iudicium ad ignem

ponuntur hic primo duæ viſiones, quæ fuerunt huius calumniæ occaſiones, indirecte tamen. Secunda ponitur ibi. Hæc oſtendit. Circa primum ſciendum, quod propheta uiſione imaginaria videbat Deum producentem locuſtas ad corroſionem terræ naſcentium, tamen ad preces eius nõ produxit ad effectum: ſicut ad penitentiam Niniuitarum impedita fuit ſubuerſio per Ionam proclamata. & hoc eſt quod dicitur:

a Hęc oſtendit. *in uiſione imaginaria: cuius tamen ſignificationem intellexit propheta, et ſic intelligendæ ſunt aliæ uiſiones ſequentes.*

b Et ecce fic. *i. formator.*

c Locuſtæ. *i. locuſtarum, ſicut Exo. viij. f. Venit muſca grauiſſima. i. multitudo muſcarum.*

d In principio. *i. in illo tempore quo ſolent blada tuellare.*

e Et ecce. *In Hebræo habetur: Poſt tonſionẽ regis. Et uidetur hæc litera falſificata per imperitiam ſcriptorum, propter ſimilitudinem dictionum: vel per imaginationem aliquorum correctorum, eo quod tonſio magis dicitur de gregibus quam de regibus. Ad intellectum huius literæ ſciendum, quod ſicut in terra iſta quando blada adhuc ſunt in herba, & nondum ceperunt tuellare, ponuntur ibi agniculi ad comedendum ſummitates: ſic in Iudæa tunc tondebantur blada: & illa tonſio erat pro animalibus regis nutriendis, ideo dicebatur tonſio regis. & ſecundum hoc dicit:* Et ecce ſerotinus. *id eſt tempus quo blada incipiunt tuellare.*

f Poſt tonſionem regis. *quia ſi poſtea tonderentur non poſſent ſic fructificare.*

g Et factum eſt cum conſum. *ſ. multitudo locuſtarum. Hoc tamen non erat in re, ſed in uiſione imaginaria.*

h Dixi &c. *deprecando ne inferretur hæc plaga populo.*

i Quis ſuſci. Iacob. *id eſt releuabit populum Iſrael ab iſta plaga, ſi in plagam feratur? q. d. Nullus, niſi tu.*

k Miſertus eſt dominus ſuper hoc. *non inferendo plagam oſtenſam.*

l Hæc oſtendit. *Hic ponitur ſecunda uiſio de futuro incendio, quæ finaliter fuit impedita per orationẽ prophetæ. Et quantum ad hoc dicitur:*

m Et ecce uocabat iudicium. *i. angelos executores ſuæ iuſtitiæ.*

n Ad ignem &c. *Id eſt ad ſuccendendum totam regionem.*

¶ Et deuora-

MORALITER.

✱ a *Hæc o.* Hic ad literam deſcribitur duplex plaga, quam oſtendit dominus Amos prophetæ in terram ventura. Prima fuit locuſtarum germinantia corrodentium. Scda fuit ignis deuorantis: ſed vtraq; fuit impedita. Myſtice per prophetam qui olim dicebatur videns, vt hr̃ primi Reg. ix. ſignificatur bonus religioſus cõtemplationi diuinæ intentus, qui tribulatione ſuper populum imminente debet, vt Deus eam auertat, feruenter orare. Põt ẽt per plagã locuſtarum ſignificari plaga detractorum, qui rodere ſtudent uitã & famã bonorum. Et per plagam ignis, culpa cupiditatis & carnalitatis, pro quarum auerſione debent religioſi Deum exorare, & tanto deuotius, quanto plaga ſpiritualis peior eſt corporali.

✱ Et ecce

NIC. DE LYRA CAP. VII.

Æc oſtendit. *Superius Amos denunciauit ſuam prophetiam, hic ex hoc patitur calumniam, ſecundum quod dicit Iohãnes os aureum, Incurrit odium qui arguit crimino ſos. Et diuiditur in duas partes, quia primo patitur calumniam. ſecundo reſumit ſuã prophetiam cap. ſe. Prima in duas, quia primo ponitur calumniæ ſpecialis occaſio, ſecundo calumniæ impoſitio, ibi: Et miſit. Prima adhuc in duas. quia primo ponitur occaſio indirecta, ſecundo directa, ibi: Hęc oſtẽdit. Licet aũt tota prophetia Amos fuerit occaſio calumniandi ipſum generaliter, tamen prophetia in hoc. cap. poſita fuit occaſio ſpecialis. Et*

Diuiſio

ponuntur



nia genera peccatorum, & poſtea venit in eos qui ſunt in parte Dei, vt a domo Dei incipiat iudicium, ut ſi cuius opus arſerit detrimentum patiatur, ipſe autem ſaluetur: & ſic humiliatis miſeretur Deus. Et quia paruuli & humiles ſunt, ſuſcitantur modo per uirtutes, tandem in gloria. Nabuchodonoſor dicitur iudicium, quia per eum iudicauit Deus populum, qui noluit diſcernere inter creatorem & creaturam.

a *Et ecce domi. ſtans.* Per murum litum populus Iudaicus, qui litus per circunciſionem & Dei cognitionem. Per trullam, quæ ornat murum, auxilium Dei, qui protegit ſperantes in ſe.

b *Et ſanctificatio ies.* quia Aſſyrij non ſolum principes & populum captiuauerunt, ſed etiam uitulos aureos deſtructos in precium redegerunt.

c *Et miſit.* Q Pontifex audet mittere ad regem, timens ne ſi populus conuertatur ad cultum Dei, ipſe ſacerdotij amittat gloriam. Hæc ad hæreticos referuntur, quorum ſacerdos Amaſias ſolet mittere ad regem & patronum hæreticorum, accuſando iuſtos, & præcipiens eis ne contra regis voluntatem prædicent, quia Bethel. i. falſa eorum eccleſia eſt ſanctificatio regis. Dicunt enim: rex nobis conſentit, & qui aliter prædicat, Deum offendit.

d *In gladio.* Si dixiſſet, morietur Ieroboam: uideretur non ſuſcipere penitentiam, ſed ait: Conſurget dominus, quaſi comminans pęnam, ut agat pęnitentiam.

e *Et dixit.* Prophetam vocat uel irriſorie quaſi mendacem, uel quia uidet eum a populo libenter audiri, non audet inferre apertam iniuriam, ne auditores illius læderet.

f *Sanctificatio re.* Non ait ſanctificatio Dei noſtri eſt, ſed regis adulando regali faſtigio. Mos enim eſt colentibus falſos deos, ut quod faciunt ſuis regibus attribuant.

g *Non ſ. p.* Spiritus non ſemper adminiſtrat

a ¶Delebit populum, qui comparatur aquæ propter fluxum.

dominus Deus, & deuorabit abyſſũ

a ¶Subaudi, Dei. i. templum & altare.

multam, & comedit ſimul partem.

¶Orans pro populo a ¶A uindicta quam incœpiſti exercere.

Et dixi: Domine Deus quieſce obſe-

a ¶Quia non eſt alius qui poſſit releuare humiliatum, niſi tu, qui captiuos potes in terram Iuda reducere.

cro. Quis ſuſcitabit Iacob, quia paruulus eſt? Miſertus eſt dominus ſu-

a ¶Cum in ſupradicto capitulo dixiſſet, hoc non erit: addit, hoc etiam non eſt futurum quod timebat.

per hoc. Sed & iſtud non erit, dicit dominus Deus. Hæc oſtendit mihi dominus Deus. Et ecce dominus

a ¶Plaſtratum & ornatum & planum, contra iniurias pluuiarum munitum.

ſtans ſuper murum † litum, & in manu eius trulla cementarii. Et dixit dominus ad me: Quid tu uides Amos? Et dixi: † Trullam cementarij. Et dixit dominus: Ecce ego po-

a ¶Deponam, auferam auxilium meum.

nam trullam i medio populi mei Iſ-

a ¶Ornate & protegere.

rael. Nõ adijciam ultra † ſuperindu-

a ¶Murum.

b ¶Me deſiſtente ab auxilio deſtruentur.

cere eum, & demolientur excelſa

a ¶In Dan & in Bethel, & in omnibus collibus.

b ¶. i. vituli, per quos putabant ſe ſanctificari.

idoli, & † ſanctificationes Iſrael deſolabuntur, & conſurgam ſuper do-

a ¶. i. familiam & filios eius, ipſe enim non fuit gladio interfectus.

b ¶Qui fuit nepos Iehu.

mum Ieroboam in gladio. Et miſit Amaſias ſacerdos Bethel ad Ieroboam regem Iſrael, dicens: † Rebel-

a ¶In hoc contumelia tua non mea.

lauit contra te Amos in medio domus Iſrael. Non poterit terra ſuſtine-

a ¶Verba quæ Deus per Amos loquebatur, non Deo ſed prophetæ attribuit, ut iram regis contra eũ excitet.

re uniuerſos ſermones eius. Hæc e-

a ¶In hoc mentitur. Non enim dixit Amos, morietur Ieroboam, ſed conſurget ſuper domum eius, niſi pœnitentiam egerit.

nim dicit Amos: In gladio morietur Ieroboam, & Iſrael captiuus migra-

a ¶Niſi penituerit. ¶Cum Ieroboam verba Amaſiæ quaſi vana reſpueret, ille aſſumit autoritatem ſacerdotis dicens ad Amos.

bit de terra ſua. Et dixit Amaſias ad

a ¶O propheta.

Amos: Qui uides, gradere, fuge in

a ¶In qua natus es, vbi libenter audiuntur inſani.

b Exerce artem tuam ibi, per quam cibos habeas.

terrã Iuda, & comede ibi panẽ, & ꝓ-

a ¶Vt de ꝓphetia uiuas. ¶Quia ibi habes multos quos conſueuiſti ſeducere.

b ¶Vbi ego ſum ſacerdos.

phetabis ibi, & in Bethel nõ adiicies

a ¶Hunc locũ ſanctificauit rex, hic ſanctificatur populus.

ultra ut prophetes: qa † ſanctificatio

a ¶Hic rex habet regiam domum.

regis eſt, & domus regni eſt. Et reſpõdit Amos, & dixit ad Amaſiã: Non

a ¶Vel eram. b ¶Hoc humilitatis.

c ¶Hoc ueritatis.

ſum ꝓpheta, & non ſum filius pro-

b Non ad. *i. linire. per quod intelligitur protegere ſecundum prædicta. Hebræi autem aliã literam habent, tamen ad eandem ſententiam quæ eſt: Ecce dominus ſtans ſuper murum lineatum, & in manu eius linea: & accipitur hic linea pro chorda latomi, in cuius extremitate eſt plumbum: & cum qua conſiderat ſi murus erigatur recte ſuper fundamentũ, & ſi inuenit diſtorſionem, reducit eum ad rectitudinem. Et per hoc deſignatur diuina iuſtitia tortuoſitatem culpæ emendans per pœnam. ideo ſequitur: Ecce ego ponam lineã in medio populi mei Iſrael, id eſt rectitudinem iuſtitiæ meæ, eius peccata punientis. Non adijciam vltra pertranſire eum. i. diſſimulare eius peccata abſque punitione.*

i Et demol. *i. Bethel & Dan, ubi colebantur uituli.*

k Et ſan. *i. omnia loca vbi offerunt oblationes & ſacrificia.*

l Deſola. *quod fuit impletum per regem Aſſyriorum. iiij. Reg. xvij.*

m Et con. *quod fuit impletum per Sellum, qui interfecit Zachariam filium huius Ieroboam, & regnauit pro eo. iiij. Reg. xv. et hęc viſio fuit directa occaſio calumniæ contra Amos.*

n Et miſit. *Hic conſequenter ponitur calũnia contra Amos: & primo ponitur hæc calũnia. ſcdo calumniatoris pœna, ibi: Et reſpõdit. Prima in duas: quia primo Amos accuſatur, ſecundo moleſtatur, ibi: Et dixit. Circa primum dicitur,* Et miſit. *ſ. nuncios.*

o Amaſias ſa. Bet. *qui erat locus principalis cultui uituli dedicatus.*

p Ad Ieroboam. *Iſte fuit Ieroboam filius Ioas. iiij. Reg. xv.*

q Rebellauit. *excitãs populũ ad te odiẽdũ.*

r Non poterit t. *i. non eſt dignum ipſum amplius uiuere ſuper terram, quia dicit hæc.*

s In gladi. *Hæc accuſatio fuit falſa: Amos. n. nõ dixerat hoc de Ieroboam, ſed de domo eius ſeu poſteritate, ut patet per prædicta.*

t Et dixit. *Hic conſequenter Amos moleſtatur: vidit. n. iſte Amaſias, ꝙ rex parum curauit de ſua accuſatione, quia cognouit eã eſſe falſam, uel qa reputauit uerba Amos friuola: ideo tẽtauit Amos fugare de terra illa. d.*

u Qui uides. *i. tu Amos qui dicis te habere Dei uiſiones.*

x Fuge in ter. Iu. *ubi audiuntur talia.*

y Et come. ibi panem. *qui dabitur tibi pro tua prophetia.*

z Et in Bethel non adiicies &cæt. *id eſt locus dedicatus a rege pro cultu uituli, ut habetur iij. Reg. xij.*

a Et reſpondit. *Hic conſequenter prædicitur calumniatoris pęna. tamẽ Amos primo reſpondet ironiæ ſibi illatæ. ſ. ꝙ prophetaret in terra Iuda pro pane. d.*

b Non ſum prophe. *Non ſum de prophetis falſis, qui prophetant pro talibus acquirendis, ſecundum quod dicitur Ezech. xiij. c. Violabant me ad populum meum propter pugillum hordei & fragmen panis &c.*

¶ Sed ar-

Diuiſio
† perpendiculi & in manu eius perpendiculum ſtãneum.
† ut pertrãſeam
† Coniurauit
† palatium

NIC. DE LYRA.

¶ a Et deuorabit. *Sic enim imaginarie videbatur prophetæ, quod ignis eſſet ita fortis, ut conſumeret etiam aquas profundas nomine abyſſi ſignatas, & per hoc intellexit propheta comminationem incendij futuri in terra.*

b Et dixi. *deprecando vt non fieret: & exponatur ut ſupra. Ex dictis patet, quod illa expoſitio quæ dicit exercitum Aſſyriorum, ſignatum per locuſtas in uiſione prima, ad deſtructionem regni Iſrael, & exercitum Chaldæorum per ignem in ſecunda quæ incendit Ieruſalem, non eſt conueniens, quia plagæ hic oſtenſæ reuocatæ fuerunt, illæ uero non. Iſtæ etiam duæ uiſiones fuerunt indirecte cauſæ calumniæ contra Amos, inquantum pro plagis illis reuocandis, quæ tangebant populum communem, orauit, & pro reuocatione ſequentis non orauit, quæ tangebant domum regiam.*

c Hæc oſten. *Hic ponitur tertia uiſio, quæ fuit directa occaſio calumniæ contra Amos cum dicitur:*

d Et ecce domi. a. ſ. mu. litum. *i. linitum. et per murum intelligitur robur regni decem tribuum: per linitionem diuina protectio, eo quod muri linitio protegit a niue & pluuia.*

e Et in ma. *quæ eſt inſtrumentum ad linendum. Et ſequitur poſt.*

f Ecce. eg. po. *id eſt deponam.*

g Trullam. *ſubtrahendo a regno decem tribuum protectionem meam.*

Non

MORALITER.

✱ d *Et ecce dominus.* Ad literam p liniti onem muri ſignificatur circa regnum Iſrael ꝓtectio Dei, & p ceſſationẽ linitionis, ſubtractio diuinæ ꝓtectionis, & hoc pp idololatriæ uitiũ induratũ. Per hoc ãt ꝙ Amos cõſtanter hoc denũciauit, ſignatur ꝙ bonus & cõſtãs prædicator denunciare debet pęnam debitã pctĩs magnatorũ. Per Amaſiã ſacerdotem, qui uoluit ipſum terrere, & ſic de terra Iſrael effugare, ſignificantur mali ſacerdotes, qui per ſe & alios nituntur repellere ueritatis prædicatores. Et ſicut in pœnam huius vxor Amaſiæ fuit adulterio polluta, & ipſe captiuus ad terram pollutam ductus, & ibidem mortuus, & filii eius, & filiæ gladio occiſi ſunt. Sic talis ſacerdotis parochia polluitur uitiis, & filii eius, & filiæ ſpirituales cadũt gladio dæmonis, & ipſe ducitur ad terram pollutam inferni, quæ dicitur terra tenebroſa, & ipſe moritur ibi morte ſecunda.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

niſtrat prophetis ꝓphetiam, ſed ad tp̃s, & tunc recte dicuntur prophetę cum illuminantur. Qui ergo ait: Non ſum propheta, intellexit modo. Sycomorus idem eſt quod rubus afferens mora, quæ paſtorum famem depellunt, & folia eſuriem pecorum.

†colligens ſylueſtres ficus.

a *Vade & prophe. ad popu.* Quia humiliauit ſe dicens, Non ſum propheta, ſtatim meruit accipere ſpiritum prophetiæ.

b *Non ſtilla.* Prophetæ dicuntur ſtillare .i. quædam parua de ira Dei annunciare, quaſi quaſdam ſtillas mittere. Nulla enim creatura poſſet iram dei omnipotentis quanta eſt ſuſtinere.

c *Vxor.* Amaſias interpretatur robuſtus & frigidus, quia ferox & rebellis hæreticus prohibet eccleſiaſticū uirū ne proferat Dei doctrinam, & corrigat populū errantem. Huius vxor. i. falſa eccleſia apparebit omnibus, & filii quos in errore genuit, gladio Dei ferientur. Humus illius & oĩa quæ habet, erit poſſeſſio dęmonis, & ipſe morit̃ in terra polluta, q̃ nõ hẽt habitatorẽ Deū, ſed multis erroribꝰ contaminatur, & ppl̃s q falſū nomen Iſrael ſibi aſſumit, captiuat̃ de terra, ut non deo ſed dæmonibus & hæreticis ſeruiat. Non eſt tantus dolor in filia ſtuprata q̃tus in uxore polluta, nec tãtꝰ in occiſa uxore, q̃tus ĩ filiis trucidatis: Maritꝰ.n. uxorẽ mallet ĩterfici, q̃ pollui.

d *Et Iſrael.* Tandem captiuitas fiet, prius inſpectis his malis, quia nõ prius morieris, quã uideas captiuari, quos deceperas.

a ¶Bubulcus, uel paſtor aliorum pecorum.
phetæ, ſed armentarius ego ſum a
a ¶Decerpens frondes ſycomorum & aliarum arborum ad paſtum pecorum. b ¶Notat ſe
† uellicans ſycomoros. Et tulit b
ex humili, ad digni officii altitudinẽ per gratiam aſſumptū,
me dominus Deus cum ſequerer
ut in hoc officio magis Deo præcipienti quam Sacerdoti prohibenti obedire debeat.
gregem, & dixit dominus ad me:
a Vade propheta ad populū meum
a ¶Cum prohibeas prophetare.
Iſrael: & nunc audi uerbum domini: Tu dicis non prophetabis c
a ¶Decem tribus. b ¶Non annunciabis iram
b ſuper Iſrael, & non ſtillabis ſuper
Dei cultoribus idolorum. a ¶Ecce digna
domum idoli. Propter hoc hæc d
retributio.
c dicit dominus: Vxor tua in ciui- e
a ¶Bethel. b ¶Polluetur ab hoſtibus coram oculis tuis.
tate fornicabitur, & filii tui & filiæ
¶Hoſtium. a ¶Quam poſſides.
tuæ in gladio cadent, & humus f
a ¶Menſurabitur ab Aſſyriis, quam dabunt ſeruis & ancillis ſuis.
a ¶Qui nunc gloriaris in ſacerdotii dignitate uel ptãte.
tua funiculo metietur. Et tu in g
a ¶Aſſyriorum. b ¶Idololatris,
d terra polluta morieris, & Iſrael captiuus migrabit de terra ſua.

¶ a Sed armentarius. *id eſt habens animalia, quæ erant diuitiæ illius temporis. quaſi dicat non indigeo victu neceſſario, ut pro illo prophetizem mendaciter, ſed ſum uerus propheta. ideo ſubditur:*

b Et tulit me dominus &c. *ita quod loquor ex inſpiratione diuina. ſic exponit Rab. Salo. Aliqui vero exponunt ſic:* Non ſum propheta &c. *Id eſt non ſum tactus actualiter ſpiritu prophetiæ. Sed hæc expoſitio non uidetur conueniens. Primo quia in toto ueteri teſtamento & nouo non ſolum dicitur propheta qui actu tangitur ſpiritu prophetiæ, ſed etiam qui conſueuit tangi, quamuis actu non tangatur. Secundo, quia ſtatim in eadem ſerie prædixit prophetice punitionem Amaſiæ. d.*

c Tu dicis. non prophetabis &c. *volens impedire verbum domini.*

d Propter. *hæc erit pœna tua.*

e Vxor tua in ciuitate fornicabitur. *ab Aſſyriis ciuitatem capientibus, qui polluent in oculis tuis vxorem tuam, & occident prolem tuam.*

f Et humus tua funiculo metietur. *id eſt extraneis Gentibus diuidetur. Rex enim Aſſyriorum captiuato regno decem tribuum, miſit illuc Gentes alienas ad poſſidendum terram. iiij. Reg. xvij.*

g Et tu in terra polluta. *id eſt in Aſſyriorum terra multis idololatriis polluta. Dicit autem Hiero. in prologo huius prophetiæ. iij. quod Amaſias ſacerdos frequenter plagis afflixit Amos, & tandem filius eius Ozias eum vecte per tempora transfixit, & ſic dolore uulneris expirauit, quod hic non exprimitur.*

G

## GLOS. ORDIN. CAP. VIII.

F Aec oſtendit. Sequitur, *Vncinum.* Sicut vncino trahūtur rami arborum ad carpẽda poma, ita proximare facit tempus captiuitatis, vt aperte oſtendatur, quid per vncinum ſignificetur. ſubdit. *Venit.* Per uncinum intelligitur abbreuiatum tẽpus captiuitatis,

b *Venit.* Poſſunt hæc referri etiam ad tempus captiuitatis quę per Romanos facta eſt in ultionem ſanguinis Chriſti. Et hic eſt finis & ultima captiuitas, ultra quam non parcit eis Deus, & ululant cardines templi, ſuper occiſum populum †corruentes, Et in omni loco ſparſum eſt ſilentium Iudæis literam legentibus Moyſi & prophetarum, ſed quia amiſerunt ſpiritum nullam ſpiritualem intelligentiam habẽtibus. Vbicũq; fuerint Iudæi potius muſſitant, q̃ loquantur, & omnis interpretatio ſcripturarum eis muta eſt & ſilens, qui nõ ponunt aures ad audiendum.

†corruentis

c *Et ſtridebunt.* Vlulabunt prę nimia miſeria habitantium. Et eſt hyperbolice dictum, quod cardines portarum ſentientes pondus miſeriæ ululent. Et quia facit mentionem templi, quod erat Ieroſolymis, hoc ad duas tribus pertinere uidetur.

hyperbolicè

d *Audite hoc.* Ne ſine cã uideat̃ comminatio captiuitatis, cõmemorat offenſas populi

*poſtea illa quæ non poſſunt capi niſi cum vncino quo rami attrahuntur. & ideo per hanc uiſionem deſignabatur diuina vltio ultimata abſque retractione, ideo ſubditur:*

c Venit finis ſuper populum. *vt pertranſeam eum dimittendo abſque punitione. Hebræi dicunt, quod hæc eſt litera. Ecce calathus ficuum ſcilicet peſſimarum, quæ nihil valent ſed proiiciuntur. & per hoc captiuatio populi deſignatur.*

H

## CAP. VIII.

¶Etiam quę dicturus ſum.
a Aec oſtendit mihi dominus Deꝰ: a
Et ecce † uncinus pomorum. b
Et dixit: † Quid tu uides Amos? Et dixi: Vncinum pomorum. Et dixit dominus ad
a ¶Captiuitatis & interfectionis. b ¶Generaliter ſuper duodecim tribus.
b me: Venit finis ſuper populum c
a ¶Non negligam neque impunita relinquam ſcelera eorum ſicut ſolebam.
meum Iſrael. Non adiiciam ultra,
c ut pertranſeam eum. Et † ſtride- d
a ¶Cum uenerint Aſſyrii.
bunt cardines templi in die illa,
a ¶Non omnes, quia multi trans montes Mœdorum ducentur.
dicit dominus Deus. Multi mo- e
a ¶Terræ eorum.
a ¶Id eſt fiet, ablatis habitatoribus, qui in conuiuiis ſuis ſolebant reſonare diuerſis inſtrumentis muſicæ artis.
rientur, in omni loco proiicietur f g
d ſilentium. Audite hoc qui † conteritis pauperem, & deficere fa- h i

*f* Auguſti. *Ab augendo ſic dicti. Vnde Iſido. Etymol.ix. Auguſtus ideo apud Romanos nomẽ imperij eſt, eo quòd olim augerẽt rẽpublicã amplificando, quod nomen primũ ſenatus Octauiano Cæſari tradidit, ut quia auxerat terras, ipſo nomine & titulo cõſecraretur, dum idem Octauianus iam Cæſar & Imperator appellaretur, vel Auguſtus. Itẽ alibi legitur: quòd Romani adulantes Auguſto, menſem qui prius ſextilis dicebatur, a nomine Auguſti appellauerunt Auguſtum.*

Auguſtus

*g* Cæſaris. *Sic dicti a Iulio Cæſare primo imperatore. Vnde Iſido. Etymol.ix. Cæſarum nomen a Iulio incæpit, qui bello ciuili commoto primus Romanorum ſingularem obtinuit principatum. Cæſar autem dictus eſt, quòd cæſo mortuæ matris vtero prolatus eductusque fuerit. Vel quia cum cæſarie natus ſit, a quo imperatores ſequentes dicti ſunt Cæſares, eò quòd comati eſſent. Qui.n. ex ſecto matris utero extrahebantur, Cæſones vel Cæſares appellabantur.*

Cæſarum

*h* Græco nomine vocauit Sebaſten. *i. Auguſtam. Iſtam literam habent libri correcti. Alij habent ſic: Græco nomine vocauit Auguſtam. Sebaſte Græcè, Auguſta latinè.*

*i* Et ſicut Stephanus. *De quo. Act.vi. & ſeptimo.*

*k* Coronam. *Iuxta ſui nominis interpretationem: nam Stephanus Græcè: corona latinè.*

*l* Sic hic de ſeruitutis Dei cum Paulo Apoſtolo &c. *Hoc dicit, quia Apoſtolus Paulus ſemper in epiſtolis ſuis ſe ſeruum Dei appellauit. Quaſi dicat: Sicut Paulus gloriari poterat de hoc, quòd ſeruus Dei erat, & ſeruum Dei ſe dicebat. Sic & iſte ſecundum nominis interpretationem gloriari poterat, quia factus eſt ſeruus Dei. Abdias enim ſeruus domini, vel ſeruiens Deo interpretatur.* H

qui ſub rege Samariæ Achab, & *a* impiiſſima Iezabel, pauit centum *b* prophetas in ſpecubus, qui non *c* curuauerunt genu ante Baal, & *d* de ſeptem millibus erant, quos Elias arguitur ignoraſſe. Sepulchrũ quoque eius uſque hodie cum mauſoleo Eliſæi prophetæ, & Baptiſtæ Iohannis in Sebaſte venerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur. *e* Hanc Herodes rex Antipatris filius in honore Auguſti *f* Cæſa*g*ris Greco nomine vocauit Seba*h*ſten, ideſt Auguſtam. Hic igitur, quia cẽtũ prophetas pauerat, accepit gratiam prophetalem, et de duce exercitus fit dux eccleſiæ. Tunc in Samaria paruum gregem pauerat, nunc in toto orbe Chriſti paſcit eccleſias. Et ſicut Stephanus *i* coronam *k* meruit paſſionis, ſic hic *l* de ſeruitutis Dei cum Paulo Apoſtolo nomine gloriatur, quia Abdias ſeruus domini in noſtro ſonat eloquio.

*Incipit Argumentum.*

ABdias qui interpretatur ſeruus domini, perſonat contra Edom ſanguineum, terrenumq́ue fratrem, fratris quoq; Iacob ſemper æmulum haſta percutit ſpiritali.

GLOS. ORDI. CAP. I.

VIſio Ab. Abdias quãto breuior tãto ꝓfundior: ſeruꝰ Dei interpretatᷓ, ſicut Moyſes famulus Dei, & Apoſtolus ſeruus Chriſti, & ea uidit & audiuit, quę ſunt digna ꝓphetali ſeruitute. Eſt ergo hæc uiſio Abdię, quã uidet in Gentibus, ad quas legatũ miſit dñs: Deſtructio.n. Idumeę viſio nationũ eſt: Cũ autẽ in titulo ponatᷓ: Viſio, nõ ſequitur ꝙ aliquid uiderit, ſed tñ audierit. Viſio ergo pro intellectu hic ponitᷓ more ꝓphetarũ: q qđ vidẽt & audiũt intelligũt, a qua uiſione ꝓphetæ.i. vidẽtes dñr. Magna autẽ pars huius ꝓphetiæ continetᷓ in libro Ieremię mutatis quibuſdã uerbis. Eſau filius Iſaac frater Iacob vocatus eſt ẽt Edom.i. rufus, & Seir.i. piloſus. Hic poſſedit regionem, quæ nunc dr̃ Gabalena, vbi prius habitauerũt Horræi, qui interpretantur liberi. Vrbs quæ Hebraice Edom, & Græce Idumæa uocatur a nomine conditoris, viculus eſt Paleſtinæ, cui dr̃ p Amos: Super tribus ſceleribus Edom, & ſuper quatuor nõ conuertam eum. Cũ ergo idem hõ tribus nominibus vocetur, ſic & terra eiuſdem Edom dr̃, & Idumæa & Seyr. Hæc regio non computatur inter extraneas Gẽtes, quia poſſeſſa eſt a filio Iſaac, fratre Iacob: nec data eſt filiis Iſrael in poſſeſſionem, ſed prohibentur filij Iſrael mouere arma contra fratrem ſuum. Sicut autem Eſau ex odio perſequutus eſt fratrẽ ſuum Iacob, ita Idumęi ſemper inimici fuerunt Iſraelitis. Cõtra Idumæos ergo loquitur hic propheta. Iuxta hiſtoriam: O Edom cum ſis minimus ad comparationem cæterarum Gẽtium, quæ ſunt in circumitu, in ſuperbiam erigeris: et cũ ſis cõtẽptibilis & pauper, nec hẽns tecta ædificiorũ, ſed habitãs in ſpeluncis

Eſau

Gebalena regio

Amos.2.a

*Incipit Abdias propheta.*

CAP. I.

*a* ¶Intellectus verborum quæ fluunt a Deo.

VIſio Abdiæ. Hæc dicit do*a*minus Deus ad Edom.

Incipit poſtilla venerabilis patris, fratris Nicolai de Lyra ſuper Abdiam prophetam.

CAP. I.

VIſio Abdiæ. *Secundũ doctores Hebraicos & Latinos iſte Abdias fuit diſpenſator domus Achab regis Iſrael, qui cum Iezabel interficeret prophetas domini, abſcondit ex eis quinquagenos, & quinquagenos in ſpeluncis, & pauit eos. iij.Reg.xviij.a. & ideo meruit a domino ſpiritum prophetiæ ſecundum dictum Saluatoris. Matt.x.d. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetę accipiet. Hic autem prophetat contra Idumæos, qui debuiſſent diligere Iudæos, eò* ꝙ *a duobus fratribus deſcendiſſent, & ipſi econtrario habuerunt eos odio, & eorum perſequutoribus auxilium præbuerunt. Diuiditur ergo eius prophetia in duas partes, quia primò nunciatur Idumæorum uaſtatio. Secundo Iudæorum conſolatio, ibi: Et in mõte. Prima in tres, quia primo denunciatur eorum uaſtatio propter culpam ſuperbiæ. Secundo propter culpam ſuperſtitioſæ ſcientiæ, ibi: Non eſt prudentia. Tertio propter culpam fraternæ inimicitiæ, ibi: Propter interfectionem. Circa primum dicitur:*

*a* Viſio Abdiæ. *ſcilicet eſt hæc quæ ſequitur:*

¶ Auditum

MORALITER.

✻ *a* *Viſio Abdiæ &c.* Quæ literaliter intellecta eſt de deſtructione Idumææ propter tria. Scilicet propter præſumptionem de ſua fortitudine ſpecialiter quãtum ad ſitum terræ, & propter præſumptionem de magnitudine ſuæ ſapientiæ, ibi:

✻ Non eſt



ſpeluncis quaſi aquila in ſublime eleua-
A ris, & ita tumeſcis corde, vt intra ſidera credas te habitare, & omnes Gẽtes tuo ſubiugare imperio. Secundum tropologiã, factus eſt ſermo contra Iudæos carnales, qui inuidẽt Chriſtianis, & Iacob fratrem ſuum.i. populum ſupplantatorẽ qui illis primogenita præripuit, perſequuntur. Vel fit contra hæreticos, qui cum videantur dicere, vicina nobis contraria ſunt, & ſimplicem habitatorẽ de hæreditate patris nitũtur expellere. Vel contra mundum, qui terrenus & cruentus. Vnde Iſaias: Qui eſt iſte, q venit de Edom tin. veſti de Boſra? Quidam per Idumæam intelligunt carnem, aduerſus cuius impugnationem putant prouocari animam, vt mortificatis mẽbris, quæ ſunt ſuper terram, conſequamur æternam in Chriſto gloriam. Iudæi fruſtra ſomniant hanc prophetiam dirigi contra imperium Romanum.

*a* *Surgite.* Legatus loquitur Gentibus ad quas miſſus eſt. Surgite qui dormitis, & ne timeatis inire grauem pugnam, & inſolitam: me habetis primũ in acie: Ego qui apparui Ioſue tenens gladium, & Amalech in crucis meæ vexillo Moyſe pugnante ſuperaui, ero uobiſcum.

*b* *Ecce pa.* Alle. O hęretice licẽt magnus videaris tibi, & contẽnas paucitatem eccleſiæ, tñ apud eccleſiaſticos uiros cõtẽptibilis es, & tamen ſuperbia cordis tui te eleuat, cum ſis diuiſus a petra Chriſto & eius eccleſia, & confiſus in myſteriis & ſecretis tuis, repromittis tibi regna cęlorum. Poſſunt ẽt dici hæc aduerſus carnem, cuius vires imminutæ ſunt in aduentu Chriſti, & contemptibilis fit, & animæ imperio ſubiecta, & fruſtra eri-
B gitur cum habitet in cauernis.i. ſenſibus uel cogitationibus, & vult dominari animæ, exaltãs ſolium, & opera ſua non credit poſſe ſuperari.

*c* *Si exaltatus.* Aquila altius volat cæteris auibus, & habet tam acutum uiſum, ut in ſublimibus volans piſciculos uideat in mari natantes, ad quos rapiendos in modum tormenti deſcendit. Promittũt ſibi hæretici aquilarũ ſimilitudinẽ, quæ ſolent ad cadauer dominicum congregari. Solent ẽt inter ſidera eccleſiæ, dũ dormit paterfamilias, nidum ſuum ponere, confiſi magnitudine corporis, & longo ductu alarum, ſed tamen inde detrahit eos Deus. Hoc etiam poteſt dici cõtra carnẽ, quæ quãuis ſe erigat, & aquilæ imitetᷓ excelſa, & multos ſanctorũ decipiat, tñ a dño eſt exuperata & deiecta.

*d* *Si fures in.* Fures & latrones ſunt hęretici, filii noctis, & tenebrarum, qui peruerſa prædicant, & ſufficientia ſibi de eccleſia Dei furantur. Hi ingrediuntur uineam domini, quam de Aegypto eduxit, & ita volunt omnia uaſtare, vt vix racemos relinquant: Sed Deus primũ in hoc eos vincit, ꝙ per eccleſiaſticos uiros occulta priorum hæreſiarcharum (q deſignantur per Eſau) aperit & mendacia detegit. Quod cum admiratione dicit: Quomodo.i. quàm ſubtiliter ſancti uiri perſcrutati ſunt occulta Eſau? vt appareat eius ſtultitia.

*e* *Nonne furati eſſent &c.* Quæ ſibi putarent ſufficere, & aliquid in domibus reliquiſſent, vel per ſatietatem, vel ignorantiam. Sic & vindemiatores, vel hoſtili animo, vel conducti a te, ſi vellent metere vineam tuam, tamẽ aliquos racemos uitibus folijſq; celatos relinquerent, ſed Babylonii a Deo contra te miſſi, omnia ſecreta tua ſcrutati ſunt, nihil in foraminibus & cauernis relinquentes.

*f* *Quomodo ſcru. ſunt.* Admirando dicit: Q. nihil reliquerunt. Et mirum

*a* ¶Iungit ſe alijs prophetis, qui ſpiritualiter diuinam ſententiam audierunt contra Idumæos.

*a* ¶Legatus eſt Ieſus Chriſtus, homo qui mittitur ad Nabuchodonoſor & exercitum eius, vt veniat ad deſtructionem Idumæorum.

*a* ¶Edom, vel eam Idumæam.

¶Numero hominum.

*a* ¶Terra Idumæorum ſub nimio calore ſolis ſita eſt, & ideo in cauernis & in ſciſſuris petrarum habitant.

*a* ¶Tale quid & Dauid loquitur: Poſuerunt in cęlum os ſuum, & lingua eorum tranſiuit in terra.

*a* ¶Parentheſis de præſumentibus.

¶Q. nullus.

*a* ¶Qui domos nocte fodere, & quæ in domibus ſunt rapere ſolent. ¶Abſconditi tenebris angulos domus tuæ cum circumiſſent, qualiter tunc taceres? ſubaudi: ſic tacebis veniente Nabuchodonoſor non audens reſiſtere.

*a* ¶Cauernas, foramina.

*a* ¶Moabitæ & Ammonitæ prius fœderati tecum, coniuncti ſunt Aſſyriis ad te captiuandum.

*a* ¶Ducendo in captiuitatem.

*a* ¶Qui fuerant pacifici in præſidio urbium ſuarum. *b* ¶Qui tanta affinitate erant coniuncti, vt comederent panem tecum, inſidiantur his qui ad te pertinent, ne aliquis effugiat.

*a* ¶Per hoc patet, quod ſtultus eſt Edom, qui non præuidit futuros hoſtes, quos habebat amicos. *b* ¶Qualis eſſe debuerat.

*a* ¶Cum hæc contigerint tibi.

*a* ¶Philoſophos. *b* ¶Edom Hebraice, Idumæa Græce dicitur.

*a* ¶Vt calliditas ſtultitiæ eius appareat, cum nullum conſilium poſſit inuenire quo ſuperueniens malum poſſit vitare.

*a* ¶Cum cœperint audiri aduentus hoſtium & irriſio prius pacificorum, tunc fortes regni tui, qui habitant in meridie, qui ſolebant pugnare pro ciuitate, & prudenter conſilia dare, timebunt.

Auditum audiuimus a domi*a*no, & legatum ad Gentes mi*b*ſit. *a* Surgite & conſurgamus *b* aduerſus eũm in prælium. Ec*c*ce paruulum dedi te in Gentibus. Contemptibilis tu es valde. Superbia cordis tui extulit *d* te habitantem in † ſciſſuris petra*e*rum, exaltantem ſolium † tuum. Qui dicis in corde tuo: *f* quis detrahet me in terram? *c* Si exaltatus fueris vt aquila, & ſi inter ſidera poſueris nidum tuum, inde detraham te, di*d*cit dominus. Si fures introiſ*g*ſent ad te, ſi latrones per noctem, quomodo conticuiſſes? *e* Nonne furati eſſent ſufficientia ſibi? Si vindemiatores introiſſent ad te, nunquid ſaltem *f* racemũ reliquiſſent tibi? Quomodo ſcrutati ſunt Eſau? Inueſtigauerunt abſcondita eius. *g* Vſque ad terminos emiſerunt te, omnes uiri fœderis tui il*h*luſerunt tibi. Inualuerunt aduerſum te uiri pacis tuæ. Qui cõmedunt tecum, ponent † inſidias ſubter te. Non eſt pru*i*dentia in eo. *h* Nunquid non *k* in die illa dicit dominus, per*l*dam ſapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Eſau? Et timebunt fortes tui † a me*m* *i* ridie, vt intereat uir de mon-

mirum eſt, ꝙ hoĩes illi in cauernis & foraminibus habitantes propter nimium calorem, nihil abſcondere potuerunt, quod non inueniretur ab hoſtibus. C

*g* *Vſq; ad ter.* Non una pars regionis per Babylonios vaſtata eſt, ſed vſq; ad finẽ regni tui peruenientes emiſerunt te extra regnum tuum. *Vſq; ad terminos.* Alleg. Cum ſecreta hæreticorum per ſanctos fuerint propalata, prius decepti deſerẽt terminos Edom, & tranſibunt ad eccleſiam, illudentes falſis eorum ſententijs, & præualebunt credentes, conterentes argumenta eorum, qui cum hæreticis comedebant panem luctus, & ponent contra eos inſidias de autoritate ſcripturarum. Tunc apparebit, ꝙ in hæreticis nulla eſt uera ſcientia.

Allegor.

*h* *Nunquid.* Nũquid cum prius decepti reuertuntur ad eccleſiam Deo pugnante, apparebunt ſtulti, qui ſapientes uidebantur, qui carnalia & terrena ſapiebãt, qui eleuantes ſe contra ſcientiã Dei ꝓ Eſau pugnabant arte dialectica, & tunc magiſtri, qui putabant ſe eſſe in meridie, conuicti timebunt.

† munitionibus. † ſuum

*i* *De monte* Mons Eſau idem eſt, q mõs Seir, in quo mõte ſita eſt vrbs Idumęa. Bene ergo ab hoc monte dr̃ auferri ſapiẽtia. Vel quia omnis regio illa vergẽs ad auſtrum confinis eſt eremo, & præruptis montibus edita: eadem regio Heman dicitur, id eſt meridies.

Propter

NIC. DE LYRA.

¶ *a* Auditum audiuimus a domino. *Ego & alij prophetæ inſpirati ab eo.*

*b* Et legatum ad Gen. miſit. *Iſte legatus eſt inſtinctus diuinus excitans aduerſarios Idumæorum ad deuaſtandum eos propter peccata eorum. Ideo ſubditur confœderatio eorũ ad hoc agendum, cum dicitur:* Surgite & conſurgamus &c. D

*c* Ecce paruulum dedi te. *Verbum eſt domini loquentis de futuro per modum præteriti propter certitudinem prophetiæ ſuper Idumæam venturæ.*

*d* Superbia cordis tui extulit te. *vltra modum virtutis tuæ.*

*e* Habitantem in ſciſſuris petrarum. *i. in locis vbi acceſſus eſt difficilis, in quibus nimis confidis. Ideo ſubditur:*

*f* Qui dicis in corde tuo: quis detrahet me in terram? *i. deijciet me a magnitudine mea, ac ſi non timeas hominem nec Deum. Ideo ſubditur reſponſio diuina:* Si exaltatus fuer. &c. *Et ſubditur omnium bonorum direptio totalis, cum dicitur:*

† plagam.

*g* Si fures introiſſent ad te, ſi latrones per noctem, quomo. *Et patet litera vſq; ibi:*

*h* Omnes uiri fœderis tui &c. *In quo oſtenditur,* ꝙ *talia paſſura ſit Idumæa non ſolum ab inimicis ſuis, ſed etiam ab illis, qui prius erant amici ſui & ſibi confœderati: quod eſt ſatis grauius. ſecũdum illud Pſ.liiij.b. Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utiq; &c.*

*i* Non eſt prudentia in eo. *Hic conſequenter denunciatur uaſtatio Edom propter ſcientiam ſuperſtitioſam. Intendebant.n. diuinationibus & augurijs. Ideo ſubditur:* Non eſt prudentia in eo. *Intendentes.n. talibus frequenter decipiunt. Ideo ſubditur:*

*k* Nunquid non in die illa dicit dominus. *ſcilicet vaſtationis Idumææ.*

*l* Perdam ſapientes de Idu. *qui ſuis ſuperſtitionibus denunciabant ei ſecuritatem. q.d. Sic, per effectum contrarium.*

† o Themã

*m* Et timebunt for. tui a me. *Ab illa.n. parte intrauit exercitus aduerſariorum.*

¶ Propter

MORALITER.

✻ *i* *Non eſt prudentia in eo &c.* Et propter odium fraternũ, ibi:

✻ Propter

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

☞ a *Propter in.* Hæc tibi inferentur, quia interfeciſti germanum coniunctis Babyloniis, obſidentibus Ieruſalem, & ingredientibus portas eius, & mittentibus ſortem pro diuiſione prædarum, quia odium quod habuit Eſau pro benedictione cõtra Iacob, tu adhuc exerces in filios ipſius, quia doles te ꝑdidiſſe quod habẽt Iudæi, & ideo hoſtibus eorum ſociaris. O hæretice terrene & crudelis prædicta patieris, quia & mortifera doctrina linguæ, & odio cordis occidiſti quantum in te fuit Iacob. ideſt Chriſtianum populum. Ideo confuſionem patieris, & peribis in æternum: Et qñ aliquis violentus perſequutor nititur abrumpere pacem Ieruſalem, tu grauius q̃ aliquis Gentilis expugnas. Aliter. Portæ Ieruſalem. i. animæ quieſcẽtis, & uidentis Deum: ſunt quinq; corporei ſenſus, per quos intrẽt hoſtes. i. peſſimę cogitationes, ut diuidant ſpolia miſeriæ Ieruſalem. ſicut quando aperitur oculus ad cõcupiſcendum. Cum vero per has portas aliquis de eccleſia corruerit, tũc Iudæus uel hæreticus gaudet, & grauius quàm Ethnicus inſurgit.

*Iſa. 9. a* — †aſpicere debebas.

b *Et non.* Iam aperte minatur ſermo ꝓpheticus Edom, quia cum ꝑꝑ malitiam quam in fratrem exercuit, ducetur captiuus de monte Eſau, vltra non deſpiciet fratrẽ eũtem in captiuitatem, ſicut ante fecit: quia ipſe Edom prius captiuabitur q̃ Iſraelitę tẽpore Ioakim vel tempore Sedecię per Nabuchodonoſor captiuentur. O hęretice cũ videris fratrem tuum vel violentia perſequutionis, vel aliqua hæreſi ab eccleſia deuiare, non lætaberis in perditione eorum, quia & tu peribis, nec magna loqueris ſuꝑ eum, quando ille vel oppreſſus negabit, vel voluptate abſtractus rigorem mentis non ſeruabit. Solet autem hæreticus cum uiderit aliquem, vel fuga vel pęnitẽtia elapſum a periculo, ſtare in diuerticulo & ſophiſmata ꝓponere, & quaſi de ſcripturis teſtimonia proferre ad refectionem laſſorum, intãtum vt qui perſequutione uictus nõ fuerat, prauo dogmate in carcerem errorum retrudatur. Et cum ſpecie fratrernitatis decipiat, grauior eſt eius perſequutio quam Gentilis. Dum aliquis vel in anguſtia negat, vel voluptate rigorem priſtinum perdit, tunc facile ad contraria dogmata ſolet labi, quæ non curant vulnus, ſed blandiuntur errori & palpant.

† mittere debebas.

*Herodotus* — c *Quoniam iux.* Vniuerſas Gentes Herodoto teſte, vſq; ad Propontidem Scythicũq; mare, & Ionium vel Aegeum, Aſſyrij Babyloniiq; ſibi ſubiugauerunt. Vnde ait: Si aliæ Gentes, quæ non adeo peccauerunt, biberunt de calice iræ Dei, quomodo tu, quæ magis peccaſti, impunita remanebis?

*Iſa. 51. f* *Pſal. 136.* — d *Sicut fe. fiat.* Simile legitur in Pſ. Memor eſto dñe filiorum Edom in die Ieruſalem dicentiũ: Exinanite, exinanite vſq; ad fundamentũ in ea. Vnde & contra Babylonẽ imprecatur ꝓpheta: Filia Babylonis miſera, beatus qui retribuet tibi retri. tuam quã retribuiſti nobis: Beatus qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram. *Ibidem.*

e *Qũo enim bib.* Sicut cum Babylonijs lætabaris de deſtructione Ieruſalem, ubi erat templum meum & altare: ita delectabunt ☞ in effuſione

a te Eſau? Propter interfectionem & propter iniquitatẽ in fratrem tuum Iacob o- b
a ¶Quando capieris ab hoſtibus. b ¶Æterna captiuitate damnatus.
periet te confuſio, et peribis c
a ¶In manifeſta captiuitate, cum Ioakim & Daniel, & alii per Nabuchod. ſunt ducti in captiuitatem.
in æternum. In die cùm ſta- d
res aduerſus eũ, quando ca e
a ¶A Deo, & a progenie Iudæorum.
piebant alieni exercitum eius, & extranei ingredieban f
a ¶Ciuitatis Ieruſalem.
tur portas eius, et ſuper Ieru g
a ¶Spolia ciuitatis, quis quid tolleret.
ſalẽm mittebant ſortem, tu h i
quoque eras quaſi unus ex
c ¶Cum venerit ſecunda, vel tertia captiuitas duarum tribuum, non iunges te victoribus, nec irridebis captiuos, quia & tu captiuus eris.
b eis. Et nõn† deſpicies in die k
fratris tui, in die† peregri- l
nationis eius. Et non† læta- m
a ¶Duas tribus, quæ regnabant in Ieruſalem, a Chaldęis captas. ¶Diſcipulos Chriſti.
beris ſuper filios Iuda in die
a ¶Captiuitatis.
perditionis eorum, & non n
a ¶Magna loquendo, quaſi unus de uictoribus.
magnificabis os tuũ in die
a ¶Corporalis, in perſequutionibus, vel ſpiritualis in peccatis. b ¶Gratulabundus, quia tu ſimilia patieris.
anguſtiæ. Neque ingredie o
a ¶Quia & tu manibus Nabuchodonoſor traderis.
ris portã populi mei in die
a ¶Captus a Babylonijs, nec quæ feciſti, facies, neque quæ ſequuntur.
ruinæ eorum, neque de-
a ¶Perſequutione, negatione in die quando aliqui in martyrio labuntur.
ſpicies & tu in malis eius
in die vaſtitatis illius. Et p
a ¶Cum exercitu Babyloniorum. ¶Quando ſuperatus aduerſarios fugies.
nõn † emitteris aduerſus e-
a ¶Iuda.
xercitum eius in die vaſtita
a ¶Cum fugere cœperis per diuerticula & calles tibi notos ad ſolitudinem, & non ſtabis in biuijs, vt interficias uenientes, vel captiuitati hoſtium reſerues.
tis illius. Neque† ſtabis in q
exitibus, vt interficias eos
a ¶In carcere captos.
qui fugerint. Et nõn con- r
cludes reliquos eius in die
a ¶Ideo. ¶O Idumæa, hæc facere ceſſabis: quia ueniet ſuper te ultio.
c tribulationis, quoniam iux ſ
a ¶Iudicium & vltio.
ta eſt dies domini ſuper om t u
a ¶Sicut occidiſti Iudæos, ita occideris ab hoſtibus
d nes Gentes. Sicut feci- x
a ¶Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipſius iniquitas eius deſcender.
ſti, fiat tibi: retributionem
¶Dies domini.
tuam conuertet in caput
e tuum. Quomodo enim bi- y

## NICOL. DE LYRA.

¶ a Propter interfectionem. *Hic conſequenter denunciatur uaſtatio de Edom propter crimen inimicitiæ fraternæ, cum dicit:* Propter interfecti. & propter iniqui. in fra. tuum. *Eſau. n. perſequebatur fratrem ſuum Iacob ad mortem, Ge. xxvij. pro benedictione paterna, & eodem modo Idumæi ab Eſau deſcendentes perſequuti ſunt populum Iſrael a Iacob deſcendentem, propter quod nominatur hic Iacob.*

b Operiet te confuſio. *ſuperueniens tibi ex omni parte.*

Et pe-

c Et peribis in æternum. *abſque regni reparatione.*

d In die cum ſtares ad. *i. populum Iudaicum.*

e Quando capie. alie. *id eſt Aſſyrij primo, & poſtea Chaldæi.*

f Et extranei ingrediebantur. *in Ieruſalem, & alijs ciuitatibus.*

g Et ſuper Ie. *id eſt ſuper prædam Ieruſalem.*

h Mittebant ſort. *vt quilibet portaret partem ſuam.*

i Tu quoq; eras. *ciuitates deſtruendo & bona rapiendo.*

k Et non &c. *i. in die vaſtationis eius non deſpicies eum, quia tu eris magis contemptibilis.*

l In die pe. *i. captiuationis ad terram extraneã.*

m Et non. *q. habebis occaſionem maioris triſtitię.*

n Et non magn. *iactando te ꝙ fueris in templi et ciuitatis combuſtione, ex quo contigit maxima Iudæorum anguſtia: licèt enim Idumæi pluries fuiſſent contra regnum Iuda cum Aſſyrijs & Chaldæis, vt dictum eſt: tamen ante combuſtionem ciuitatis & templi per Nabuzardan fuerunt captiuati, vt dicunt expoſitores aliqui, & ſic non fuerunt in illa. Ideo ſubditur:*

o Neque ingre. por. *Et patet litera.*

p Et non emitte. *i. ad perſequendum Sedeciam fugientem cum uiris bellatoribus.*

q Neque ſtabis in exi. *ſ. ciuitatis ad interficiendum fugientes.*

r Et non conclud. *qui non poterunt effugere de ciuitate.*

ſ Quoniam iuxta. *i. prope & ante dictam uaſtationem Ieruſalem.*

t Dies domi. *i. tempus ſuæ vindictæ.*

u Super omnes. *ſ. regni Idumææ. Sed quia Iſa. xxi. & xxiiij. & lxiij. & Iere. xlix. et Eze. xxxv. uidetur dicere textus, ꝙ Idumæi fuerunt cũ Chaldæis in deſtructione Ieruſalem per Chaldæos, ſicut ibidem fuit dictum. Et idem ſonat, quod hic præmittitur:* Et ſuper Ieruſalem mitte. *i. ſuper prædã de Ieruſalem, ut quiſq; partem ſuam tolleret.* Tu quoq; eras quaſi vnu. *quæ diuiſio prædæ maxime fuit in captione ciuitatis per Chaldæos. Aliter exponenda eſt litera ab illo loco.* Et non deſ. in die fr. *i. de uaſtatione eius facta per Chaldæos, ſicut Prou. xvij. dicitur: Qui in ruina lætatur alterius. i. de ruina. alterius nõ erit impunitus. q. d. maius malum eueniet tibi poſt deſtructionem Ieruſalem, & ita ceſſabis deſpicere populum Iudaicum.* Et non lætaberis. *Superuenient. n. tibi occaſiones triſtitiæ maioris. motus. n. maiores depellunt minores.* Et non magnificabis os tu. *vltra te iactando, quòd fuiſti in ciuitatis & templi captione, eadem de cauſa.* Neq; ingredieris portam. *poſt ciuitatis reædificationem per Neemiam.* Et non e. aduerſus exercitum eius. *tunc ſicut miſſus fuiſti ante per Nabuchodonoſor.* Neq; ſtabis in exiti. *ſ. Ieruſalem ad interficiendum fugientes de ea, ſicut feciſti tempore obſidionis eius per Chaldæos.* Et non concludes. *remanentes in ciuitate, ſicut tunc feciſti.* Quoniam iux. *i. prope, quia ſtatim poſt deſtructionem Ieruſalem fuerunt captiuati Idumæi.* Dies do. *id eſt tempus ſuæ vindictæ.* Super om. *ſ. regni Idumææ, de quibus loquitur propheta.*

x Sicut fe. *perſequendo nequiter filios Iudæ, ita alij perſequentur te.*

y Quomodo enim bibiſti. *i. laute vixiſti de bonis acceptis de templo, quod erat in monte Moria.*

¶ Bibent

## MORALITER.

✱ a *Propter interf.* Myſtice uero per Edom ſignificatur omnis præſumens de ſua fortitudine, ſimiliter præſumens de ſua ſapientia ſeculari, & ſimiliter perſeuerans in odio fraternali. Quod eſt fatuum & iniquum: nã in morte deficit corporalis fortitudo, in tm̃, ꝙ moriẽs non poteſt ſe defendere de muſca. Similiter ſapientia, quia ſicut dicit Auguſtinus in ſermone de innocentibus: Hac animaduerſione percutitur peccator, vt moriens obliuiſcatur ſui, qui dum uiueret oblitus eſt Dei. Similiter odium fraternum multùm nocet moriẽti, quia propter hoc pauci ualde compatiuntur ſibi Et ſic patet deſtructio præſumentis maligni.

✱ Et in



☞ in effuſione tui ſanguinis Gentes quas tunc tecum habebat Babylonius in præſidio.

a *Bibent om. Gen. iugi.* Contrarię fortitudines ſupplicijs deputatæ, vel quæcunq; uirtutes aduerſariæ.

b *Et ab.* Nec ſolum lætabuntur in tua perditione, ſed etiam abſorbebunt occidendo, ita vt ſint Idumæi quaſi non ſint, vel illæ Gentes erunt, quaſi non ſint; quia qui abſorbent te, abſorbebuntur a Mędis, quia ſicut Babylonij alias Gentes, ita Mędi Babylonios vicerunt, & Mœdos Macedones, & Macedones Romani, Romanos Chriſtus.

c *Et erunt quaſi non ſint.* Quicumq; nõ adhæret illi, qui dicit: Ego ſum: nihil eſt. Hæretici ergo, qui cũ eo nõ ſunt, peribunt: & in die iudicii ita retribuetur eis, ſicut ipſis qui peccauerũt contra eccleſiam.

d *Et in monte Sion.* Allego. Deſtructis operibus carnis, & terreno imperio deſolato: in eccleſia erit ſaluatio eorũ qui a matre non exierunt, & in ipſa morabitur ſpiritus ſanctorum, & domus ſupplantantium vitia poſſidebunt eos Chriſtianos effectos, qui ſe prius poſſederãt: & domus Eſau. i. terrenorum non poterit ſuſtinere diſputationem ignitam Catholicorũ, ſed deuorabũtur in ſuam ſalutem: Et nõ erũt reliquiæ Eſau. qñ Chr̃o flectẽt omne genu, cęleſtiũ terreſtriũ & infernorum, & cum Deus ſit ignis conſumẽs, ſui vertuntur in naturã ignis, vt conſumant ſtipulam peccatorum.

e *Et erit.* dñs reuerſus ad templũ, qđ ꝓ peccatis dimiſerat Vel erit ſanctus, ipſe mons Sion ꝑꝑ cultum Dei, qui ibi celebrabitur, & tunc, qui reuerſi fuerint, vel de duabus, vel de decem tribubus pariter pugnabunt contra Idumæos: quibus Idumæi non poterunt reſiſtere, ſicut nec ſtipula igni.

f *Et erit domus Iac.* Per Iacob duæ tribus, per Ioſeph decem, quia Ieroboã qui primus in illis regnauit de Ioſeph fuit. Hæc omnia Iudæi de tp̃e Antichriſti interpretantur, quem ꝓ Chr̃o recipient. Et quidquid cõtra Idumęã dr̃, ipſi de Romano imperio ſomniãt dictum. Nos vero ſub Zorobabel iã factũ eſſe intelligimus, vel quotidie in eccleſia, & in regno animæ cõtra carnẽ in unoquoq; cõpleri videmus.

g *Et hær. hi qui ad auſtrum ſunt, montem Eſau.* Reuerſo Iuda in regnum, hi qui in meridie habitabant, & habebant anguſtos terminos, occupabant montana Idumæorum, & qui de duabus tribubus prius in campeſtribus erant in Lydda, Emaus, Dioſpoli, Nicopoli: poſſidebunt quinq; urbes Philiſthinorum, Gazã, Aſcalonẽ, Azotũ, Acharon, Geth. Dilatabitur ẽt Iuda vſq; Ephraim, vbi nunc eſt Neopolis & ad regionem. ſ. vbi nũc eſt Sebaſte. Beniamin uero cui terminus eſt ad Ieruſalẽ contra Septẽtrionẽ poſſidebit cũctã Arabiã, quæ prius Galaad dicebat, nũc Geraſa dr̃. Myſtice q ſunt in vero lumine, & q tenẽt campeſtria humilitatis poſſidebunt magiſtros Gentilium, qui montibus comparantur ꝑꝑ philoſophiam & eloquẽtiã, & ẽt Philiſthijm diſcipulos illorum, qui alienigenæ dñr. Poſſidebunt ẽt hæreticos eccleſiæ qui fructificationem & cuſtodiam mandatorum Dei promittunt. Porro Beniamin. i. filij dexteræ. ſ. populus Chriſtianus poſſidebit Galaad. i. Iudæos, a quibus tranſmigrauit teſtimonium ad Chriſtianos.

h *Et tr.* Allego. Sarepta anguſtia panis uel incendium. Chanaã motus, vel negociator, vel humilis. Qñ uero tranſmigratio filiorũ Iſrael dimiſſa occidente litera veniet ad ſpiritũ uiuificantẽ, mouebit cuncta quæ legis ſunt, de multis margaritis vnam negociabitur humilis effectus, & ubi fuit ante tribulatio panis, paſtũ pręhebit. & vitia incendet. Trãſmigratio uero Ieruſalẽ ubi fuit viſio quõdã pacis nunc toto orbe diffuſa poſſidebit eccleſias ueri luminis, & tunc aſcendent ſaluatores apoſtoli, de reliquiis Iudæorũ electi, ſpeculã mõtis eccleſiæ, & deponentes Iudaicam ſuperbiam & uniuerſorũ montiũ q ſe aduerſus Dei ſcientiã erigũt, dño regnum parabunt.

¶Calicem diaboli. a ¶Eccleſiam.
biſti ſuper montem ſanctum me-
a ¶Conuerſæ contra te.
a um, bibent omnes Gentes iugiter, a
b c & bibent & abſorbebunt, & erunt b c
a ¶Deſtructa Idumæa, ſub Zorobabel reuertentur duæ tribus ad Ieruſalem in ſua libertate.
d quaſi non ſint. Et in monte Sion d
e erit ſaluatio, & erit ſanctus. Et poſ- e f
ſidebit domos Iacob † eos qui ſe
f poſſederant. Et erit domus Iacob g
ignis, & domus Ioſeph flamma,
a ¶Idumæa. b ¶Quæ cito crematur. c ¶Domus Eſau per eos.
& domus Eſau ſtipula. Et† ſuccen- h
a ¶Nec vnus vitabit ſubuerſionem.
detur in eis & deuorabunt eos, ẽt
non erunt reliquiæ domus Eſau,
¶Qui eſt veritas. a ¶Cuius loquutio eſt operatio.
g quia dominus loquutus eſt. Et hæ- i
reditabunt hi, qui ad auſtrum ſunt
montem Eſau, & qui in campeſtribus Philiſthijm, & poſſidebunt regionem Ephraim & regionem Samariæ. Et Beniamin poſſidebit Ga-
a ¶Id eſt illi qui reuerſi fuerint de decem tribubus a captiuitate, poſſidebũt omnia regna Chananæorum vſq; ad Sareptam, vbi vidua quondam pauit Eliam.
h laad. Et trãnſmigratio exercitus k
huius filiorum Iſrael omnia loca l
Chananæorum vſque ad Sareptam, m
a ¶Qui de Ieruſalem metropoli ciuitate tranſlati fuerunt in Boſphorum.
& trãnſmigratio Ieruſalem, quæ in n
a ¶Quæ ſunt in tribu Iuda: reuerſi enim urbem ſuam & loca vrbi vicina obtinebunt.
† Boſphoro eſt, poſſidebit ciuitates
a ¶His expletis. b ¶Sicut fuit Zorobabel. ¶Sicut in libro Iudicum legitur dominus miſiſſe ſaluatores ad liberationem populi ſui.
auſtri. Et aſcendent ſaluatores in o
a ¶Venient. b ¶Qui iudicent ac diſcernant Idumæos ſicut ſubiectos & ſeruientes.
montem Sion † iudicare montem
a ¶Omnibus ſubiugatis. b ¶Soli. c ¶Paratum per apoſtolos. ¶Mirabilis Deus in ſanctis ſuis.
Eſau, ẽt erit domino regnum. p

¶ a Bibent omnes Gen. *hauriendo bona tua.*

b Et abſorbebunt. *venientes ſuper te tanta poteſtate, quòd non poteris reſiſtere.*

c Et erunt quaſi non ſint. *alicuius virtutis gentes tuæ. Ideo ſequitur:* Sicut feciſti. *perſequendo nequiter filios Iudæ, ſic alij perſequentur te.* Quomodo enim bibiſti. *i. lætanter feciſti.* Super montem ſanctum meum. *i. de malo venienti ſupra Ieruſalem, vbi eſt templũ nomini meo dedicatum.* Bibent omnes Gẽtes. *hauriendo bona tua, & lætando de tua miſeria.* Et abſorbe. *te totaliter deuorando.* Et erunt quaſi non ſint. *ſ. gentes tuæ. vnde iſtud refertur ad illud quòd ſupra dicitur: dies domini ſuper omnes Gentes.*

d Et in monte. *Hic poſt deſtructionẽ Idumæorum nunciat propheta conſolationem Iudæorum. Et dicunt aliqui expoſitores noſtri, quòd reſiduum huius prophetiæ intelligitur ad literam de reditu captiuitatis Babylonicæ.* Et in monte Sion erit ſaluatio. *quia liberati de captiuitate illuc venerunt, vt habetur. 1. Eſdræ. ij.*

†poſſeſſiones ſuas

e Et erit ſanctus. *quia ibi reædificatum fuit templum in loco ſancto ſuo.*

† ſuccendent eos.

f Et poſſidebit domus Iacob eos, qui ſe poſſederant. *Quod maxime fuit impletum tempore Machabæorum, qui pugnantes uiriliter ſuos aduerſarios ſibi ſubiecerunt.*

g Et erit domus Iacob ignis, &c. *Dicuntur hic domus Iacob illi de regno Iudæ, qui redierunt de captiuitate, & domus Ioſeph illi de regno Iſrael, qui euadentes manus Aſſyriorum, poſtea venerunt ad habitandum in regno Iudæ: & cum illis de regno Iuda captiuati fuerunt, & cum redeuntibus redierunt.*

h Et domus Eſau ſtipula. *id eſt Idumæa ita faciliter deſtruetur ab eis, ſicut ſtipula ab igne.*

i Et hæreditabunt hi, qui ad auſtrum ſunt. *quia tempore Machabæorum dilatauerunt terminos habitationis ſuæ circũquaq;.*

k Et tranſmigratio exercitus huius. *i. illi qui de regno Iudæ tranſmigrauerunt in Babylonem, hæreditabunt ſupple.*

l Omnia loca Cha. *loca quæ fuerũt a Chananæis poſſeſſa, antequam filij Iſrael ingrederentur terram illam.*

m Vſq; ad Sareptam. *Ciuitas eſt, in qua mulier vidua pauit Eliam.*

n Et tranſmigratio Ieruſalem, quæ eſt in Boſphoro. *Nomen eſt loci in regno Babyloniæ ſecundũ illam expoſitionem, ad quem aliqui de Ieruſalem fuerunt tranſlati.*

o Et aſcendent ſaluatores. *id eſt Eſdras & Neemias, vel Machabæi, ut dicunt aliqui.*

p Et erit domino regnum. *id eſt uirtute diuina fient iſta, cui ſeruient a captiuitate liberati. In aliquibus autem libris additur in fine: Amen. ſed non eſt in Hebręo nec in libris correctis. Iſta expoſitio uidetur habere aliqua dubia. Primo, quia non habetur plane de ſcriptura, quòd termini Iudæorum fuerint ita dilatati temporibus prædictis: & maxime quia dicitur hic: Poſſidebunt regionem Samarię, quia Samaritani illuc miſſi a rege Aſſyriorum iiij. Regum xvij. habitauerunt regionem illam vſq; ad tẽpus Chriſti, ut patet Ioh. iiij. & in pluribus alijs locis ex Euãgelio. Item quod dicitur:* Et erit dom. regnum. *videtur extorte exponi: quia interruptio regni Dauid quod dicitur regnum Dei in ſcriptura a doctoribus Hebręorum & latinorum, dicitur reparanda per Chriſtum, & hoc uidentur manifeſte ſonare dicta prophetarum: propter quod Ra. Sal. & alij Hebræi exponunt totam partem iſtam de conſolatione Iudæorum per Chriſtum, ſed in hoc deficiunt, quòd dicunt eſſe futurum, quod iam eſt impletum. Et ideo poteſt iſta pars exponi de tempore Chriſti, cum dicitur:* Et in mõte Sion. *Quia Chriſtus Saluator noſter ibi pluries prædicauit in templo, & plures infirmos curauit ſpiritualiter & corporaliter:* Et erit ſanctus. *Quia ibi miſſus fuit ſpiritusſanctus in ſigno uiſibili in die Pentecoſtes ſecundum quod dicit Hieron. in epiſtola*

¶ ad Pau-

## MORALITER.

✱ d *Et in monte Sion erit ſaluatio.* Iſtud uſq; ad finem capituli literaliter expoſui de aduentu Chriſti; propter quod de alia expoſitione pertranſeo: ſicut in fine Amos prophetę dictum eſt.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ad Paulinum. Et poſſidebit domus Iacob.i.apoſtoli primique credentes, qui fuerunt de domo Iacob. Et iſta poſſeſſio non eſt per temporale dominium, ſed quia potentes huius mundi poſuerunt colla ſua ſub iugo fidei. Et erit domus Iacob ignis &c. quia ſuper eos apparuit ſpirituſſanctus in ſpecie ignis: Act.ij.a. Et domus Eſau.i.generaliter Gẽtiles, ex hoc.n. quòd Eſau perſequebatur Iacob, & deſcendentes ab eo.ſ.Idumæi perſequebantur filios Iſrael a Iacob deſcendentes: omnes qui populum Iſrael perſequuti ſunt, cuiuſmodi erant Gentiles, vocati ſunt nomine Edom, ut dicunt Hebræi. Et ulterius deductum eſt hoc nomen ad omnes perſequutores filiorum Iſrael: Et hoc idem dicit Hieronymus in primo prologo huius prophetiæ. Et per quod dicuntur hic ſtipula, & apoſtoli ignis, intelligitur eorum conuerſio facilis ad fidem. Et deuorabunt eos.i.corpori Chriſti myſtico incorporabunt. Et hoc modo dicitur Act.x.b. Surge Petre, occide & manduca.ſ.de conuerſione Cornelii & aliorum Gẽtilium cum eo exiſtentium ſtatim futura. Et non erunt reliquiæ.i.non remanebit in eis aliquid idololatriæ precedentis, ſicut dicitur Prouer.xij.a. Verte impios & non erunt.ſ.amplius impii: manebunt tamen ad pietatẽ conuerſi. Et hæreditabunt &c. Act.1.a.dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vſq; ad vltimum terræ, quia fidem Chriſti primo prædicauerunt in Ieruſalem: & poſtea in aliis partibus circumquaque ſubmittentes colla Gentium iugo fidei. Et ſecundum hoc dicuntur hic aliqui hæreditare terras diuerſas ad quas iuerunt: Et exprimuntur ſpecialiter aliquæ terræ propinquæ Ieruſalem & Iudææ vt mons Eſau, terra Philiſthijm, Samaria & Galaad, et Sarepta Sidoniorum. Et per iſta loca intelliguntur omnia alia ad quę deriuata eſt per apoſtolos fides Catholica. Sciendum tamen, quòd vbi tranſlatio noſtra habet: Vſque ad Sareptam. In Hebræo habetur: Vſque צרפת Zarphat.id eſt vſque in Franciam, ut dicit Rab.Sa. & ſecundum hoc exponitur, quod dicitur hic: Et tranſmigratio exercitus huius.i.collectionis fidelium in Iudæa exiſtentium, qui erant exercitus fortis contra diabolum & perſequutionem infidelium, quorum aliqui tranſmigrauerunt per varia loca infidelium, qui hic Chananæi nominantur, procedentes vſque in Franciam.ſ. Sanctus Sauinianus, qui fuit de lxxij.diſcipulis unus, & conuertit ad fidem ciuitatem Senonenſem, quę tunc erat metropolis in tota Francia, & ciuitas aurea vocabatur, & poſt ciuitatis conuerſionem eam domino dedicauit, faciens cruces in muro ciuitatis cum pollice, cui cedebat lapis ſicut cera mollis: & adhuc apparent in plurib.locis, ſicut ego vidi, qui hæc ſcripſi & ſocij S.Sauiniani alias ciuitates Francię plures ad fidem Chriſti conuerterunt, ut ex actis eorum habetur. Et tranſmigratio Ieruſalem quæ in Boſphoro eſt.

Sanctus Sauinianus

F In Hebræo habetur: in ספרד Sepharad.i.in Hiſpania, vt dicit Rab. Sa. quod fuit impletum per Iacobum apoſtolum & eius diſcipulos ibi fidem Chriſti primitus prædicantes, & colla Gentium ſubiugantes. Ideò ſubditur: Poſſidebit ciuitates auſtri: licèt enim Hiſpania reſpectu Ieruſalem ſit in parte occidentali: tamen reſpectu Franciæ de qua fecerat mentionem immediate magis eſt ad Auſtrum. Et aſcẽdent Saluatores.i.Petrus & Paulus, qui dicuntur Saluatores participatiue, eò quòd ſunt præcipui apoſtoli. In montem Sion.i.in eccleſiam quæ mons Sion dicitur. Iſa.ij.& Heb.xij.vt ibidem dictum eſt: Iudicare montem Eſau.i. Romam, vt dicit Ra.Sa.quia apparentes Conſtantino, et eum arguentes de perſequutione Chriſtianorũ induxerunt eum ad defenſionem Chriſtianorum & ædificationem eccleſiarum per Romanum imperium. Et erit domino regnum, quia Romam caput mundi dimiſit vicario Chriſti transferẽs G ſedem imperij Conſtantinopolim. Aliter etiam poteſt exponi de tempore futuri iudicij, cum dicitur: Et aſcendent ſaluatores.i.apoſtoli, qui erũt iudicis aſſeſſores ad perfectam ſalutem electorum tunc habendam. In montem Sion, quia circa illum locum erit finale iudicium, vt dictum eſt ſupra Ioel.iij. Iudicare mõtem Eſau.i. condamnare ſuperbiam infideliũ, qui nomine Edom uel Eſau deſignantur, ut dictum eſt ſupra. Et erit domino regnum: quia tunc omnia perfecte ſubijcientur domino noſtro Ieſu Chriſto: Cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

In capitulo.j. Abdiæ. vbi dicitur in Poſtilla: Et ideo poteſt iſta pars exponi de tempore Chriſti.

## ADDITIO.

Per Idumæam de qua principaliter in prophetia Abdiæ agitur, ſecundum Hębreos intelligitur Romanũ imperium, prout in glo. noſtra in hoc loco habetur, vbi ſic habetur: Hæc omnia Iudæi de tempore Antichriſti interpretantur, quem pro Chriſto recipient. Et quidquid contra Idumæam dicitur, ipſi de Romano imperio ſomniant dictum. Hæc in gloſſa. Circa quod notandum, ꝙ per Romanum imperium intelligunt communiter Romanam eccleſiã, quam dicunt deſtruendã per Meſſiam ab eis inaniter expectatũ. Quam quidem eccleſiam Romanam aſſerunt præfiguratam fuiſſe ꝑ quartã beſtiam viſam a Daniele.vij.ca. quam prophetat deſtruẽdam per quintum regnum incorruptibile à Deo ſuſcitandũ: quod falſum eſt & erroneũ, prout in additione ſuper Danielem capitulo ſupradicto fuit ſufficienter oſtenſum. Similiter, quod aſſerunt per Idumæam intelligi eccleſiam Chriſtianam ſeu Romanam, improbatum fuit plenè ſupra.Iſa.xxxiiij.in additione, ubi oſtenſum fuit, quòd in illo loco ſicut in quibuſdam aliis ſacræ ſcripturæ uerificatur de eis illud Pſal Gladius eorum intret in corda ipſorum. Si attente enim conſiderentur ſcripturæ, Idumæa in illo capitulo & in alijs ſimilibus ſignificat ad literam ſynagogam Iudæorum, q̃ Apoca.ij.ſynagoga Satanæ dicitur, quæ per negationem & occiſionem Chriſti, & perſequutionem membrorum eius facta eſt veræ eccleſiæ Dei inimica, eo modo quo Idumæa ab Eſau deſcendens ſecundum carnem ſemper fuit aduerſatrix Ieruſalẽ materiali. Iſta autem cõſideratio plene oſtenditur in additionibus prælibatis ſcilicet Iſa.xxxiiij. & Danielis.vij. Vnde quæ in hoc capitulo continentur de Idumęa, præſertim ab illo loco: Et in monte Sion &c. intelligendum eſt de ſynagoga Iudæorum. Et quod dicitur de Sion Ioſeph & Iacob, intelligendum eſt de eccleſia & populo Chriſtiano. Et ideo cõcludit in fine: Et erit domino regnum, quia Idumæa prædicta ſeparata a conſortio fidelium poſt paſſionem legitur. H Matthæ. vlti.d. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra. Item quod dicitur hic circa finem: Et trãſmigratio Ieruſalem, quæ eſt in Sepharad ſcilicet in Hiſpania, poſſidebit ciuitates auſtri, impletum fuit quando Hiſpani ante ortum nefandæ ſectæ Mahumeti poſſederunt multas ciuitates in Aphrica, vt in chronicis habetur. Aphrica autem eſt in parte auſtrali terræ habitabilis.

## Expoſitio Britonem Prologi in Ionam prophetam.

Diuiſio

SAnctum Ionam. Iſte prologus diuiditur in quinq; particulas. In prima prophetæ ꝑſona notificatur, ibi: Sãctum Ionã, &c. In ſecũda ſubditur cauſa cur ad prophetandum mittitur: ibi. In condamnationem autem Iſrael. In tertia tẽpus prophetationis exprimitur, ibi: Temporibus quoq; Ieroboã. In quarta quædam eum a prophetando retrahentia innuuntur: ibi: Is cum prophetia illuminante. In quinta comparatur Eliſæo. Et cauſa fugæ monſtratur, ibi: Hoc illi acciderat &cæ. Item in prima parte notificatur perſona prophetæ per tria. Primo per declarationem originis. Secundo per euẽtum ſuſcitationis, ibi: Quẽ Elias. Tertio per rationem agnominationis, ibi: Ob hanc cauſam dicit itaq;. Sanctum Ionam. Hic quæritur quare dicitur ſanctus pluſquam cæteri prophetæ, qui omnes ſancti fuerunt. Reſponſio, ne videatur damnatus, quoniam infra uidetur mandato domini repugnaſſe, & de miſericordia domini in Niniuitas contriſtatus fuiſſe.

b Mulieris viduæ.iij. Reg.xvij.b.dicitur de Elia: Apparuit ei mulier vidua colligens ligna &c.

c Sarepta. a Sarepta ciuitate, quæ ſita erat inter Tyrum & Sidonem. De reſuſcitatione filij iſtius uiduæ dicitur.iij.Re.xvij.d. Exaudiuit dominus vocem Eliæ, & reuerſa eſt anima pueri intra eum, & reuixit.

d Nunc. In iſto miraculo cognoui &c.

e Ob hanc. Hic notificatur ꝑ agnominationem. Et primo ipſa agnominatio ponitur. Secundo ipſius cõgruẽtia ſubiungitur, ibi: Ex eo quod verum etc. Dicit igitur: Ob hanc.ſ.quia mulier dixerat Eliæ iij.Reg.xvij.g. Nunc in iſto cognoui, quia vir Dei es tu: & verbum domini in ore tuo uerum eſt. Dicunt:

f Ipſum pu. Id eſt Ionam.

g Voca. &c. Litera ſatis plana eſt.

h In condam. Hic ſubditur cauſa cur ad prophetãdũ mittitur.ſ.impœnitẽtia Iſrael, pœnitentibus Niniuitis, Ionæ.iij.b. Crediderũt viri Niniuitæ domino, et ꝑdicauerũt ieiuniũ, & ueſtiti ſunt ſaccis a maiore uſq; ad minorẽ. Et hoc ẽ qđ dicitur hic. Quam

### Prologus ſancti Hieronymi in librum Ionæ prophetæ.

SAnctum Ionam Hebræi affirmant filium fuiſſe mulie- b
ris viduæ Sareptanæ, quem c
Elias propheta mortuum ſuſcitauit, matre poſtea dicente ad eum: † Nunc cognoui quia vir Dei es tu, d
& uerbum Dei in ore tuo veritas eſt. Ob hanc e
cauſam etiam ipſum puerum ſic vocatum A- f g
mathi. Amathi enim in noſtra lingua veritatẽ
ſonat. Et ex eo, ꝙ uerum Elias loquutus eſt, ille
q ſuſcitatus eſt, filius eſſe dicitur veritatis: Ideo
de veritate colũba naſcitur: quia Ionas colũbã
ſonat. In condãnationem autem Iſrael Ionas ad h
a gentem mittitur, quòd Niniue agente
pœnitentiam illi in malitia perſeuerãt.
b †Temporibus quippe Ieroboam regis
Iſrael, qui Deo derelicto cũ populo ſuo
in Samaria idolis ſacrificabat, Ionã prophetã fuiſſe, quartus liber Regum indi
c d cat. Is cũ prophetia illuminante peccatores ciuitatis Niniue Dei miſericordiã cõ
e ſequuturos uideret, ne falſa prædicare
uideretur, ad denuntiandum interitum
f g eiuſdẽ ciuitatis ire nolebat. Nam ſicut
Deus ad Abraham de impietate Sodomorũ & Gomorręorum loquutus eſt, h
†clamor Sodomorũ & Gomorręorum
peruenit ad me: Ita & de Niniue dicitur, eo ꝙ aſcenderit clamor malitię eius
ad Deum. Et quia ſentẽtia Dei de Sodomis facta minime reuocata eſt, ita & Ionas aduerſum Niniuem prolatam ſententiam reuocari nolebat: diuinę diſpẽ- i
ſationis ignarus, †qui ſalutem hominũ
ad ſe conuertentium magis vult quàm
interitum. Hoc illi acciderat, quod & k
ſancto Eliſæo, †qui filium Sunamitidis
mulieris mortuũ ignorauit. Ideo a con- l
ſpectu Dei Ionas fugere ſe putabat: humanum aliquid paſſus, dicente Dauid:
†Quò ibo a ſpiritu tuo? & quo a facie
tua fugiam?



A a Quòd Niniue agente. &c. Sicut dicit Hieronymus in libro de locis: Niniue eſt urbs Aſſyriorum, quam ædificauit Aſſur egrediens de terra Sẽnaar: & de iſta loquitur hic. Eſt autem & alia vſque hodie ciuitas Iudæorum nomine Niniue in angulo Arabiæ, quam nunc corrupte Ninuen uocant.

b Temporibus. de quo dicitur.iiij. Reg.xiiij.f. Regnauit Ieroboam filius Ioas regis Iſrael in Samaria quadraginta & uno anno. & ſequitur: Ipſe reſtituit terminos Iſrael ab introitu Emath vſque ad mare ſolitudinis iuxta ſermonem domini Dei Iſrael, quem loquutus eſt per ſeruum ſuum Ionam filium Amathi, & ex hoc patet quòd multum ſenex erat quando hæc facta ſunt.

c Is cum prophe. Hic ponuntur quædã quæ eum retrahebant, ne prædicaret Niniuitis, quæ tamen retrahere non debebãt. Duo autem retrahebant eum. Primum eſt, quòd cum præuideret Niniuitas per penitentiam reuerſuros, nolebat eis prædicare ne falſum prædicaſſe poſtea videretur: & hoc eſt quod dicitur hic: Is cum. Secundum erat quòd ſententiam contra Niniuitas prolatam reuocari nolebat. ipſam tamen reuocandam præuidebat. & hoc eſt quod dicitur hic: Nam ſicut. ſed in utroque errabat: quod notatur cum dicitur: Diuinæ. Dicit igitur: Is cum prophetia illuminãte &c. Contra ſuꝑ illud Iſa.xxxviij.a. Diſpone domui tuæ. dicit gloſ. Legerat Ionas in eodem libro quòd Niniuitarum nequitia ſecundum hoc quod agebant die quadrageſimo complenda erat, & ita ciuitas eorum deſtruẽda: ſed illud non legerat, quòd per ſui comminationem acturi eſſent pœnitentiam, & ita mĩam conſequuturi. Preterea infra dicitur: Diuinæ &cæt. Reſponſio: Aliqui dicunt, quòd legerat in ſpeculo æternitatis eorum conuerſionem, ſicut hic dicitur, & quòd eſſent miſericor- B diam conſequuturi, ſed modum conuerſionis non legerat.ſ.quòd per ſuam comminationem deberent conuerti: ſed per hoc non poſſet reſponderi ad ſecundum. Propter hoc dicendum, quòd ablatiuus abſolutus non importat hic cauſalitatem, ſed concomitantiam: vt ſit ſenſus: dum illuminaretur prophetia ad uidendum ſubuerſionem corporalem, ſupple vidit ſpiritualem conuerſionem, non ſpiritu prophetico, ſed credulitate quadam: ſecundum hoc exponitur litera ſic: Is.i.Ionas. Cum pro. ad denunciandum interitum ciuitatis, id eſt cum illuminante luce cognitionis propheticæ, quòd deberet denunciare interitum ciuitatis.

e Videret. id eſt crederet.

d Peccatores ciui. quia ſciuit Deum miſericordem. vnde Ionæ.iiij.a. Scio quia tu Deus clemens & miſericors es, patiens & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitia.

f Ire no. ergo inobediens erat: ergo peccabat. Reſponſio. Dicunt aliqui, ꝙ ſic eſt: vnde poſt modum grauiter punitus eſt, & pœnituit, & confeſſus eſt peccatum ſuum. Ionæ.1.d. Scio quoniam ꝑꝑ me hæc tẽpeſtas grandis eſt ſuꝑ uos. Vel pt dici, ꝙ nõ erat recuſatio ꝓcepti, ſed excuſatio, ſicut Moyſes excuſat ſe Exo.iiij.c.di. Obſecro domine non ſum eloquens &c.

g Nam. Hic tãgitur ſcđm ꝑꝑ qđ nolebat eis ꝑdicare, ſed ſcđm hoc uidetur inuidus fuiſſe. Reſpõdeo: Non dicit uolebat nõ reuocari, ſed nolebat reuocari, ita quòd nec hoc nec eius oppoſitum uolebat ſed ſecundum hoc C nulla eſſet ratio. Propter hoc poteſt dici, quòd non ſequitur: ſed nolebat quòd non dimitteretur, ꝙ inuidus eſſet vel iniquus, quia hoc uolebat, nõ quia de malo eorum gaudebat, ſed quia de malo populi ſui dolebat. Sciebat.n. eorum conuerſionem in condamnationem fore Iudæorum. vnde gloſ. Nouerat propheta reuelante ſpiritu, ꝙ pœnitentia Gentium ruina eſſet Iudæorum, & ideo amator patriæ non tam inuidet Niniue, quàm cupit populum ſuum nõ perire. Inde etiam quòd ſi vidiſſet in ſpeculo eorum conuerſionem, teneretur conformare uoluntatem ſuam uoluntati diuinæ. Sed adhuc ex verbo Glo.ſ. Reuelante ſpiritu &c. videtur quòd eorum conuerſionem uiderat reuelatione prophetica. Reſpõdeo, quòd nequaquam: ſed hoc ſolum quòd horum pęnitentia ſi contingeret, Iudæorum ruina eſſet.

h Loquu. Gen.xviij.

In quibus Ionas errauerit.

i Diuinæ. Hic oſtenditur ꝙ in duobus errabat.ſ.propter ignorantiam duorum. Primo quia Deum ignorabat magis diligere ſalutem quàm mortem. Ezec.xviij.g. Nolo mortem morientis, ſed ut conuertatur & viuat. Secundo, quia ignorabat eius præſentiam & potentiam eſſe uniuerſalem, ibi: Ideo a conſpectu Dei. Primo ergo oſtenditur ignorantia. Secũdo modus ignorandi oſtenditur, ibi: Hoc illi acciderat. Dicit igitur: Diuinæ. Sed contra: Dictum eſt ſupra quòd quia hoc ſciebat quadam præſumptione, propter hoc recuſabat prædicare. Reſpondeo Ignarus per illuminationem prophetiæ, & hoc probat ſecunda pars quæ ſequitur.

k Hoc illi. In qua oſtenditur quòd loquitur de ignorantia quæ eſt per carentiam ſpiritus prophetalis: Eliſęus.n.ſciebat illã mulierem, de qua agitur.iiij.Reg.iiij. eſſe in amaritudine animæ per ſigna quæ uidebat, & neſciebat ſpiritu prophetico. Et ſi- D militer hic ſciebat Deum præſtiturum indulgentiam habens ſignum quod ad prædicandum mittebatur, ſed neſciebat prophetica illuminatione. Præcedentes obiectiones ſatis poſſemus euadere temperando expoſitionem literæ, vt dicatur: Ire nolebat. id eſt quaſi nolens ire erat. Et ſimiliter reuocari nolebat, id eſt quaſi nolens quòd reuocaretur: Et ſimiliter: Diuinæ diſpenſationis ignarus, id eſt quaſi diuinam ignoraret diſpenſationem: Et omnia tunc reſpiciunt ſigna exteriora, ſecundum quæ iudicamus.1.Regum.xvi.b. Homo uidet ea quæ patent, dominus autem intuetur cor. Et iſtam expoſitionem videtur uelle litera ſequens.ſ. quaſi humanum aliquid paſſus &c.

l Ideo. ſecundum primam expoſitionem hic notatur ſecunda ignorantia. quæ fuit ſpecialiter cauſa fugæ. Et nota quòd bene dicitur humanum aliquid paſſus. Talis enim error inerat ei a natura corrupta, vt crederet, quòd quia exibat terram in qua Deus colebatur, a præcepto abſolueretur. Dicit enim Auguſt. Approbare falſa pro veris uel econuerſo, non eſt natura hominis inſtituti, ſed pœna damnati. Et no. quòd dicitur quod Ionas poſtquam prædicauit Niniuitis confuſus præ uerecundia, latenter ingreſſus eſt terram ſuam, & aſſumpta matre latenter egreſſus annis ſeptem exulauit, nolens redire præ uerecundia, tandem mortua matre redijt.

## Item expoſitio ſecundi Prologi in Ionam.

IOnas co. In hoc ſcđo ꝓlogo ꝓceditur hoc mõ: Primo.n.notificatur ꝑſona ꝓphetę. Scđo oſtẽditur ſeries ſiue hiſtoria ꝓphetię, ibi: Ad Gẽtiũ ꝑconiũ. Tertio determinatur locus ſepulturæ ꝓphetæ, ibi: Cuius ſepulchrũ. Itẽ in prima parte notificatur a trib. A nõis interpretatione, cũ dicitur: Ionas colũba. A cognatione cũ dicitur: Filius Amathi. A loco unde erat, cũ dicitur: Qui fuit de Geth, Quid aũt ſignificet Geth. exprimit Hier. dicẽs in originali: Geth in ſcđo Sephorim miliario q̃ hodie appellatur Diocęſaria eũtib. Tyberiadẽ haud grãdis eſt uiculus, ubi & ſepulchrũ eius oſtẽditur, q̃q̃ alij iuxta Diapolim.i. Lyddã & eũ natũ et cõditũ uelint: Nõ ĩtelligẽtes. hoc qđ additur, Ophir, ad diſtinctionẽ aliarũ urbiũ Geth ꝑtinere: q̃ iuxta Eleuteropolĩ ſiue Diſpolim hodie demõſtrãtur. Itẽ ĩ ſcđa parte, ĩ qua tãgitur ſeries ſiue hiſtoria ꝓphetię. Primo tãgitur miſſio ꝓphetę ad ꝑdicãdũ Niniuitis, ibi: Ad gentiũ ꝑconiũ mittitur. Scđo, fuga ꝓphetæ iniũctũ officiũ exeq̃ cõtẽnẽtis, ibi: Miſſus contemnit &c.

### Item alius Prologus.

IOnas colũba & dolens, a
fili⁹ Amathi, q fuit de
Geth, quę eſt in Ophir,
ad Gentium pręconiũ
mittitur. Miſſus contẽ
nit, contemnens fugit, fugiens dormit.
Propter quem periclitatur nauis, ſed ſors latentem reperit. Cetus abiectũ
deuorauit, & orantem reuomuit. Reiectus prædicauit ſubuerſionem, ſed
contriſtatur in pœnitentia urbis, & ſaluti Gentium inuidet. Gaudet etiã
hederæ uirentis umbraculo, & dolet ſubito areſcentis. Cuius ſepulchrum
in quadam urbium Geth in uiculo demonſtratur, qui eſt in ſecundo miliario Sephorim, itinere quo pergitur Tyberiadem.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E temnit &c. Tertio ſequitur ad exequendum compulſio, ibi: Propter quem periclitatur nauis &c. Quarto ſubiungitur iniuncti exequutio, ibi: Reiectus prædicauit. Quinto oſtenditur exequentis affectus ſiue affectio, ibi: Sed contriſtatur &c. Ergo iniquus fuit. Reſponſio Antecedens ponitur pro conſequẽti, id eſt pro excæcatione Iudæorum, quam intellexit conſequi ex Gentium conuerſione. Inuidet, ergo inuidus fuit. G Reſponſio. Antecedens ponitur pro conſequenti.i. ſuſtinet doloris paſſionem: quæ ad inuidiam ſolet conſequi, Sephorim oppidum fuit vnde fuit oriunda Anna mater beatæ virginis: Tyberias ciuitas fuit in Iudæa in honorem Tyberij Cæſaris condita.

## GLOS. ORDI.

Nullus typi ſui melior interpres eſt quàm ille qui prophetas inſpirauit, & veritatis futuræ in ſeruis ſuis quaſdam lineas ante ſignauit. Qui ad Iudæos Chriſtum Dei filium neſcientes dixit: Viri Niniuitę ſurgent in iu. cum ge. & com. eam: quia pœ. e. in præ. Io. Et ecce p us quàm Ionas hic. Condamnatur carnalis Iudæus credẽte mundo, & Niniue agente pęnitentiam, Iſrael incredulus perit.

Mat. 12. d

## Incipit argumentum.

Ionas colũba pulcherrima naufragio ſuo paſſionẽ Dñi prę̨figurás, mũdũ ad pñiam reuocat, & ſub noĩe Niniue ſalutẽ Gẽtibus denũciat.

## GLOS. ORDINA. CAP. I.

Et factum. Ad ea quæ in mente prophetę ſpiritu conuoluebantur, continuatur hæc coniunctio. ſ. &. Et fa. More prophetæ multa in ſpiritu vidẽs, de multis, in hęc verba prorumpit.

b Ciui. Mundũ, vt quem contempſit Iudæus totus mũdus recipiat. Quem quaſi pulchrã domũ fecit Deus hoĩ ſibi ſeruituro, qui qa per ſuperbiam aberrauit, ad pñiam reuocatur. Ionas qui interpretat̃ columba, mittitur ad Niniuem, quæ ſpecioſa dr̃. Sic Chriſtus ſpũſctõ plenus ad mundum, qui ex artificio creatoris ſm Grę̨cam linguã coſmos .i. ornatus & pulcher dr̃.

Gen. 1. d — Vñ: Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Quem ergo contempſit Iſrael, totus mũdus exaudit. vt depoſita ſuperbia qua corruit per deſcendentem Dei filium, humilis in cælum aſcendat. Cum Ionas ſm interpretationẽ ipſius Chriſti figuram prę̨ferat, nõ eſt neceſſe ut totum ordinẽ hiſtorię ſm allegoriam ad Chriſtũ nitamur referre, ſed ea tantum quæ ſine periculo interpretationis ſanæ poſſunt intelligi. F Cum.n. (ſicut ait

Ephe. 4. g — Apoſtolus) in primis parentibus ſacramentum Chriſti & eccleſię prę̨miſſum ſit, non omnia quæ de ipſis parentibus dicuntur ad hoc ſacramentum poſſunt referri.

Gen. 18. g — c Quia. Simile in Ge. Clamor Sodomæ & Gomorræ multiplicatus eſt.

ibidem. 4. b — Et ad Cain: Vox ſangu. fr. tu. cl. ad me de ter.

d Et ſur. Nouerat ꝓpheta reuelãte ſpũ ꝙ pñia Gentiũ ruina ſit Iudęorũ, & ideo amator patriæ, non tam inuidet Niniuę q̃ cupit non perire populum ſuum. Sciebat.n. Moyſe orante dominum occaſionem liberationis Iſraelitarum habuiſſe. Viderat etiam ꝓphetas mitti ad Iudæos ad pœnitentiam prouocandos: Balaam etiam diuinum de ſalute Iudæorũ prophetaſſe: Dolet ergo ſe ſolum electum qui ad hoſtiũ ciuitatẽ mittatur, vbi eſt idolorum cultus & Dei contemptus. Sciebat etiam ꝙ quando Gentes crederent, & Iudæa excæcaretur. Timet ergo ne ſuo tempore per occaſionem ſuæ prædicationis conuerſis Gentibus Iudæi penitus relinquerentur. & ideo fugit in Tharſis.

Ioſephus antiquita. lib. 1. ca. 11. — Tharſis ſecundum Ioſephum ciuitas Cilicię. Secundum qđ in Para. legitur, locus eſt Indiæ.

2. Paral. 9. & 20. — Hebræi vero putant mare generaliter Tharſis vocari. vnde: In ſpiritu vehementi conteres naues Tharſis. id eſt maris.

Pſal. 47. b — Quod magis cõuenit fugitiuo & timido, vt non certum locum fugę̨ eligeret, ſed ſufficeret ei quocunq; eum mare deferret. Vel ſecundum ꝙ Tharſis, contemplatio dicitur gaudij. propheta ad gaudium quietis ire feſtinat, magis volens ſe totum tradere theoricæ & perfrui pulchritudine & varietate ſcientiæ (quod ſignificatur per Ioppen quæ ſpecioſa dicitur) quàm occaſione ſalutis Gentium perire populum, de quo Chriſtus ſecundum carnem erat naſciturus.

Myſtice. Luc. 22. e — Myſtice, Chriſtus aſſumpta carne quodammodo fugiens patriam. i. cæleſtia, venit in Tharſis. i. mare huius ſeculi, in quo clamabat: Pater ſi fi. p. tranſe a me ca. iſte. ne damnato Iudę̨orum populo multitudo Gentium credat. Et tantum dilexit populum illũ, pro dilectione patrum, & promiſſione ad

Luc. 23. e — Abraham, vt in cruce diceret: Pater ign. il. q. n. q. f. Hac. n. dile-

☞ ctione




## Incipit Ionas propheta.

## CAPVT I.

a ET Factum eſt uerbum do- a
a ¶Chriſtum ſuper quem ſpiritus in ſpecie columbę, qui & pro nobis dolens.
mini ad Ionam filium b
a ¶Veritatis, Deus ueritas eſt.
b ¶Pater ad filium.
Amathi, dicens: Surge & c
b uade in ciuitatem Niniuen † grandem: & d
c prædica in ea, quia aſcẽdit malitia eius co e
a ¶Putans ꝙ itam Dei uitare poſſet in alieno loco, ſi Iudæã relinquat, in qua ſolummodo Deum notũ putabat, & in hoc imitatus eſt Cain.
d rã me. Et ſurrexit Ionas, ut fugeret in Thar f
a ¶Secundum ſitum loci. b ¶Portum Iudeæ in quo vſq; hodie monſtrantur ſaxa in quibus Andromeda ligata Perſæi auxilio eſt liberata.
ſis a facie dñi. Et deſcendit in Ioppen, & in g h
a ¶Mercedem ſubuectionis.
uenit nauẽ euntẽ in Tharſis. Et dedit nau i
a ¶Vt fugitiuus ſollicite quærens latebras
lum eius, & deſcendit in eã, ut iret cũ eis in

## Incipit Poſtilla Nicolai de Lyra ſuper prophetiam Ionæ,

## CAP. I.

ET f. Hic ĩcipit Ionas ꝓpheta. Et diuiditur ĩ duas partes: qa primo oſtẽditur eius inobediẽtia, et ſcđo pñia. ſeq. c. Pria ĩ tres qa primo deſcribitur Ionæ rebellio. ſcđo rebellãtis deprehẽſio, ibi: Dominus ãt. tertio, cõphẽſi punitio, ibi: Et dixerũt. Circa primũ dicitur: Et fa. qui ꝓphetauit tpe Ieroboã regis Iſrael, vt hẽtur. iiij. Re. xiiij. d.

b Fi. dicunt aliqui ꝙ nomẽ ꝓpriũ eſt patris ipſius: ſed hoc nõ videtur uerũ, qa ſcundũ oẽs docto. Hebraicos & Latinos, iſte Ionas fuit filius mulieris viduæ quẽ ſuſcitauit Elias. iij. Re. xvij. Illa aũt non fuit de populo Iſrael. ſed Gẽtilis, vt patet per verba Saluatoris Lucæ iiij. d. Multæ viduæ erãt in dieb. Eliæ in Iſrael, & ad nullã illarũ miſſus eſt Elias &c. & per cõſequẽs eius maritus fuerat Gẽtilis. Ta lib. aũt nõ dabatur tũc ſpũs ꝓphetiæ: & tamen oporteret hoc dicere, ſi fuit pater Ionæ: ſcđm regulã doctorũ Heb. et catholicorũ. ſ. ꝙ quãdo in principio alicuiꝰ prophetię exprimitur nomẽ patris, intelligitur fuiſſe ꝓpheta ſicut & filius. Et iõ dicẽdũ ꝙ Amathi eſt hic nomẽ appellatiuum, et ſonat ueritatẽ in Latino: Reſuſcitato. n. filio dictæ viduæ dixit ipſa Eliæ: Nũc ĩ iſto cognoui quoniã vir Dei es tu, et uerbũ domini in ore tuo verũ eſt: et ob hoc puer ſuſcitatus e xtũc vocatus ẽ filꝰ Amathi. i. veritatis: et hoc idẽ dicit Hie. in Prologo, ſicut aliqs dicitur filius mortis, qa fecit aliqd dignũ morte. ij. Re. xij.

c Surge. quæ erat ciuitas longe poſita.

d Et præ. eius ſubuerſionem.

e Quia aſcen. i. malitia in ea habitantium meruit quòd ſubuertatur.

f Et ſur. &c. Tha. ciuitas eſt Cilitię, de qua Paulꝰ fuit oriũdus Act. xxi.

g Et deſcen. in Iob. portus eſt in Iudæa ſuper mare mediterraneum.

i Et d. n. i. pciũ nauis pro ſua deportatione. Hic cõcurrũt duo dubia. Primũ quare volebat fugere. Ad cuiꝰ ĩtellectũ ſciẽdũ, ꝙ duplex eſt ꝓphetia,

¶ quantum ſpectat

## M O R A L I T E R.

✱ a Et fa. Per Ionam quem dominus miſit ad prędicandum contra Niniuem, ſignificatur Euangelij prædicator, & nomen conſonat: quia Ionas interpretatur columba, prædicator autem debet eſſe ſimplicitatis columbinæ, & carens amaritudinis felle.

b Fil. i. veritatis. Sicut filius Dei dicitur qui eius inſtinctum ſequitur. Ro. viij. c. Qui ſpiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt. Ita filius ueritatis debet eſſe prædicator, ipſum ſimpliciter ſequendo.

c Vade. quæ interpretatur ſpacioſa. ideo ſignificat mundi vanitatem quæ diffuſa eſt per orbem. Vñ cuidam religioſo ꝑdicanti contra vanitates mũdi q̃dam mordaciter dixit: Frater compatiamini mundo. nã emendabit ſe. Et cũ frater aſſereret oppoſitum ille, ſubiunxit, imo q̃a religionem intrauit, & ſic frater cõfuſus obmutuit.

f Et ſur. nam prædicator ex humana fragilitate declinat prædicandi laborem, & vt euitet magnatorum maleuolentiam.

g Et deſ. in Iop. quæ interpretatur pulchra. Nã libẽter declinat ad locum vbi ſibi pulchra facies oſtenditur, & bonũ conuiuiũ ꝑparat.

h Et inue. quæ interpretatur exploratio gaudij. & ideo per hanc nauem intelliguntur perſonæ quæ prædicatorem inducunt, vt tranſeat ad delectabilia mundi.

i Et dedit naulum. ſupportando eos in aliquibus illicitis.

✱ Dominus autem



ctione in extremo littore quod pulcherrimum dicebatur. eò A ꝙ in Iudę̨a erat, non vult tollere panem filiorum & dare canibus. Sed quia venerat ad oues Iſrael, dat vectoribus preciũ, vt qui primum populum ſuum venerat ſaluare, ſaluet accolas maris, & inter tempeſtates. i. ſuam paſſionem, & crucis cõuitia ſubmerſis in ĩferno, ſaluet eos quos quaſi in naui dormiẽdo negligebat. Per fugam prophetę pôt ſignificari humanũ genus, qñ contemnens prę̨cepta Dei ab eius facie receſſit, & mundo ſe tradidit, & poſtea ſęuiente cõtra ſe mundi naufragio compellitur reuerti ad eum quẽ fugiebat, & quæ ſibi ſalutaria putauerat vertuntur in perniciem nec ſolum non prodeſt auxilium hoĩm his quibus præbetur, ſed etiam præbentes pariter cõteruntur: ſicut legimus Aegyptum vaſtatã ab Aſſyrijs, quia contra voluntatem Dei præbebat auxilium Iſraelitis.

a Et cla. neſcientes veritatem: non ignorant Dei prouidentiam, & ſub errore religionis ſciunt eſſe aliquid venerãdum: Iſrael contra nec bonis nec malis intelligit Deum, & Chriſto plangente populum ſiccos habet oculos.

b Et do. Alijs turbatis propheta ſecurus & tranquillus deſcribitur, vt in interioribus nauis placido ſomno perfruatur. Vel poteſt dici ꝙ conſcius fugæ & peccati, alijs ignorantibus cauſam tempeſtatis, ipſe fluctus contra ſe intumeſcentes videre non audet: & dormit non ex ſecuritate, ſed ex triſtitia, ſicut Apoſtoli in paſſione domini. Grauis ſomnus ꝓphetę ſignificat hominem torpentem ſopore erroris, cui non ſufficit fugere a facie domini, ſed inſuper quadam vecordia obtrutus ignorat Dei iram, & ſecurus dormit, & profundum ſomnum raucanare ſonat. Tropo. Multi ſunt qui cum B Iona nauigãtes et habẽtes ꝓprios Deos, ad cõtemplationem gaudij ire feſtinãt. Sed poſtquam Ionas ſorte fuerit deprehenſus, & morte illius mundi ſedata tẽpeſtas, & mari trãquillitas reddita, tunc unus adorabit̃ Deus, & immolabuntur ſpirituales victimæ, quas iuxta literam in medijs fluctibus non habebant.

c Et dixit uir. Sæpe experti naturam uentorum & tempeſtatũ uident non ex ſolitis cauſis fluctus cõſurgere. Quod ſi eſſet, ſorte non quę̨rerent autorem naufragij, nec per rem incertã certum periculum vitare cuperent. Quod Matthias ſorte eligitur, & hic fugitiuus ſorte deprehenditur, non agitur virtute ſortium ſed voluntate Dei, qui ſortes regebat incertas. Non ergo hoc exemplo debemus credere vel vti ſortibus, quia priuilegia ſingulorum non poſſunt legem facere communem. Voluntate Dei Pharao & Nabuchodonoſor indicio ſomniorum futura cognoſcunt, non tamen ideo ubique ſomnijs eſt credendum.

☞ Indica.

a ¶Deo aduerſante nihil ſecurum.
Tharſis a facie domini. Domi- a
nus autem miſit magnum uen
tum in mare, & facta eſt tem-
a ¶Cum prius omnia eſſent tranquilla.
peſtas magna in mari, & nauis
a ¶Concutiebatur ad contritionem. ¶Quia periclitantem ſuſceperat.
† periclitabatur conteri. Et ti-
a muerunt nautæ, & clamaue- b
a ¶Arbitrantes nauem ſolito onere grauari, neſciũt totum pondus eſſe fugitiui prophetę.
runt uiri ad Deum ſuum, et
miſerunt uaſa, quę erant in na-
a ¶Vt fluctus leuior tranſiliret.
ui, in mare, ut alleuiaretur ab
eis. Et Ionas deſcendit ad inte- c
b riora nauis, & dormiebat ſo- d
a ¶Naturale eſt unumquemque in ſuo periculo plus de alio quàm de ſe ſperare.
pore graui. Et acceſſit ad eum
a ¶Qui alios debuit conſolari turbatus tanto diſcrimine b ¶Stultæ ſecuritatis arguit.
gubernator, & dixit ei: Quid
a ¶Contra commune periculum communis fiat oratio.
tu † ſopore deprimeris? Surge
inuoca Deum tuũ, ſi forte † re
cogitet Deus de nobis, & non
c pereamus. Et dixit † uir ad col- e
legam ſuum: Venite & mitta- f
mus ſortes, & ſciamus quare
¶Id eſt afflictio.
hoc malũ ſit nobis. † Et miſerũt
ſortes, & cecidit ſors ſuper Io-

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ quantum ſpectat ad propoſitum. Vna quæ dicitur prophetia prædeſtinationis. ſ. quando aliquid reuelatur futurum eo modo quo eſt in diuina præordinatione, & illud ſemper impletur. Hoc modo reuelauit dominus Samueli deiectionẽ Saulis. 1. Reg. xv. f. propter quod dixit Samuel: Porro triumphator in Iſrael non parcet & pœnitudine non flectetur, neque enim homo eſt vt agat pœnitentiam. Alia eſt prophetia comminationis ſ. quando aliqua punitio reuelatur futura, prout eſt in cauſis ſecundis ſecundum earum diſpoſitionem: & ſecundum hoc Iſaias de mandato Dei dixit Ezech. iiij. Reg. xx. a. Præcipe domui tuæ, morieris enim tu & nõ viues. talis enim erat infirmitas, ꝙ ſecundum naturam non poterat euadere mortem: & hæc non ſemper impletur: præordinauerat enim Deus eum ſanare miraculoſe propter eius preces et lachrymas. Item ſciendũ, ꝙ ſpiritus diuinus prout vult tãgit corda prophetarum. ſ. minus perfecte, vel perfectius, ſicut Iſaiæ fuit reuelata mors Ezechiæ futura ſecundum curſum naturæ. ideo dixit: Morieris & non uiues, poſtea vero eius ſanatio miraculoſa, ſicut ibidem ſubditur: Reuertere, dic Ezechiæ &c. Audiui orationem tuam & uidi lachrymam: & ecce ſanaui te. Prophetia autem iſta de ſubuerſione Niniue fuit tantum comminationis, quia tũc non fuit impleta propter pœnitentiam Niniuitarum: ueruntamen hoc non fuit reuelatum Ionæ a principio, ſed ſolum quod denunciaret Niniue ſubuerſionem. Ionas vero conſiderans diuinæ miſericordiæ magnitudinem, & ex altera parte coniecturans ꝙ Niniuitæ pœniterent ad eius C denunciationem, timuit ne prophetia ſua non impleretur, & ſic falſus propheta diceretur, propter quod uoluit mandatum domini declinare. et hoc eſt quod dicit. 1. ca. iiij. propter hoc præoccupaui, ut fugerem in Tharſis. ſcio enim quòd tu Deus clemens & miſericors es &c. Sed contra hoc poſſet dici, ꝙ Ionas poterat nunciare deſtructionem Niniue conditionaliter. ſ. ſi non pœniterent, & ſic non poſſet uocari falſus propheta, propter quod hæc ratio fugæ uidetur nulla. Ad quod dicendum: quod Ionas propheta ſciebat, ꝙ prolatio uerbi prophetici magis ſequitur formam diuinæ uoluntatis quam humanę, ſicut patet Numer. xxiij. de Balaam, quia uolebat maledicere populo Iſrael, & econtrario benedicebat. Ionas autem ſciebat circa hoc diuinam uoluntatem. ſ. ꝙ ſubuerſio Niniue nũciaretur abſolute: & ideo interponere conditionem non erat poteſtatis ſuæ. Secundum dubium eſt. quo modo uoluit fugere a facie domini, quem ſciebat ubique præſentem? (Alia quæſtio.) Ad quod dicendum, ꝙ licet ſciret Deum eſſe præſentem ubique per eſſentiã & potentiam, ſciebat tamen cum hoc ipſum eſſe ſpecialiter in aliquo loco, & non in alio ad aliquem effectum determinatum: ſicut quantũ ad miſſionem ſpiritusſancti in ſigno uiſibili fuit in domo in qua erant diſcipuli congregati, ſecundum quod dicitur Act. ij. a. Et reple. totam domum ubi erant ſedentes, & non alia loca. Tẽpore uero Ionæ prophetæ ſpiritus prophetiæ nõ dabatur in terra Gentilium, ſed tantum Iudæorum: Nec ualet contra hoc ꝙ Ezechiel & Daniel prophetauerunt in Chaldaica captiuitate, quia hoc fuit longe poſt Ionæ tempora: & ideo eſtimauit ꝙ ſi eſſet extra terram Iſrael non fieret ſibi mandatum diuinum de prophetica nunciatione, ſicut dicitur. 1. Reg. x. de Saule, quòd exiſtens cum prophetis prophetabat & non alibi: licet hoc Deus poſſit ubique facere: & ideo Ionas uoluit extra terram Iſrael fugere: Hoc etiam a Deo permiſſum eſt fieri, ut fugiens naufragium pateretur, & a piſce deglutiretur, in quo triduum ſepulturę Chriſti præfiguraretur, secundum quod dicitur Matth. xij. c. Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ. D

† placetur
† vnuſquiſque ad proximum:
† 1. q. 4. a. eccleſia. 26. q. 2. ca. non exemplo & c. ſtatim.

a Dominus. Hic conſequenter deſcribitur rebellantis reprehenſio. ſ. per tempeſtatem a Deo miſſam in mare, per quam coactus fuit ſuam inobedientiam confiteri. & patet litera.

b Et cl. i. quilibet eorum ad Deum quem colebat. dicit enim Rab. Sa. ꝙ ibi erant homines de uarijs Gentibus & diuerſorum rituum.

c Et Ionas. horrens uidere maris tempeſtatem, & maxime quia ſciuit eam propter ſe exortam.

d Et dormie. abſorptus præ triſtitia euentus, ſicut Apoſtoli in paſſione Chriſti. Lu. xxij.

e Et dixit. i. uiri exiſtentes in naui hoc inter ſe dixerunt.

f Venite. Dicit autem Rab. Salom. quòd uidebant alias naues ab eis diſtantes proſpere nauigare, ita quòd tempeſtas erat ſolum circa nauem illam, & hoc uidetur ex eo quod dicitur infra. Et remigabant uiri, ut reuerterentur ad aridam, & non ualebant, quia mare ibat & intumeſcebat ſuper eos: ex quo uidetur ꝙ fluctus maris conueniebant ad eos ad quamcunque partem ſe uerterent, & ex hoc perceperunt ꝙ illa tempeſtas erat exorta propter maleficium alicuius exiſtentis in naui: & ideo miſerũt ſortes ad inueniẽdum ipſum. Qualiter aũt licitũ ſit vti ſortibus & qualiter non, dictum fuit diffuſe Num. xxxij. Poteſt tamen hic (An ſortib. uti liceat)

¶ aliquid

## M O R A L I T E R.

✱ a Domi. au. mi. ventum mag. i. contritionis ſpiritum, quando talis prædicator percipit defectum ſuum, & ſic peccatum ſuum uere recognoſcens mittitur in mare. i. in amaritudinem pę̨nitentiæ: & piſcis ſuſcipit eum ne ſubmergatur, i. Chriſtus per piſcem ſignificatus, in cuius ore ſtaterem inuenit Petrus: Mat. xvij. Suſcipit pœnitentem ne deſperans abſorbeatur.

In ca. 1. Ionæ. ubi dicitur in Poſtilla. Et tamen oportet hoc dicere ſi fuit pater Ionę.

## A D D I T I O.

Vt dictum fuit ſupra. Ier. j. cap. in additione & in alijs additionibus, non eſt regula apud Hebræos, ꝙ quando exprimitur in principio alicuius prophetæ nomen patris, intelligitur pater fuiſſe propheta ſicut & filius: ſed eſt dictum unius rabbi, quod non habet aliquam probabilitatem, nec autoritatis fundamentum. unde non eſt neceſſe dicere, quòd Amathi eſt nomen appellatiuum.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Indica.* ſub mira breuitate interrogatur, perſona, regio, ciuitas, vt ex his cauſa periculi cognoſcatur.

b *Hebræus ego.* Non dixit: Iudęus ſum, quod nomen impoſuit populo ſciſſura decem tribuum a duabus, ſed Hebręus, quod nomen generale erat tam duabus q̃ decem tribubus. Cū indicaſſet ſe dn̄m timere, indicauit ſe ēt a facie ipſius dn̄i fugiſſe, & eius præcepta non feciſſe: ideo timent uiri ꝙ intelligunt ſanctum, & ſanctę gentis uirum, & magnum eſſe qui fugit, ſed maiorē eum qui quærit, non audent tradere, celare non pn̄t. Cum confiteatur creatorem maris & aridę, cur arida relinquēs arbitratur ſe conditorem maris in mari ſe poſſe uitare?

- & quo uadis?

c *Et di.* increpando: Q. Si times Deum quem tam potentem prædicas, qūo putas te eum poſſe euadere? Vel interrogantes dn̄t uolentes noſſe cauſam fugę cur relicta propria terra in mari ſalutem quærat?

d *Quid fa.* Rogant ut ipſe ſit remedio q fuit autor peccati. Q. Expoſuiſti cām morbi, indica & ſanitatis. Ex tumore maris intelligimus iram Dei cōtra nos, ꝙ fugitiuū ſuſcepimus. Sed occidemus te, vt hāc irā mitigemus. Cum vero cultor Dei ſis, tuū eſt imperare, qd opus ſit facto, noſtrum eſt manus adhibere, vt ſic auerſa ira Dei ceſſet mare.

e *Et dixit. ad.* Fugitiuus deprehenſus nō diſſimulat, non negat, ſed confeſſus culpam libenter aſſumit pęnā, malens ex ſuo peccato ſolus perire, q̃ alij ſecū peccent, & pereant. Inſtruitur etiam per ſalutem & conuerſionem nautarum, magnam Niniue multitudinem ſimili cōfeſſione poſſe ſaluari. Alle. Hi uenti, hi fluctus ad Chriſtum, & ad eccleſiā periclitantem referuntur, uel ad Apoſtolos ſuſcitantes, qui eum in paſſione deſerē-

Allegor.

F tes, in fluctibus turbantur. Dicit ergo Chriſtus: qa uidet me mūdus uobiſcū ad contemplationem gaudij nauigare, vt vbi ego ſū & uos ſitis: idcirco fremit, & me cupit deuorare, vt uos pariter occidat, nec intelligit quia uelut eſcam in hamo capit, vt mea morte moriatur.

Ioan. 17. d

f *Tollite.* Tempeſtas quæ pp me contra uos ſęuit, me moriente ſedabitur: non eſt ueſtrum mortem arripere, ſed illatā ab alio libenter ſuſcipere, niſi ubi charitas periclitatur.

g *Et re.* Prolata contra ſe ſnīa tn̄ in cultorem Dei non audent manū mittere: iō laborant ad terram reuerti, mallētes perire, q̃ ſanguinem fundere. Remigāt aūt quia putant abſq; ſacramēto illius qui paſſurus erat, poſſe nauem de periculo liberari, cum Ionæ ſubmerſio ſit nauis releuatio.

h *Et clama.* Conteſtantur Deū, ut quod facturi ſunt, non imputeť eis ad culpā. Quaſi dicatur, nolumus interficere tuū prophetam, ſed ipſe confeſſus eſt iram tuam, & tempeſtas tua eū arguit, uolūtas tua manibus noſtris expleť. Simile qd facit & dicit Pilatus, q lauās manus ait: Mundus ego ſum a ſanguine iuſti huius. Nolūt Gētes perire Chriſtū, innocentem teſtantur, & Iudæi dn̄t: Sanguis eius ſuper nos et ſup filios noſtros. Quod eum ſuſcepimus, ꝙ mare ſęuit, ꝙ ſorte deprehenditur ꝙ ipſe indicat quid de ſe fieri debeat, opus eſt tuę uoluntatis, Vn̄ Saluator in Pſal. Dn̄e ut facerem voluntatem tuā Deus meus uolui. Ante paſſionem Chriſti errores & diuerſa dogmata quaſi contrarij fluctus turbabant nauiculam eccleſię & totum humanum genus: ſed poſt paſſionem eſt tranquillitas fidei, pax orbis, conuerſio ad Deum, omnia ſecura. Ita poſt præcipitationem Ionę mare ſtat a feruore.

Matt. 27. c

Ibidem.

Pſal. 39. b

i *Et timue.* Ante paſſionem timentes clamabāt ad Deos ſuos, poſt paſſionem timent Deum uenerando & colendo, & immolant hoſtias quas iuxta literam in fluctibus non habebāt, ſed ſacrificium ſpiritus contribulati: & uouent uota vota ſe amplius a Deo non receſſuros, cernentes ex fuga tempeſtatis uerba prophetę uera fuiſſe.

G

a ¶Quem ſors indicauerat cogunt propria voce confiteri.

a nam. Et dixerunt ad eum: Indicā a

¶Quid operis agas.

nobis cuius cauſa iſtud malum ſit

a ¶De qua regione uel de populo cuius ciuitatis.

nobis? quod eſt opus tuū? * quę terra tua? & quo uadis? uel ex quo po- b c d e

a ¶Tranſitor ſicut Abraham & alij patres, qui fuerunt peregrini huius mundi.

b pulo es tu? Et dixit ad eos: Hē- f

a ¶Non Deos quos colitis, ſed eum qui omnia fecit, & in omnibus potens eſt.

bręus ego ſum, & dn̄m Deum cæ

a ¶Id eſt colo quem vos ignoratis. vel timeo vt ſeruus, & ſi non diligo vt filius. b ¶In quo fugio.
c ¶De qua fugio. ¶ Ad diſtinctionem maris non terram ſed aridam eleganter uocat.

li ego timeo, qui fecit mare & aridam. Et timuerūt uiri timore ma- g

c gno, & dixerunt ad eum: Quid h hoc feciſti? Cognouerunt enim uiri, ꝙ a facie domini fugeret, quia indicauerat eis. Et dixerunt ad eū:

d Quid faciem⁹ tibi, & ceſſabit ma-

¶Eo facto a ¶Ecce cauſa quare hæc quærebant.
b ¶Nutu Dei perſequens fugitiuum. c ¶ Dum morantur nautę aſperius fiebat, oſtendens ſe vltionem creatoris non poſſe differre.

re a nobis? Quia mare ibat, et intu-

e meſcebat ſuper eos. Et dixit ad

a ¶Me quęrit tempeſtas, me perdite, ut mea morte viuatis.

f eos: Tollite me & mittite in ma- i

a ¶Non ignoro in meam pœnam elementa turbari, ſi ſenſero tempeſtatem, uos recipietis tranquillitatem.

re, & ceſſabit mare à uobis. Scio enim ego, quoniam propter me tempeſtas hæc grandis eſt ſuper

a ¶Qui me recepiſtis.

g uos. Et remigabant uiri, ut reuerterentur ad aridam, & non ualebant, quia mare ibat, & intume- k

h ſcebat ſuper eos. † Et clamauerūt l

a ¶Scientes mortem peccati peiorem eſſe quam uitæ: & ex magna fide pro anima alterius precantur, cum ipſi periclitentur corpore.

ad dominum, & dixerunt: Quęſumus domine, ne pereamus in anima uiri iſtius, & ne des ſuper nos ſanguinem innocentem: quia tu m domine ſicut uoluiſti feciſti. Et

a ¶Non rapiunt, ſed cum obſequio & honore portant.
b ¶Chriſtum. c ¶ Non repugnantem, ſed manus per uoluntatem Dei præbentem.

tulerūnt Ionam & miſerūnt in

a ¶Mare quod abſente Iona iraſcitur, iam deſideratum apprehendens, tenet, gaudet & confouet, & ex gaudio tranquillitas redit.

mare, & ſtetit mare a feruore ſuo, n

a ¶Ex tota anima, ex toto corde, & ex tota uirtute.

i & timuerunt uiri timore magno o dominum, & immolauerunt hoſtias domino, & uouerunt uota.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ aliquid breuiter repeti. *Circa quod ſciēdū, ꝙ duplex eſt ſors: quædam diuiſoria, ut quando ad aliquid diuidendum mittuntur ſortes, ut per hoc determinetur, quis quam partem accipiat, committendo totum euentum fortunę: & hoc nullum eſt peccatum. Alia conſultoria, qua per ſortes conſulitur quid ſit agendum uel dimittendum: & ſic ſi expectetur oſtenſio per ſortes a dæmone, illicitum eſt: ſimiliter ſi a corpore cæleſti, cuius effectus ad hoc non ſe extendit, & ideo non caret occulto pacto dęmonum. Si autem expectetur a Deo & ſanctis angelis, nullum eſt peccatum niſi in caſu, ut cum hoc ſit ſine neceſſitate: quia tunc ad Dei tentationem pertinet: uel ſi in neceſſitate debita Dei reuerentia omittatur, propter quod pręmiſſa oratione Apoſtoli miſerunt ſortes in electione Matthiæ: uel ſi electiones eccleſiaſticæ quæ inſtinctu ſpiritus ſancti debent fieri, fortunę ſortium committātur. Rationes & autoritates omitto, quia poſitæ ſunt loco ſupradicto. Iſtos tamen non oportet hic excuſare de peccato, quia ſicut dictum eſt, erant ibi diuerſi homines diuerſos Deos colentes: & ideo uidetur, quòd miſerunt ſortes ſecundum morem Gentilium, qui vtuntur ſuperſtitioſis. Deus tamen qui elicit bona de malis, ſic ſortes temperauit, quòd Ionas deprehenſus fuit, & confiteri peccatum ſuum compulſus fuit: ſecundum quod dicitur Prouerb. xvi. d. Sortes mittuntur in ſinum, ſed a domino temperantur. ideo ſequitur.*

*a* Et dixe. *Et fecerunt ſibi quatuor quæſtiones, dicentes.*

*b* Quod eſt op. tuum? *quia ex opere malo homo eſt puniendus.*

*c* Quæ terra tua? *quia propter malitiam terræ aliquis aliquando punitur.*

*d* Et quo uadis? *quia aliquis puniendus eſt, qui uadit ad locum malum ſeu prohibitum. Et ad iſtam quæſtionem reſpondit ſe fugere in Tharſis, vt declinaret domini præceptum, ut habetur infra. Cognouerunt enim uiri, quòd a facie domini fugeret, quia indicauerat eis, licet hic taceatur.*

H

*e* Vel ex quo populo &c. *quia aliquando filius punitur pro malo parentum.*

*f* Et dixit ad eos: Hebræus ego ſum &c. *hoc enim nomen eſt commune omnibus deſcendentibus a Iacob patriarcha.*

*g* Et timuerunt uiri timore magno. *propter offenſam Dei Ionæ, quem confitebatur dominum maris & terræ.*

*h* Et dixerunt ad eum. *Hic conſequenter ponitur Ionæ deprehenſi punitio: de qua primo quæritur:* Quid faciemus tibi, & ceſſabit mare a nobis? *Et ſubditur reſponſio.*

*i* Tollite me. & mittite in mare. *Magis enim uoluit ſolus mori, quàm quòd cum eo alij morerentur occaſione ſui: uolens etiam per mortem ſuam placare offenſam Dei.*

*k* Et remigabant uiri, ut reuerterentur ad aridam. *tentantes ſi poſſent euadere ſine eius morte.*

*l* Et clamauerunt ad dominum, & dixerunt. *ne imputaretur eis mors Ionæ.*

*m* Quia tu domine ſicut uoluiſti feciſti. Et tulerunt Ionam & miſe. &c. *Experientia enim tempeſtatis iam cognoſcebant poteſtatem Dei quem Ionas colebat.*

*n* Et ſtetit mare a feruore ſuo. *ex quo manifeſte apparuit ipſius Ionę tranſgreſſio, mandatum domini declinando.*

*o* Et timuerunt uiri timore magno &c. *ex ſignis uiſis fuerunt conuerſi ad colendum uerum Deum, qui habet ſuper omnem creaturam dominium: & hoc bonum elicuit Deus de malo Ionæ. Dicit enim Auguſtinus in Enchiridio, quòd Deus adeo eſt omnipotens & bonus, quòd non ſineret mala fieri, niſi ex eis maiora bona eliceret.*



## GLOS. ORDIN. CAP. II.

A *ET præp.* Vel ab initio cum conderet, vel iuxta nauē fecit uenire, vt præcipitem ſuſciperet, & pro morte habitaculum præberet, ut qui in naue iratum ſenſerat Deum, in mare ſentiret propitium.

b *Et erat Io.* Sicut Ionas per hoc ꝙ fuit tribus diebus, & tribus noctibus in ventre ceti, indicat Chriſti paſſionem: ſic & oratio eius typus eſt orationis Chriſti. Qui credit tres pueros ita de incendio liberatos, vt nec veſtimēta eorum ardor ignis attingeret, non debet dubitare de ſalute Ionæ in uentre ceti. Dicunt quidam in paraſceue, quando ſole fugiente a ſexta hora vſque ad horam nonam nox ſucceſſit diei: duas noctes & dies ibi computādas vſq; ad mane ſabbati, & appoſito ſabbato cum nocte ſequēti tres dies & noctes computari alij intelligunt ſinecdochicos. i. a parte totum.

c *Clama.* Dum uiderē immanem beluam, rictus apertos, recordatus ſum Dei & clamaui: Vel, in aquis cedentibus: clamore locum inueniente, vel ſolo cordis affectu. Quantum ad Ionam patet, ꝙ clauſus vtero in medio maris fuerit, Saluator uero in carne parēs habitationem huius terrę tempeſtatibus plene expertus eſt, quæ ad comparationem cæleſtis habitationis mare & tempeſtas dicitur. vnde: Infixus ſum in limo profun. & nō eſt ſub. Et iterum: Veni in altitudinem maris, & tem. demerſit me. Iuxta anagogem in corde maris. i. in medijs † tēpeſtatibus ſe eſſe commemorat, & tamen inter amaras aquas tentatus iuxta omnia abſque peccato, non ſenſit amaritudinem aquarum, ſed circumdatus & refocillatus eſt dulcedine fluminis, quæ lætificat ciuitatem Dei. In perſona Ionæ patet hæc omnia ad literam facta, In Chriſto omnis tentatio ſine peccato, quæ Dei uoluntate contigit, non opprimens ſed trāſiens fuit, quia in eo vires amiſit, vt qui in ea periclitari ſolebant, per iſtum vincentem liberarentur.

B

d *Abiectus.* Qui formam ſerui accepe ram, fragilitatem hominis imitatus, antequam clamans exaudirer, dixi: Qui in te lumine lumen eram, homo factus abiectus ſum, vt per hoc humanum genus ad te reducam.

e *Videbo tem. ſan.* Hoc Ionæ conuenit, vel optanti vel confidenti, qui prophetico ſpiritu hoc futurum contemplabatur. Chriſto autem cōuenit iuxta qđ legitur, Pater clarifica me apud te, claritate quam habui antequam mundus fieret. Sicut templum patris eſt filius, ita & templum filij eſt pater. de quo ipſe dixit: Ego de patre exiui, & veni in mundum.

f *Abyſſus vallauit.* Abyſſus hic accipiuntur cōtrariæ fortitudines, vel tormentis deditæ poteſtates: ad quas in Euangelio rogant dæmones, ne cogantur ire vt torqueantur.

g *Pelagus.* Hiſtoria patet, ꝙ Ionas uenerit vſq; ad profundum terrarum, q- bus quaſi uectibus & columnis Dei voluntate terræ globus ſuſtentatur. Alleg. In Chriſto homine principale & quaſi caput fuit aīa, quæ deſcendit ad inferiora loca, vbi animæ hominum ſub diaboli poteſtate tenebantur. Iſti ſunt uectes qui prohibent animas ab inferis exire: hos uectes frangit dominus, & eos qui clauſi tenebantur liberat.

h *Cum an.* Hæc Chriſto conueniunt, dum dicit: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Et iterum: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.

i *Vt ue. ad te ora. mea.* Idcirco in tribulatione Dei memor fui, vt de extremo maris oratio ad cælos ſcandat: *Vt ue. ad tem. ſan.* tuum, in quo æterna beatitudine frueris. Petit autem quaſi pontifex, vt oratio ſua aſcendat ad Deum, vt in corpore ſuo populus liberetur. C

k *Qui cuſto.* Cum omnia ſint uanitas, omnes ex neceſſitate faciunt vanitatem: Sed non omnes cuſtodiunt quaſi theſaurū, nec diligunt quod faciunt: non ergo toti humano generi miſericordiam denegat. Deus natura miſericors paratus eſt vt ſaluet per clementiam quos ſaluare non poteſt per iuſtitiā: ſed nos miſericordiam ſe offerentē uitio noſtro relinquimus. Et nota ꝙ propheta in uentre ceti ſui periculi oblitus de natura rerum generali ſententia philoſophatur. Iudęi dum ſeruant traditiones hominum, mandata Dei qui ſemper miſertus eorum fuerat, derelinquunt.

Eccl. 1. a

☞ Ego

## CAP. II.

a ¶Morti & inferno præcipit, vt prophetam ſuſcipiant, ſed quantum gaudent in deuoratione, tantum lugent in uomitu.

a ET pręparauit dominus piſcem grandem, ut deglutiret a

a ¶Sicut fuit Ionas tribus diebus & tribus noctibus in ventre ceti, ſic erit filius hominis tribus di. & tribus nocti. &c.

b Ionam. † Et erat Ionas in uentre piſcis tribus diebus & tribus nocti- b

a ¶Poſtquam ſe ſoſpitem ſenſit in utero ceti: conuertitur ad exorandum miſericordiam Dei.

bus. Et orauit Ionas ad dominum c Deum ſuum de utero piſcis, & di-

a ¶Chriſtus inter mortuos liber, in inferno uiuens clamat: Non derelinques in inferno animam meam, nec da. ſan. tuum ui. cor.

c xit: † Clamaui de tribulatione mea ad dominum, & exaudiuit me. De d e

a ¶Id eſt de utero ceti, qui pro magnitudine ſua inſtar habetur inferni. ¶Qui probas renes & corda.

uentre inferni clamaui: & exaudiſti uocem meam. Et proieciſti me f

a ¶Id eſt in inferno, pro quo in Euangelio. i. in corde terræ. Sicut enim cor animalis in medio eſt, ſic infernus in medio terræ eſſe perhibetur.

in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me. Omnes g gurgites tui, & fluctus tui ſuper me

d tranſierunt. Et ego dixi: Abiectus ſum a conſpectu oculorum tuo-

a ¶Quamuis abiectus tempore. b ¶ In profundo maris poſitus, propheta in ſpiritu alibi eſt.

e rum. Verumtamen rurſus † uidebo templum ſanctum tuum. Circum-

a ¶ Aquæ mundi quę limum trahunt ſecum, corpus fouent, ſed animam occidunt, quæ tamen Chriſto nocere non potuerunt. quia non neceſſitate ſed uoluntate ſuſceperat.

dederunt me aquæ uſque ad ani-

f g mam, abyſſus uallauit me, † pelagus operuit caput meum. Ad ex- h trema montium deſcendi: terræ ue- i

a ¶Opinione hominum. ¶Alia litera, circumdederunt.

ctes concluſerunt me in æternum,

a ¶Tamen. ¶Non dabis ſanctum tuum uidere cor.
b ¶Ne in morte corruptus, in beſtiæ cibos tranſeam.

& ſubleuabis de corruptione uitam

a ¶Hoc affectu blandientis, quia communem omnium Deum, beneficij magnitudine ſibi facit proprium.
b ¶Cum in uentre ceti ex fragilitate carnis nihil ſpei relictum eſſet recordatione domini impoſſibilia uici.

h meam domine Deus meus. Cum k † anguſtiaretur in me anima mea,

i domini recordatus ſum: † ut ueniat l ad te oratio mea ad templum ſan-

¶Ego ita, ſed qui.

k ctum tuum. Qui cuſtodiunt uani- m

a ¶Sibi paratam. ¶ Quæ non relinquit hominem in uanitate, ſed expectat ut redeat.

tates fruſtra, † miſericordiam ſuam n

## NIC. DE LYRA. CAP. II.

ET præ. *Hic conſequenter oſtenditur ipſius Ionę pęnitentia: Et hoc ex duobus. Primo ex eius oratione, ſecundo ex mandati diuini proſequutione, cap. ſeq. Prima in tres, quia primo ponitur orantis locus. ſecundo orationis modus, ibi: Et orauit. tertio exitus, ibi: Et dixit. Circa primum dicitur.*

Diuiſio

*a* Et pręp. do. pi. *quia ei obedit omnis creatura ad nutum.*

*b* Et erat. *Nec mirum, ſi tamdiu ibi uixit, quia hoc fuit diuina virtute, qui poteſt vbi vult, & quomodo vult ſaluare.*

*c* Et orauit Ionas. *Hic conſequenter deſcribitur orationis modus, cum ſubditur.* Clamaui ad do. *Erat quidem ualde horridum ſic deglutiri, & in uentre piſcis detineri.* D

*d* Et exaudiuit. *Ionas enim adhuc exiſtens in uentre piſcis cognouit diuinitus ſe exiturum.*

† aſpiciam ad

*e* De uen. *id eſt de ventre piſcis qui dicitur infernus metaphorice, quia ualde horridum erat ibi eſſe.*

*f* Et proieciſti me in profun. in corde ma. *quia piſces tam magni habitant in profundo maris, non enim poſſunt natare prope littus.*

† alga alligata eſt capiti meo.

*g* Omnes gurgites tui & fluctus tui. *Trāſibant enim ſuper piſcem & per conſequens ſuper Ionam in eo incluſum. Cætera patent ex dictis uſque ibi.*

*h* Ad extrema mon. *Sicut enim dictū eſt, tales piſces habitant in profundo maris, qđ multum diſtat a montibus in littore maris exiſtentibus.*

*i* Terrę ue. *i. ita ſum concluſus inter littora maris, quòd in æternum nō potero exire niſi tua virtute: ideo ſubditur:* Et ſubleuabis.

*k* Cum anguſtiaretur in me anima mea. *deſperans omni uirtute humana.*

*l* Domini recordatus ſum. *a quo ſolo expecto remedium.*

*m* Qui cuſtodiunt uanitates &c. *in eis perſeuerantes.*

† & uenit

*n* Fruſtra miſericordiam ſuam delin. *i. reddunt ſe indignos diuina miſericordia, pro vanitatibus ſuis ſequendis, qui nullius ſunt momenti.*

¶ Ego autem

## MORALITER.

* a *Et præparauit.*

b *Et erat Ionas in uentre piſcis tribus diebus.* Per quos ſignificantur amara contritio, integra confeſſio, & debita ſatisfactio.

c *Et orauit Ionas ad dominum de utero piſcis, & dixit: Clamaui & cætera.* quia uere pœnitentes debent orare frequenter pro peccati remiſſione, & pro diuinæ gratię impetratione. Et ſi fuerit oratio perſeuerans exaudietur ideo ſubditur.

d *Et exaudiuit me. De uentre inferni clamaui, & exaudiſti uoc.* propter quod poſt orationem ſequitur.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Ego aut.* Chriſtus ante paſſionem quodãmodo fugerat obe
E dire Deo: dum dicit: Non eſt bonum dare panem filiorum ca
Math.7.c nibus. Et iterum: Pater ſi poſſibile eſt, tranſ.a me ca. iſte. Sed
Ibid.26.d poſt reſurrectionem perfidos relinquens ſponte prędicat mũ
Ioh.17.b do quod fuerat imperatum ante paſſionem.

b *Quæcunque uo.* In paſſione nos oẽs vouit patri, vt nõ periret aliquis de his qui ſibi erant dati. Pro ſalute omnium promiſit, ne faciamus eum mendacem, mundi ſimus, vt nos offerat patri.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Ego au. in uo. *ſ. cor meum per veram cõtritionem & pœnitentiam.*

b Quæcunq;. *Homines. n. in magna neceſſitate exiſtẽtes ſolẽt emittere vota domino, & ſic fecit Ionas in uentre piſcis exiſtens.*

c Et dixit. *Hic conſequenter ponitur ipſius Ionæ exitus, cum dicitur:* Et dixit domi. pi. *Dei dicere, eſt ſuum facere. Fecit n. piſcem Ionam euomere in aridam terram. Hoc. n. non potuiſſet facere piſcis ſine Dei ſpeciali operatione, quia propter ſui magnitudinem non potuiſſet tantum aridæ natando appropinquare.* G

a ¶Qui pro ſalute multorum deuoratus.
derelinquent. Egȯ autem in uoce a
a ¶Meipſum, qui ſum hoſtia & pontifex.
b laudis immolȧbo tibi, quæcumq; b
uoui reddam pro ſalute mea domino. Et dixit dominus piſci: Et c d
a ¶Præcipitur ceto, abyſſis & inferno, ut terris reſtituant Saluatorem, vt mortuos ſecum plurimos educat. qui mortis uinculis tenebantur.
¶Ex imis uitalibus mortis uictrix uita proceſſit.
euomuit Ionam in aridam.

## MORALITER.

✱ c *Et dixit do. piſci.* i. Chriſto homini.

d *Et euomuit Ion. in aridam.* peccatorem reducens ad ſalutem.

In. c. 2. vbi dicitur in Poſtil. Qui cuſtodit vanitates.

### ADDITIO.

Litera Hebraica ſic ſe habet in hoc loco: Qui cuſtodiũt vanitates, inuanũ miam ſuam derelinquũt. Et eſt ſenſus, ꝙ illi qui cuſtodiebant vanitates falſorum deorum, vouẽtes eis in tribulationibus ſuis aliqua opera miæ facere, tales vouentes miam ſuam derelinquũt, quia illi dij nõ poſſunt eos iuuare: Sed qui uouet Deo uero, oportet ꝙ reddat vota ſua, eo ꝙ eſt adiutor in tribulationibus. & ideo ſubdit: Ego autem in voce laudis immolabo tibi &c.

## GLOS. ORDIN. CAP. III.

E T *factum.* Hoc totum, ꝙ iubet̃, ꝙ obedit, ꝙ nõ uult, ꝙ iterum uelle cogitur, ꝙ ſecundo patris voluntatem exequitur, Chriſto conuenit ex forma ſerui.

Allego. Mat.28.d b *Et ſurre.* Alleg. Chriſtus poſt inferos ꝓprie ſurgere dr̃, & prędicare, qñ Apoſtolos mittit ad baptizandum hoĩes in nomine patris & filii & ſpirituſſancti. hoc eſt iter trium dierũ: hoc tñ ſacr̃m humanæ ſalutis via vnius diei i. vnius Dei confeſ-
Ibidem ſione pficit̃, Iona. i Chriſto in Apoſtolis prędicante, qui dixit: Ego vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſeculi.

c *Et Niniue.* Tam ampla erat Niniue, vt uix poſſet circũiri itinere dierũ triũ: at ille memor pcepti & ſui naufragij, iter trium dierũ feſtinatione vnius diei compleuit. Quidã uero dñt, ꝙ in tertia parte ciuitatis tm̃ pdicauerit, & ſtatim
F pdicationis ſermo ad reliquos puenit. Nõ dixit trib. dieb⁹ & noctib⁹, vel vno die & nocte, ſed abſolute, dieb⁹, & die: ut oñderet in myſterio trinitatis et confeſſione vnius Dei nihil eẽ tenebroſũ.

d *Adhuc qu.* ſm̃. Lxx. Siue p. xl dies, ſiue per triduũ, idẽ Chriſtus ſigñatus eſt. Per. xl. ſ. quia peregit cũ diſcipulis ſuis poſt reſurrectionem xl. dies, & aſcendit in cœlum. Per triduum, quia tertia die reſurrexit. Non eſt prophetia, deſcendens de pręſcientia Dei, vbi oĩa ſicut ſunt, ita permanent: ſed eſt comminatio ad correctionem, proponens iuſtam vltionem ſm̃ præſentia peccata Niniuitarum. Quadragenarius conuenit peccatoribus ad pniam & ieiuniũ & orationem, & ſaccũ & lachrymas, et deprecandi perſeuerantiã. Hoc nume-
†Mat.13.d ro Moyſes, & Elias, & ipſe Chriſtus ieiunauerunt. Hic numerus nobis inducitur ad pparandas aĩas nr̃as ad eſum corporis Chriſti. Pulcher ordo. Præcipit Deus prophetę: propheta prædicat ciuitati: prius uiri credunt: illis prædicãtibus ieiunium omnis ætas induitur ſacco. Viri non ſaccum, ſed ieiunium prædicant tantùm: ſed illi quibus pęnitentia præcipitur, ieiunio ſaccũ addunt, ut inanis venter, & luctuoſus habitus, Deum fortius deprecentur. Qui offenderant Deum luxu & ambitione, eorum damnationem placant, per quæ prius offenderant. Prius ieiuniũ, qđ Deo in occulto offertur, deinde ſaccus qui exterius hominibus exhibet̃. Hie. Niniue. ſ. Euerſa eſt Niniue quæ mala erat, & bona ædificata, quæ nõ erat ſtãtibus męnibus & domibus, euerſa eſt ciuitas in perditis moribus. Et q̃uis non ſit factum
2.Cor.1.d quod illi homines timuerunt Iona prophetante futurum, factum eſt tamen quod fuerat Deo pręcipiente prædictum.

e *Et perue.* Electis infirmis & ignobilibus mundi, tandem ad philoſophos & potentes (qui mundum regere uidebantur) peruenit uerbum Chriſti: Prius Petrus piſcator intrat, deinde Cyprianus, prius idololatra, tandem credit & factus aſſertor ueritatis poſt auditũ ſermonẽ Ionæ Carthaginẽſes ad ☞ pęnitentiam

## CAP. III.

¶ Non dicitur prophetę quare non feciſti quod pręceperam, ſufficit ad correctionem naufragij deuoratio, ut qui imperantem nõ ſenſerat, ſentiat dominum liberantem.

a E T factum eſt uerbum domini ad Ionam ſecundo, dicens: Surge & ua- a
¶Mundum.
de in Niniuem ciuitatem magnã, & prædica in ea prædicationem,
a ¶Pater. b ¶Filium. ¶Ego a me ipſo non loquor.
c ¶A morte. ¶Sine mora obediens.
b quam ȧgo loquor ad te. Et ſurrẽxit b
a ¶Chriſtus. b ¶Per apoſtolos.
xit Iȯnas, & ȧbijt in Niniuen iux- c
¶Præceptum.
c ta uerbum domini. Et Niniue erat ciuitas magna itinere dierum d
trium. Et cœpit Ionas introire ciuitatem itinere diei unius, & e
a ¶Chriſtus ſtans in templo clamat: Qui ſitit, veniat ad me, & bi. Omnis uero ſermo Chriſti,. quia de magnis agit, clamor dicitur.
d clamȧuit, & dixit: Adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuerte- f g
a ¶P ęputium credit, circuncіſio infidelis manet.
b ¶Qui ueniunt in perfectum uirum in ætatem Chriſti.
tur. † Et credidȧerunt uiri Niniuitę h
a ¶Saccus & ieiunium arma ſunt pœnitentium.
in dño, & prædicauerũt ieiuȧnium, i k
a ¶Quia nullus ſine peccato, nec infans unius diei.
& ueſtiti ſunt ſaccis a mȧiore uſq;
e ad minorẽ. Et peruenit uerbum ad

## NIC. DE LYRA. CAP. III.

E T fa. *Oſtenſa Ionæ pñia ex eius oratione. Hic cõſequẽter idẽ oſtẽditur ex mãdati Dei prompta executione. Et diuiditur in duas partes, q̃a primo ponitur hęc executio, ſcđo Ionę ſequẽs afflictio ſeq. cap. Prima in tres: quia primo ponitur prædicatio Ionę, ſcđo conuerſio Niniuę, ibi: Et crediderunt, tertio cõdeſcẽſio miſerationis diuinæ, ibi: Et uidit. Circa primum præmittitur mandati diuini reiteratio cum dicitur.*

a Et fa. *ſecundo ſubditur huius mandati executio, cum dicitur.*

b Et ſur. *ſine dilatione.*

d Et Nini. *Dicũt aliq, ꝙ tres dietę ponebantur circumeundo murũ ciuitatis. Sed hoc nõ videtur verũ: q̃a ſcđm ſacrã ſcripturã & hiſtoriographos Babylonia exceſſit oẽs alias ciuitates in magnitudine, intãtũ ꝙ philoſophus dicit de ea, ꝙ non erat ꝓprie ciuitas, ſed regio clauſa muris: & tamẽ ſcđm Hie. circuitus murorũ hẽbat. xxxij. leucas tãtũ, q̃ non faciũt tres dietas cõplete, & iõ melius videtur dicendũ ꝙ iſtę tres dietę ſunt accipiendæ procedẽdo per uicos ciuitatis ubique: ſic enim habebat Ionas facere denunciando populo ſubuerſionem ciuitatis.* H

e Et cę. *Dicũt hic aliq ꝙ Ionas ita prompte exequebatur mãdatũ Dei, ꝙ iter triũ dierũ una die cõpleuit: Sed hoc nõ uidetur textui cõſonare: q̃a dicitur:* Et cę. *Si. n. hoc dictũ eẽt uerũ magis diceretur: Percurrit Ionas ciuitatẽ iti. diei vnius. & iõ dicẽdũ eſt ꝙ in prima die proceſſit per unam partem ciuitatis tantùm.*

f Et cla. *ſ. verbum domini nihil addendo.*

g Adhuc. xl d. *ſic. n. meruerãt ciuiũ delicta, vt dictũ eſt ſupra. Et q̃a erat ꝓphetia cõminationis, vt dictũ eſt ſupra, cõditio erat ſubintelligenda. ſ. ſi non agerent pęnitentiam: ſed non erat a propheta exprimenda. vt prædictũ eſt.*

h Et cre. *Hic conſequenter ponitur conuerſio populi ad prædicationem Ionæ, cum dicitur:* Et cre. *qui prius tantum colebant idola.*

i Et prædi. *i. ſolenniter indixerunt populo.*

k Ieiu. *vt per carnis afflictionem, et humiliationem in victu & ueſtitu placarent Dei irã. Et non ſolum fecerunt hoc populares, ſed etiã maiores. ideo ſubditur de rege, vt ſui exemplo magis animarentur alij.*

¶ Et abiecit

## MORALITER.

✱ a *Et factum eſt uerbum.* Quoniam prædicator cognoſcens ſuum defectum, debet ardẽtius exercere prædicationis officium, ideo ſequitur.

b *Et ſurrexit Ionas.* a ſomno negligentiæ.

c *Et abijt in Niniuen.* per actum diligentiæ.

f *Et clamauit & dixit: Adhuc quadragin. di. &c.* & ſubintelligitur, niſi pœnitentiam egerit, vt ex ſequentibus apparebit: & ideo per iſtos quadraginta dies intelligitur pœnitentia perfecta. Vnde Moyſes legitur ieiunaſſe diebus quadraginta. Exod. xxiiij & Elias. iij. Regum. xix. & Chriſtus Mat. iiij. tamen Niniue ſubuerſa fuit a ſtatu culpæ in ſtatum gratiæ. ſecundum illud Prouer. xij. a. Verte impios, & non erunt, ſcilicet impij. ideo ſequitur in fine capitu.

✱ Et uidit



☞ pęnitentiam uocat & Chriſtũ publice pdicat. Ecce rex Niniue de ſolio ſurgit, purpurã ſacco, vnguẽta luto, munditias ſordibus cõmutat. Difficile eſt potentes & eloquentes in mundo ad Chriſti humilitatem conuerti.

a *Et cl.* Clamauit dicẽs in Niniue, qđ erat cõſtitutũ ex ore regis & principũ ei⁹. vñ. Lxx. Et prædicatum eſt in Niniue a rege & ab omnibus maioribus eius.

b *Quis ſc.* Sub ambiguitate dicit. vt dum hoĩes dubij ſũt de ſalute, forti⁹ agãt pęnitẽtiã, & Deũ magis ad miam prouocẽt.

c *Et uid. De.* Et tũc Niniuitis, & quotidie pplis mũdi cõminat̃ De⁹ ut agãt pniam. Qui ſi cõuerſi fuerint, ipſe quoq; ſnĩam cõuertit, & ppl̃i cõuerſione mutat̃. Non audiuit verba q̃ Iſrael ſępe ſolebat ꝓmittere: Faciemus oĩa quæcumq; dixerit nobis dñs, ſed opa cõſpexit, q mauult uitã q̃ mortẽ pctõris. Vidẽs mutata opa, libẽter mutat ſnĩam. Potius dicamus ꝙ pſeuerauit in ꝓpoſito ſuo a principio volẽs miſereri. Non enim punire uolebat, nec puniturus erat, qui comminabatur.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et abiecit ue. *ſigna regalia deponendo.*

b Et indutus &c. *in ſignum pęnitentiæ.*

c Et ſedit in ci. *in ſignũ humiliationis magnę.*

d Et clamauit. *per os præconis.*

e Homin. & ium. *Huiuſmodi. n. animalia ſunt homini data in adiutorium: & ideo afflictio eorum in homines redundat. Propter quod ad oſtendendum perfectam pęnitentiam non ſolùm indixit rex afflictionem hominum, ſed etiam animalium.* C

f Clament ad domi. in. *Deficiente. n. paſtu mugiebant, qui mugitus dicebatur ad eum clamare inquantum per homines hoc ordinabatur ad placationem ſuæ offenſæ.*

g Conuertatur uir. *i. quicumque de populo de malo ad bonum: Et ſubditur ratio:*

h Quis ſcit ſi cõ. *quaſi dicatur: Sicut per peccata noſtra eſt offenſus, ita forſitan per noſtram pœnitentiam erit placatus.*

i Et ui. Deus. *Hic conſequenter ponitur condeſcẽſio miſerationis diuinæ cũ dicitur:* Et ui. &c. *acceptauit & approbauit, ſicut Gene. iiij. b. Et reſpexit Deus ad Abel & ad mu. eius.*

k Et miſer. eſt: *pœnam comminatam non inferendo. Sciendum tamen, quòd poſtea Niniuitæ reuerſi fuerunt ad uomitum, & ſic ciuitas fuit ſubuerſa, de qua ſubuerſione prophetauit ſanctus Tobias. xiiij. ca.*

regem Niniue. Et ſurrexit de ſo-
a ¶Humiliauit ſe deponens altitudinem potentię & eloquentiæ.
liȯ ſuo, & abiecit ueſtimentum a
a ¶Pęnitentiæ pro præteritis malis.
ſuum a ſe, & indutus eſt ſaccȯ, & b c
a ¶Sordibus, non ſenſuum ſed uerborum.
a ſedit in cinȧre, & clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & prin d
a ¶Rationales.
cipum eius, dicens: Hȯmines et e
a ¶Stulti. ¶Homines & iumenta ſaluabis domine.
b ¶Prudentes. c ¶Simplices.
iumȧenta & bȯues & pȧcora nõ guſtent quidquam, nec paſcantur, & aquam non bibant, & o-
a ¶Lugubri habitu mœrore & triſtitia, quæ metaphorice ſaccus dicitur.
periantur ſacciȧs homines & iumenta, & clamẽt ad dominum f
¶Ad dominum.
in fortitudine, & conuertat̃ † uir g
¶Quæ ex ſe.
a uia ſua mala, & ab iniquitate
a ¶Non tantum in cogitatione, ſed & in opere. b ¶Conuerſis. c ¶Sic.
b quæ eſt in mȧnibus eorum. Quis ſcit ſi conuertatur et † ignoſcat h — † pęniteat deum?
a ¶Quem iam pene cępit effundere. b ¶Eo conuerſo.
c Deus? & reuertatur a furȯre iræ ſuæ, & non pȧribimus? Et uidit i
Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de uia ſua mala, & † miſer- k — † pœnituit deum.
¶Afflictionem.
tus eſt Deus ſuper malitiam, quam loquutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit.

## MORALITER.

✱ i *Et uidit Deus opera eorum.* i. approbauit, *Quia conuerſi ſunt a uia ſua mala.* — † unuſquiſque

## GLOS. ORD. CAP. IIII.

☞ E T *af. eſt.* Nõ cõtriſtat̃ ꝙ Gentiũ multitudo ſaluat̃, ſed ꝙ uidet Gentẽ ſuã pire, & ſe de tãto numero ꝓphetarũ electũ, q per ſalutem aliorum, ruinam populi ſui nunciaret, iã quodammodo de ſalute deſperans Iſraelis. Sic dñs fleuit ſup Ie
B ruſalem. Et noluit panẽ filiorum mittere canibus. Apoſtoli quoq; primum prædicant Iſraeli Paulus etiam optat Anathema eſſe pro fratribus ſuis. Pulchre Ionas. i. dolens, triſtis eſt vſq; ad mortem, quia ne periret populus Iudæorum quãtum in ſe fuit, multa perpeſſus fuit, laborioſus propheta peregrinatione & naufragio prægrauatus.

b *Scio enim quia.* Sciebam te miſericordem, & hoc eſſe facturum, nolui nunciare truculẽtum, ſed uolui fugere in Tharſis, id eſt uacare contemplationi, & in mari huius ſeculi quiete & ocio perfrui, dimiſi domum meam egreſſus de tuo ſinu. Si dicerem te ignoſcentem & miſericordem, nullus ageret pœnitentiam, Si crudelem iudicem, ſciebam hoc non eſſe tuæ naturæ. In hoc ergo ambiguo, malui fugere quàm uel impœnitentes lenitate decipere, vel de te prædicare qđ non eras: tolle ergo animam meam. Propheta triſtatus uult mori, ne conuerſa multitudine Gentium Iſrael pereat in æternum.

c *Putaſne.* Non ait male iratus es, ne videatur reprehendere contriſtatum. Nec ait, bene iratus es, ne ſuæ ſententiæ contrairet: ſed interrogat ipſum iratũ ut uel cauſas iræ reſpondeat, vel ſi ille tacuerit, uerum Dei iudicium ex eius ſilentio comprobetur.

d *Et egreſ. eſt Io.* i. columba uel dolens egredit̃ de ciuitate, quã ædificauit Cain, & habitat contra orientem unde ſol oritur, & ibi eſt in tabernaculo ſuo, labentia que tempora expectat contemplatus quid ciuitati mundi eueniat. Antequam Niniue ſaluaretur per Euangeliũ Chriſti, & areat cucurbita, & uerus oriẽs manifeſtaretur Ionas erat ſub umbraculo, quia nondum erat aperta veritas.

☞ Et præ-

## CAP. IIII.

a E T † afflictus eſt Ionas afflictione magna, & iratus eſt, & orauit ad dñm, a
a ¶Dicturus ſe iuſte uoluiſſe effugere, quodammodo iniuſtitiæ arguit Deum, querelas ergo ſuas obſecrationis exordio temperat, quod enim ait, Obſecro, blandientis affectu legendum eſt: pro quo in Hebręo legitur, anna, quæ eſt interiectio blandientis.
& dixit: Obſecrȯ dñe, nunquid b
nõ hoc eſt uerbum meum, cùm adhuc eſſem in terra mea? Propter hoc præoccupaui, ut fuge-
b rẽ in Tharſis. † Scio em̃, quia tu Deus clemens & miſericors es, patiens & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitia. † Et
a ¶Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem. Et iterum: In manus tu. do. com. ſpi. meum.
nunc dȯmine tolle quæſo ani-
a ¶Viuens, unam gentem Iſraelis ſaluare non potui: moriar, & totus mundus ſaluabitur.
mam mȧeam a me, quia melior eſt mihi mors quã uita. Et dixit c — † 3.Reg. 19.a
c dñs: † Putaſne bene iraſceris tu? d — †Nõne uehemẽs ira eſt tibi?
¶Mundi.
d Et egreſſus eſt Ionas de ciuitate, e
& ſedit contra orientem ciuita-
a ¶Quia tunc de Niniuitis cum eo nullus habitare poterat.
tis. Et fecit ſibimȧet umbraculũ f
a ¶Sedet tamq̃ iudex uel a maieſtate ſua contractus.
ibi, & ſedȧebat ſubter illud in
a ¶More ſcripturę humanos Deo iungit affectus.
umbra, donec uidȧeret quid acci

## NIC. DE LYRA. CAP. IIII.

E T af. eſt. *Hic conſequenter ponitur ipſius Ionæ ſequens afflictio: quę primo ponitur, ſecũdo arguitur, ibi: Et dixi. Circa primum dicitur.* Et af. eſt. *quia uidit adhuc ciuitatem ſtantem poſt terminum. xl. dierum: & ſic timuit diffamari & uilipendi ſicut falſus propheta, quod erat ſibi afflictio maxima in tantum ꝙ magis uolebat mori quam uiuere in ſtatu tali.* D

b Nun. nõ hoc. *ſ. ꝙ timebat dictum ſuum non impleri propter magnitudinẽ miſericordiæ Dei, propter quod uoluit fugere a facie Dei, ut ſupra dictum eſt, & patet litera.*

c Et dixit do. *Hic conſequenter impatientia Ionæ arguitur, cum dicitur: Et dixit dominus: reprehendens eius impatientiam.*

d Putaſ. bñ ira. &c. *i. rationabiliter? q. d. Non.*

e Et e. ẽ. *ſ. ante terminũ quadraginta dierũ, ita ꝙ hic exitus eius ponitur pro recapitulatione.*

f Et fe. ſi. u. *cõtra ſolis æſtũ, qui eſt ibi multum intenſus. Et ad melius arguendũ impatientiam Ionæ ponitur exemplum ſenſibile, cum dicitur.*

¶ Et præpa-

## MORALITER.

✱ a *Et af. eſt Io.* Sicut dictũ eſt ſup. j. ca. per Ionã ſigñat̃ pdicator, q̃ aliqñ fugit laborẽ & plus debito fouet carnẽ ſuã. nã aliqñ bonus dormitat Homerus. Et ſic in ꝓpoſito Ionas timẽs vocari de falſitate ꝓphetiæ, deſiderabat ſubuerſionẽ Niniue. pp qđ p ipſũ ſigñat̃ pdicator, doctor vel p̃latus quicunq;, q plus appetit cõmodũ ſuum. ſ. famæ uel pecuniæ quã auditorũ uel ſubditorum bonum ſpũale. nã aliqñ plus dolent de boni temporalis ſubtractione quàm de auditorum vel plebis tranſgreſſione. ideo ſequitur.

p *Et egreſ.* Egreditur enim prælatus de ſua ciuitate quando tam parum curat de ſubditorum ſuorum ſalute, & tantum anxiatur de boni temporalis amiſſione.

q *Et fe. ſi. um. &c.* in delectatione tpaliũ: & idẽ ſigñatur per hederam citò productã & citò arefactam. Nã huius mundi delectationes ſunt valde breues: propter quod de ſubtractione earum ſapientibus non eſt dolẽdũ, propter quod Ionæ dolenti de arefactione hederæ dicitur a domino.

o *Putaſne bene.* rationabiliter, quaſi dicat non, ſed valde irrationabiliter.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Et præp.* In Hebræo קִיקָיוֹן kikaion legitur, pro cucurbita q̄ cito ſurgit & cito areſcit: Cōparat̄ Iſraeli paruas radices mittēti in terrā, & conāti ut in altum ſuſtoliat̄, ſed altitudinē cedrorum Dei uel abietum nō æquanti. Cucurbita vel hedera genus virgulti, vel arbuſtulę lata hn̄tis folia, & denſiſſimam vmbrā ſuſtinētis, q̄ p terram ſerpit, & ſine adminiculis qbus innitat̄, altiora nō appetit. Sed hanc præparauit Deus, ut ſine aliqbus ſuſtentamentis in altum ſubito cōſurgens, vmbraculū p̄beret pphetę. In quo oñſa Dei virtus eſt. Huic hędere, vel cucurbitę cōparat̄ Iſrael, q quondā ſub vmbra ſua ptexit Ionam. i. Chriſtum, conuerſionē Gentiū p̄ſtolantem, nec paruam lętitiam tribuit ei, faciens vmbraculū potius q̄ domum habens tectorum imaginem, non habens fundamenta.

b *Et pa.* Quidā uermē & uentū urētē Romanos intelligūt q poſt reſurrectionē Chriſti Iſrael deleuerunt.

c *Tu. be.* Supra Niniuitis pęnitentibus & ſaluatis ſimiliter interrogatus ppheta nihil rn̄dit, ſed interrogationem Dei ſilentio cōprobauit, ſciens eū Deū clemētē & ignoſcentē malitijs, de ſalute Gentium nō dolebat: ſed hic qa in ſiccata cucurbita aret Iſrael, & cū diſtinctione interrogatus eſt. Bn̄ iraſceris tu ſup hederam? cōfidēter dicit: bn̄ cōtriſtor ego uſq; ad mortē. Non. n. ſic uolui ſaluare alios, ut perirēt alij: nō ſic lucrari alienos vt pderē meos. Sic Chriſtus plāgit Ierl̄m uſq; ad mortē nō ſuā, ſed F Iudęorum, ut moriantur negantes, & reſurgant Dei filium cōfitentes.

d *Nō la.* q̄tū in pplo Gētiū. uñ Iſrael confidenter loquit̄: Ecce tot annis ſeruio tibi, & nūquā dediſti mihi hędum: ſed huic q deuorauit ſubſtātiā cū meretricibus, occidiſti uitulū ſaginatum. Qui non cōfutat̄ in hoc, ſed audit. Oīa mea tua ſunt. Epulari aūt oportebat p reuerſione fratris. Pro Gentib. ſiqdē p̄cioſus ſāguis Chriſti effuſus eſt: & ipſe ad inferos deſcēdit, vt ppl̄s ille cęlos aſcenderet. Nullus tantus labor fuit pro filijs Iſrael, unde & ipſe minori fratri inuidet.

† cucurbitam
† & erueret eum à malo eius.
† aſcendente aurora in craſtinum.
† cupis parci cucurbitæ.
Luc. 15. g
Ioan. 17. b

derct ciuitati. Et præparauit dominus Deus † hederā, & aſcendit ſuper caput Ionæ, ut eſſet umbra ſuper caput eius, † & protegeret eū: laborauerat enim. Et lætatus eſt Ionas ſuper hædera lætitia magna. Et parauit Deus uermem † aſcenſu diluculi in craſtinum, & percuſſit hederam & exaruit, & cum ortus fuiſſet ſol, præcepit dominus uento calido & urenti, & percuſſit ſol ſuper caput Ionæ, & æſtuabat. Et petijt animæ ſuæ, ut moreretur. Et dixit: Melius eſt mihi mori, quàm uiuere. Et dixit dominus ad Ionam: Putaſne bene iraſceris tu ſuper hederam? Et dixit: Bene iraſcor ego uſque ad mortem. Et dixit dominus. Tu † doles ſuper hederam, in qua non laboraſti, neque feciſti ut creſceret: quæ ſub unā nocte nata eſt, & ſub una nocte perijt. Et ego nō parcā Niniue ciuitati magnę, in qua ſunt plus quàm centum uiginti milia hominum, qui neſciunt quid ſit inter dexteram & ſiniſtram ſuam, & iumenta multa.

a ¶Subito mira Dei virtute.
a ¶Chriſtum, qui dicit: Ego ſum uermis & non homo.
a ¶Quę antequam oriretur ſol iuſtitiæ uirebat, ſed ſurgente Chriſto deſertum eſt umbraculum ab auxilio Dei, & omnem uirorem perdidit.
a ¶Cuius luce diſcuſſæ ſunt tenebræ Niniuitarum.
a ¶Vnde in Hoſee: Adducet dominus ventum urentem, de deſerto aſcendentem, & ſiccabit venas eius, & deſolabit fontes eius.
a ¶Cum Iſraele.
a ¶In baptiſmate, vt in lauacro recipiat humorem, quem in negatione perdiderat. unde Petrus arentibus Iudæis loquitur: Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque ueſtrum, & accipietis donum ſpiritusſancti.
¶Pater
¶Illi.
¶Fili.
¶Iudæis damnatis.
a ¶Id eſt tempore ante aduentum Chriſti. b ¶Quando Sol iuſtitiæ occubuit ei.
a ¶Per quam ſignatur eccleſia, in qua maior eſt numerus quam duodecim tribuum Iſrael.
a ¶Multus numerus irrationabilium.

e *Plus quam cen. vi.* Hoc pōt intelligi de ætate lactentium quæ innocēs & ſimplex, & cum tantus ſit numerus paruulorū, patet φ magna eſſet multitudo prouectioris ætatis: uel cum Niniue ſit magna urbs, & in domo magna ſint uaſa non ſolum aurea, ſed & fictilia, poteſt dici φ erat plurima multitudo, quę ante actam pęnitentiam ignorabat, quid eſſet inter bonum & malum. G

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et præparauit dominus hede. &c. *faciendo eam ſubito creſcere ſuper curſum naturæ.*

b Et lætatus eſt Ionas &c. *duplici de cauſa, ſcilicet quia faciebat ſibi vmbraculum gratioſum, & quia ex eius miraculoſa productione eſtimauit, quòd Deus ſuam prophetiam adimpleret.*

c Et parauit ve. &c. *Omnia enim quantumcunque minima ſua prouidentia diſponuntur.*

d Et percuſſit. *corrodendo eius radicem.*

e Præcepit dominus uento calido. *ad intendendum ſolis æſtum.*

f Et petiuit animæ. *Tum quia æſtu ſupra modum affligebatur: Tum quia ex arefactione hederæ ſubita coniecturauit, quòd ſua prophetia non impleretur, & ſic falſus propheta crederetur, quod erat ſibi grauius morte: ideo ſubditur.*

g Melius eſt mi. mo. &c. *ex quo eius impatientia irrationabilis concluditur, cum dicitur.*

h Putaſne bene iraſceris tu? *ſ. rationabiliter de arefactione eius.* H

i Et dixit: Bene iraſcor. *i. rationabiliter ex cauſa prædicta. Et ex hoc concludit Deus oppoſitum di.*

k Tu doles ſuper: *& rationabiliter ſecundum tuam eſtimationem.*

l Et ego non parcam. *q. d. multo fortius debeo compati & condolere tantæ ciuitati veraciter pœnitenti, & parcere de ſubuerſione.*

m Qui neſ. q d. *i. ſunt adhuc infra annos diſcretionis, & per conſequens adhuc innocentes. & ideo propter tantorum innocentiam rationabile eſt temperari iuſtitiæ meæ rigorem.*

---

## *Incipit expoſitio prologi in Michaam prophetam. per fra. Britonem.*

TEm. Ioa. *In iſto prologo procedit Hiero. p hunc modū. Primo dicit qbus tēporibus & ſub qbus regibus eſt edita pphetia. ſecundo agit de regum differentia, ibi: Sed de ſupradicto. tertio ſubditur contra malos comminatio diuina, ibi: Quamobrem &c. dicit igitur.*

a Temporibus Ioathæ &c. *de quo. iiij. Reg. xv. & ij. Para. xxvij.*

b Achaz. *de quo. iiij. Re. xvi. & ij. Paral. xxviij.*

c Eze. *de quo. iiij. Re. xviij. et. ij. Pa. xxix.*

d Lectio ipſa demonſtrat. *Michæa. 1. cum dicitur: In diebus Ioa. &c.*

e Sed de ſu. nu. *Hic ponitur regū differētia: Quidam. n. placuerunt Deo pp religioſitatē. ſicut Ioathā & Ezechias, qdā diſplicuerūt pp idololatriā, ſicut Achaz. Litera plana eſt. Dicit igitur.* Sed de ſu. n. &c. *Cōtrariū videtur Ecc. xlix. b. ubi dicitur: Præter David, Ezechiam & Ioſiam oēs reges peccatum commiſerunt. ergo Ioathan peccauit: ergo Deo non placuit. Reſpondeo: non placuit ſimpliciter, ſed quo ad hoc placuit, quòd idola quæ erant in Ieruſalem, deſtruxit. Diſplicuit autem quia excelſa non abſtulit. iiij. Reg. xv. Fecit quod placitum erat coram Deo. Et ſequitur: Veruntamen excelſa nō abſtulit. ij. Para. xxvij. a. Fecit quod rectū erat corā domino iuxta omnia quæ fecerat pater eius, excepto φ non eſt ingreſſus templum domini: & adhuc populus delinquebat. Item illud Ecc. Omnes reges peccatum commiſerunt: intelligendum eſt de peccato idololatriæ uel in ſe uel in aliis. Vel hoc dicitur in cōparatione Ezechiæ & Ioſiæ, qui minus peccauerunt, & cito penituerunt. De Ezechia patet, φ placuit Deo. iiij. Reg. xviij. & xix. & xx. & ij. Parali. xxix. & xxx. & xxxi.*

f Re. de. *ij. Para. xxviij. a. Nō fecit rectū in conſpectu domini, ſicut Dauid pater eius &c. Itē eodem capitulo: Tpe anguſtiæ ſuæ auxit cōtēptū in dominum. Ipſe per ſe rex Achaz immolauit diis alienis &c.*

g Quib᷒ ēt fi. ſuos in ſa. *iiij. Reg. xvi. Filium ſuum conſecrauit trāsferēs per ignem ſcd̄m idola Gentium ij. Par. xxviij. a. Luſtrauit filios in igne iuxta ritum Gentium.*

h Samariam &c. *regionem Paleſtinæ uel ciuitatem. unde Iſido. Etym. xiiij. Samaria regio Paleſtinæ ab oppido quodam nomen accepit, qd̄ uocabatur Samaria. Idē in. xv. ubi agit de noībus urbiū cōditarū, Samariā (a qua oīs regio q̄ circa eā fuit nomē accepit) Sēnacherib rex Aſſyriorū cōſtruxit, uocauitq; Samariā. i. cuſtodiā, qa quādo Iſrael trāſtulit ī Medos, ibi cuſtodes cōſtituit. Hāc obſidione captā Antioch᷒ ſolo coęquauit: quā poſtea Herodes a fundamētis īſtaurās in honore Auguſti Sebaſtē. i. Auguſtā Gręco ſermone vocauit. Ibi ſiti ſūt Eliſę᷒ et Abdias ppheię, et quo maior īter natos mulierū nō fuit Io. Baptiſta. Cōtra iſtā denūciatur diuina cōminatio p pphetā. Mic. 1. a. ubi dr̄, qd̄ vidit ſup Samariā & Ieruſalē. Glo. Quia primū Samaria metropolis decē tribuū captiuata eſt, deinde Ieruſalē, pphetiæ īponitur titul᷒. primo de Samaria. ſcd̄o de Ieruſalē, iiij. Reg. īuenies de vtriuſq; captiuitate. Itē Michæę. 1. fit cōminatio cōtra Samariam. Populo etiam Iſrael, Michææ. iiij. comminatus eſt. Populo etiam Iſrael præuaricatori, & principibus eius, qui eundem populum fallaci ſuaſione ad colenda idola impulerant, uerbis in ſequentibus captiuitatem & interitum affuturum denunciauit.*

† 4. Re. 15. 2. Pa. 27. a. 4. Reg. 18. a

## *Incipit Prologus ſancti Hieronymi in Michaam prophetam.*

TEmporibus Ioathę & Achaz & Ezechiæ regum Iuda, Michęam prophetā ad hāc prophetiā ſpiritusſancto repletū fuiſſe lectio ipſa demonſtrat. Sed de ſupradicto numero regum Ioathan & Ezechiam Deo ob religionem placuiſſe † hiſtoria quarti libri Regum, & ſecundi Paralipomenon indicat. Achaz uero derelicto Deo, idola Samarię quibus etiam filios ſuos in ſacrificium igni concremandos obtulerat, coluiſſe conſtat. Quam ob rem Deus Samariam (quæ reges Iſrael & Iuda memoratorum ſimulacrorū ſuperſtitione fefellerat) increpans indignationem ſuam in ea proceſſuram



Quidam libri habent hic ſecundum prologum, qui incipit ſic,

SErmo Dei qui ſemper ad prophetas deſcendit. *Et licet iſte prologus in Biblijs pluribus non ſcribatur, tamen propter curioſos mihi uidetur expedire φ breuiter tranſcurratur. Duo itaque notantur in prologo iſto. Primo enim propheta commendatur, cum dicitur: Sermo Dei. Secundo ratio impoſitionis nominis ſibi & alijs aſſignatur, ibi: Quomodo igitur apud nos &c. Cōmendatur autem propheta a duobus. Primo a ſpiritu prophetiæ, ſecundo a congruentia proprij nominis, & nominis loci ortus ſui, ibi: Qui interpretatur humilitas. Ibi enim ponuntur interpretationes nominum. ſ. prophetæ & loci ortus ſui, ut inſinuentur ſibi inuicem conuenire & prophetæ. Dicit igitur: Sermo Dei qui ſemper ad prophetas deſcendit. Contra: Spirituſſanctus non ſemper tangit corda prophetarum. Reſpondeo: Semper id eſt horis ſtatutis, ſicut. 1. Theſſal. v. d. Sine intermiſſione orate, id eſt horis ſtatutis. De Moraſthi, uiculo quodam. Humiliamini ſub potenti manu Dei. 1. Petri. v. b. Qui ſe humiliat exaltabitur, Lucæ. xiiij. c. Diſcite a me: Matth. xi. d. Quomodo igitur. Hic notatur ratio impoſitionis nominis non ſolum ſibi, ſed & alijs: & hoc tam apud nos quam apud Hebræos & Græcos. Votiua. i. aduotum impoſita, Auſpicium id eſt Augurium. Auſpex proprie dicitur diuinator, qui diuinat ex conſideratione uolatus auium: unde auſpex dicitur quaſi auiſpex, quia ſpecit, id eſt conſiderat aues uolantes. unde auſpicium dicitur diuinatio, quaſi auiſpicium: quia fit ex inſpectu auium. Michæas, qui interpretatur humilitas. Abdias ſeruus domini. Zacharias, memoria domini.*

## *Incipit Argumentum.*

MIchæas de Moraſthi cohæres Chriſti uaſtationem annunciat filiæ latronis, & obſidionem ponit contra eam, quia maxillam percuſſerit iudicis Iſrael

## GLOS. ORDIN. CAP. I.

VErbū. do. qd̄ fa. eſt ad Mi. *Præmittit̄ titulus pphetiæ. Humili & cohęredi Chriſti fit reuelatio, & de puerſis dogmatibus, & de eccl̄ia ſi aliqua peccata cōmiſerit. Sermo Dei q ſup pphetas deſcēdit, fit quoq; ad Michęā q interp̄tat̄ humilitas, ad Michęā de Moraſthi, q vſq; hodie iuxta Eleuteopolim vrbē Paleſtinæ nō grādis viculus eſt: & interp̄tat̄ hæres: Pulchre aūt humilitas q̄ inter uirtutes p̄cipua eſt de ſpe hæreditatis Dei naſcit̄. Humilitas hic nō intelligitur q̄ uenit de cōſciētia pctōrū: ſed q̄ inter uirtutes ponit̄. Vñ dr̄: Humiliamini ſub potēti manu Dei. Et: Qui ſe humiliauerit exaltabit̄. Et dn̄s: Diſcite a me qa mitis ſum & humilis corde. Qūo ergo apud nos uotiua, & quaſi ad virtutis auſpiciū imponunt̄ uocabula. v. g. victoris, caſti, pij, probi. & appellatiua vertunt̄ in ppria: ſic & apud Hebręos Michęas & Abdias & Zacharias cęterorūq; ſimilia, ex virtutū vocabulo liberis a parentib. ſūt īpoſita. Michęas ſ̄m Hebraicā veritatē ſextus eſt, vñ quaſi ī corde voluminis poſit᷒ dēt pfunda cōtinere myſteria. Sub Ozia cęperunt prophetare Hoſee, Amos & Iſaias. Sub Ioathā filio Oziæ incipit pphetare Michęas, pphetat ēt ſub Achaz & ſub Ezechia, ſub quo decē tribus captiuatę ſūt ab Aſſyrijs. Et qa primū Samaria metropolis decē tribuū captiuata eſt, deinde Ierl̄m: pphetę īponit̄ titul᷒ primo de Samaria. ſcd̄o de Ierl̄m. Myſtice per Samariā hęreſes: p Ieruſalem eccleſia deſignatur. Samaria n. ſibi fecit de pprio ſenſu uitulos aureos pulchros in ſuperficie, ſed uitalem ſpm̄ non habentes, & hoc in domo Dei, qd̄ interpretatur Bethel. non enim recipiet Iſrael Deos, niſi qui de ſcripturis & in domo Dei fabricati ſunt, & quamuis conciliabula ſua vocent Bethel, tamen poſt fabricationem idolorum non Bethel. ſed domus idoli iure uocantur.*

b *Audite.* Aure audiēdi audiāt Catholici, ſubuerſi ēt attēdāt & ſibi caueāt, ne uel iſti uel illi patiant̄ q̄ poſtea ſermo Dei cōminat̄. O Samaria & Ieruſalē intelligite, & attendite dn̄m de templo ſuo vobis teſtificantem & prædicentem quæcumq; futura ſunt. Hæreſes inter opera carnis connumerantur.

c *Quia ec.* Deus cuius natura clemētia eſt, cā nr̄i coget̄ ſumere pſonā crudelitatis, cuius deſcēſio eſt maieſtatis eius ad inferiora de-

## *Incipit Michæas propheta.*

## CAPVT I.

VErbum Domini quod factum eſt ad Michæam Moraſthiten in diebus Ioathan, Achaz & Ezechiæ regum Iuda, quod uidit ſuper Samariam & Ieruſalem. Audite populi omnes, & attendat terra & plenitudo eius, & ſit dominus Deus uobis in teſtem: dominus de templo ſancto ſuo. Quia ecce dominus egredietur de loco

a ¶Hoc eſt. ¶Quod erat in principio apud Deum.
b ¶Patris.
a ¶Qui interpretatur humilitas. b ¶i. hęreditas.
¶Spititualiter.
¶Hoc, a ¶Corde. b ¶Eccleſiæ totius orbis.
a ¶Id eſt terreni, in quibus extructa ſunt hęreticorum dogmata. b ¶Et omnes qui in ea.
a ¶Teſtificans.
a ¶Non aliunde, niſi de eccleſia, uel filio qui eſt templum patris.
¶Pater. ¶Coactus.

Incipit poſtilla venerabilis pat. fra. Nicolai de Lyra ſuper Michæam prophetam.

## CAP. I.

VEr. do. *Hic incipit pphetia Michęę q̄ in duas ptes diuiditur. ſ. in pœmiū & tractatū, q incipit ibi: Audite. In pœmio primo notificatur autor ex nōe, cū dicitur: Ad Michęā. & ex natiuitatis loco, cū dr̄.* Diuiſio D

b Moraſthi. *i. de Moraſthi. ſcd̄o ponitur tp̄s pphetiæ, cum dicitur: In diebus Ioathā &c. tertio ad quos facta eſt prophetia ibi.*

d Sup Sa. *i. ſuper regna decem tribuū & duarum: Samaria autem erat metropolis in vno, & Ieruſalem in alio.*

e Audi. *Hic īcipit tractat᷒ q ī duas ptes diuiditur: qa primo ppheta populo cōminatur, ſcd̄o ipſū cōſolatur. cap. iiij. Iſta tamē diuiſio nō eſt p̄ciſa, ſed tātū a plurimo. In prima. n. pte ponitur aliqua cōſolatoria. et in ſcd̄a aliqua deſolatoria. Prima diuiditur ī duas, qa primo cōminatur pęnam pp culpam populi generaliter. ſecundo pp culpā maiorum ſpecialiter, cap. iij. Prima adhuc in duas: qa primo ponitur cōminatio pœnę pp culpam idololatrię. ſcd̄o pp culpā auaritiæ. cap. ſeq. Prima in duas, qa primo ponitur cōminatio pœnæ. ſcd̄o cōpaſſio prophetæ, ibi: Sup hoc. Prima in duas: qa primo fit cōminatio vtrique regno cōiunctim. ſcd̄o regno Iſrael ſeparatim, ibi: et ponam. Prima adhuc in duas: qa primo denūciatur pœna. ſcd̄o declaratur culpa, ibi: In ſcelere. primo excitat propheta ad attentionem, dicens:* Au. po. *ſecundo inducit teſtimonium pro ueritate dicenda, ibi.* Diuiſio

f Et ſit &c. *qui fallere non poteſt nec falli.*

g De te. *i. de cęlo empyreo, ibi cū eo ſunt angeli ſancti eius laudib. īſtēti.*

h Quia ec. &c. *proprium enim ipſius Dei eſt parcere et miſereri. et ideo*

¶ locus

## MORALITER.

✱ a *Ver. do. &c.* Michęas q īterp̄tat̄ humilitas. humilib. n. diuina ſecreta reuelāt̄, Mat. xj. d. Abſcōdiſti hęc a ſapiētib. et prudētib. &c.

b *Mora.* qui interp̄tatur hęreditas. nā uere humiles ſunt cælorum hæredes. Mat. v. a. Beati paupes ſpū, qm̄ ipſorū eſt regnū cælorum.

c *Qd̄ vi.* q̄ interpretatur cuſtodia dn̄i. ideo p eī ſignificātur p̄lati.

d *Et Ie.* quæ pacifica interpretatur. iō per eā religio ſignificatur: Et de punitione iſtorū pp ſuam malitiam hic agitur, iō ſequitur.

h *Quia ecce dominus.* non per localem motum, ſed per punitionis effectum. Vnde ſequitur.

✱ Conſuetu-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E feriora decurſus. Poteſt intelligi ꝙ propter ſcelera Iudęorum dñs egreſſus de cęlis per aſſumptam humanitatem, reliquit domum eorum deſertam, & uenit ſuper humiles de Gentibus q̃ excelſi vocantur, & commouet mõtes.i.dogmata philoſophorum, & uere humiles conſumuntur in aduẽtu Saluatoris bona cõtritione. Myſtice locus Dei, uel filius in quo eſt pr̃, vel ſancti in quibus habitat Deus. hæc loca quę hñt Deum hoſpitẽ, ſurſum cum Chriſto ſunt poſita, ab his deſcendit ad illos docendos, qui eum in monte audire non pñt, & conteret ſuperbos in mundo: & montes.i.alti in virtutibus ad illius pauebunt pñtiam: & ualles.i. aię corporibus depreſſę a timore eius quidquid durum habuerint expellẽt: & ita fluent ſicut aquæ per præceps.

Myſtice

†liqueſcẽt

a *Sicut aquæ &c.* Sicut aqua ꝓno curſu ferẽ in ꝑceps, & ſicut cera fluit ante ignem, ita oĩs ſuꝑbia impiorum domino ueniente ſoluetur & defluet.

b *In ſcel. Ia.* Et ꝙ dñs terribilis ueniet ad mouendos montes & ualles reſoluẽdas, eſt propter impietatẽ Iacob.i. conciliabula hæreticorum, qui dicũt ſe cuſtodes mandatorum Dei, & confeſſores eius nominis.

†Quis fuit cauſa præuaricationis Iacob? † quis fuit cauſa excelſorum?

c *Et po. Sa.* Sicut Samaria prius adorauit uitulos, prius perit, prior deſtruiẽ uenientibus Aſſyrijs. Tãta erit ſubuerſio urbis, ut non ſolum ædificia corruant, ſed etiam fundamenta vſq; ad extremum lapidem effodiant. Cum per Samariam eccleſia hæreticorũ a Deo ſeparata ſoleat intelligi, minat̃ deſtructionem eius, ut Chriſti ecclia plantari poſſit. Melius eſt.n. ſubuerti inutilem ciuitatem, & lapides q̃bus extructa fuerat in ꝑceps detrahi, quã in mala ædificatione manere. Cum .n. reuelata fuerint myſteria in q̃bus fundata & firma uidebat̃, & idola pulchro ſermone cõpoſita a uiris ecclię fuerint cõciſa, tunc ibi poterit vinea dñi plãtari, & gl̃ia & diuitiæ, quas de errore uidebant̃ hr̃e, igne Dei in nihilum redigunt̃: & ſic intelligẽtes errorem ſuum, & in ſe reuerſi plangẽt, in quibus prius fornicantes lętabant̃: & ponent de pedibus q̃dq̃d mortiferũ habebant, & veſtimẽta fornicationis ꝓijciẽt, vt ab his nudi Chriſti veſtimẽta ſuſcipiant, & plãgent de his ꝙ fuerũt ſub dracone, qui captus hamo in æternum lugebit: & quos in errore genuerãt, ſicut ſtruthio, iuſtis calcãdo relinquẽt. Iõ Samaria ita lugebit, q̃a ſermone Dei pacata errorẽ cognoſcet, quẽ ẽt vſq; ad portas.i. ad aures Iudę intulit, Sed in mediam ciuitatem intrare non potuit, quia fidelem populum peruertere non potuit, vt recederet ab eccleſia Dei.

Inutilis ciuitas euertenda.

d *Et omnes &c.* Omnes diuitiæ eius, quæ diuerſi reges comportauerant in eam, per ignem ad nihilum redigentur.

e *Quia de mer.* Opes & multiplex ſupellex, q̃ in fornicatione idolorũ cõgregata fuerãt, ducent̃ ad aliã meretricẽ.i. Niniuẽ, vt ſicut in terra ſua fornicati ſunt cum idolis q̃ fecerant, ſic uadant ad aliam terrã idolorum & fornicationis.i. ad Aſſyrios.

f *Super hoc plan.* Lxx. Planget Samaria ſ. hæretici cognoſcentes errorem ſuum *Super hoc.* Dicta culpa & pęna Samariæ, q̃a Ieruſalem ſimiliter peccauit, & ſimiliter punienda erat, propheta ſub perſona Dei plangentis affectum inducit.

☞ *Faciam*

¶Conteret potentes.

ſuo, & deſcendet, & calcabit ſuper

¶Pauentes aduentum Dei. ¶A malo ceſſantes. ¶Etiam ſacerdotes. ¶Principes.

excelſa terræ. Et † conſumẽtur mon

¶Anima corporibus inſertæ. ¶Populi. ¶Humiliati. ¶Vt nihil lateat in eis mali.

tes ſubtus eum, & ualles ſcinden-

¶Vt auferatur omnis duritia. ¶Quam ſuſtinere non poteſt. ¶Deus noſter ignis conſumens.

tur ſicut cera a faciẽ ignis, ſicut aq̃

quæ decurrunt in præceps. † In ſce-

¶Decem tribuum & duarum, quæ Deum negauerunt. ¶Hęc eſt cauſa malorum.

lere Iacob omne iſtud, & in pecca-

¶Quia Deum ſe uidere mentiuntur. ¶Decem tribuum. ¶Quia.

tis domus Iſrael. † Quod ſcelus Ia-

¶Id eſt idololatria, quæ in illa metropoli fiebat. ¶In regno duarum tribuum Ieruſalem fecit excelſa idolorum.

cob? Nõne Samaria? Et † quę excel-

¶Peccata eorum qui Deum confitentur.i. Chriſtianorum: Chriſtus enim de Iuda. ¶Eccleſiam in qua multa crimina.

ſa Iudæ? Nonne Ieruſalem? Et po-

¶Conciliabula hæreticorum. ¶Vt redigatur in tumulos. ¶Vt malum ædificium ruat & bonum ſurgat.

nam Samariam † quaſi aceruum la

pidum in agro, cum plantatur ui-

¶Cum ſit ſita in montibus.

nea, & detraham in uallem lapides

¶Quibus uidebatur ſibi celare myſteria falſa, & firma habere dogmata.

eius. Et fundamenta eius reuelabo:

¶Dogmata artifici ſermone compoſita.

& omnia ſculptilia eius conſciden-

¶Opes quas ex fornicatione ſibi reddi putabant.

tur. Et omnes mercedes eius comburentur igni. Et ponam omnia

¶Hęreſes quas ſibi formauerunt, & in quibus confidebant, per ignem ad nihilum redigentur. ¶Quæ putabant ſibi reddi per idololatriam.

idola eius in perditionem. quia de

¶Animæ fornicantis. ¶Hincinde.

mercedibus meretricis congregata ſunt: & uſq; ad mercedem mere-

¶Niniue. ¶Ad nihilum.

tricis reuertentur. Super hoc plan-

¶Decem tribubus.

gam, & ululabo, uadam ſpolia-

G

*b* Omne iſtud.*i.pœna ſupradicta & ſubſequens continget. & de hoc ſcelere quæritur, cum dicitur.*

*k* Quod ſce. Iacob? *& reſpondetur.*

*l* Nonne Sama? *q.d. ſic: & per Samariam intelligit idololatriam, quæ exercebatur in toto regno Iſrael, cuius metropolis erat Samaria, per regum potentiam: Ieroboam enim primus rex ad hoc induxit populũ, ut habetur.iij.Re.xij.*

*m* Et quæ excel. Iudæ? *id eſt unde procedit idololatria, quæ exercetur in montibus regni Iudæ?*

*n* Nonne Ieruſalem? *q.d. ex potentia regũ Iudæ, quorum ſedes regia erat in Ieruſalem, proceſſit iſta malitia. Salomon enim primo prope Ieruſalem ædificauit templa idolorũ vxoribus ſuis. iij.Reg.xi. quod fuit prouocatiuum idololatriæ alijs. Poſtea uero Achaz altare ſacrilegum poſuit in templo. iiij.Reg. xvi. Et poſtea Manaſſes idola poſuit in templo. iiij.Reg.xxi. & ſic potentia regum malorum induxit populum ad idololatriam.*

†Propter præuaricationem

*o* Et ponam. *Hic conſequenter ponitur cõminatio pœnæ regni Iſrael ſeparatim cum dicitur:* Et po. Sama. quaſi aceruum la. *Per deſtructionem Samariæ metropolis in regno decem tribuum, intelligitur deſtructio totius regni; quod impletum fuit tempore Hoſee. iiij.Regum.xvij.*

†in

*t* Et omnia ſculptilia eius concidentur: *ut inde aurum & argentum auferatur.*

*x* Et omnes mercedes eius.*i. illa quę non poſſunt bene portari a prædatoribus.*

*y* Com. igni. *cum domibus in quibus ſunt.*

*z* Quia de mercedibus meretricis. *Id eſt idololatræ gentis, quia idololatria vigebat in regno decem tribuum.*

*a* Et uſ. ad. m. *i. Gẽtis Aſſyriorũ idololatræ.*

*b* Reuer. *Reportauerunt. n. precioſa illius regni quaſi pro mercede executionis diuinæ iuſtitiæ. ſicut Ezech.xxxix. dicitur, ꝙ ſpolia Aegypti data fuerunt Chaldæis pro debellatione Tyri.*

H

*c* Super hoc plangam & ululabo. *Hic cõſequenter ponitur compaſſio prophetæ ſup populum ſuum, cũ dicitur.* Super hoc plan. & ululabo. *Eſt autem ululatus uox confuſa procedens ex magno dolore.*

*d* Vadam ſpolia. *i. laceratis veſtibus. Iudęi enim in dolore poſiti ueſtes ſuas lacerabant, ut patet in multis locis ueteris & noui teſtamenti.*

¶ Faciam

## MORALITER.

✻ c *Conſumentur montes &c.* i. principes & prælati.

d *Et ualles ſcin.* i. mali religioſi in humilitatis ſtatu locati.

e *Sicut cera a fa. ig. &c.* ſ. infernalis: ideo ſubditur.

f *Sicut aquæ quæ deſcen. in prę.* i. in inferni profundum.

g *In ſce. Ia. omne iſtud.* i. pro ſcelere ſuperbiæ, eo ꝙ Iacob interpretatur ſupplantator: ſuperbi uero principes & prælati alios uolunt ſub pedibus tenere.

i *Et in peccatis do. Iſrael &c.* i. malorum religioſorum, qui dicuntur domus Iſrael, eò quòd per contemplationem debent uidere Deum, & ipſi per imitationem vident mundum.

k *Quod ſcelus Ia.* i. ſuperbiæ.

l *Nonne Samaria?* id eſt eccleſia, eò ꝙ Samaria interpretatur cuſtodia domini: nunc autem in eccleſia maxime uiget ſuperbia.

m *Et quæ excel. Iudæ?* id eſt offenſiones plebis Chriſtianæ.

n *Nonne Ieruſalem?* q. d. ſic. & ꝑ Ierl̃m ſignat̃ ecclia, cuius mali clerici & religioſi ſuis exẽplis dãt popularib. occaſionẽ peccãdi.

o *Et ponam Sama.* id eſt eccleſiam.

p *Quaſi acer.* per diſſipationem morum, permiſſiue tamen.

q *Et detraham in uallem,* ſ. inferni.

r *Lapides eius.* i. induratos iniquitatibus.

ſ *Et fun. eius.* i. malitiã eius occultã manifeſtabo ꝑ pęnã apertam.

t *Et omnia ſcul.* i. conſiliarij mali qui interrogantur ſicut idola.

u *Conſcindentur.* i. gladio diuinæ ſententiæ punientur.

x *Et omnes mer. eius.* i. Simoniaci contractus.

y *Comburentur igne.* ſ. infernali.

z *Quia de mercedibus mere. ag. ſunt.* i. ſicut turpiter ſunt acquiſita, ita punientur pœna turpi.

c *Su. hoc pl. &c.* Per magnũ planctũ ꝓphetæ ſignat̃ ꝙ bonus Chriſtianus flere dẽt pc̃tã eccleſiæ: & maxime ꝑꝑ hoc quod ſubditur.

✻ *Quia de-*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *locus eius dicitur nũa: a qua quodãmodo uidetur egredi quando punit ſcd̃m rigorem iuſtitiæ, ut dicit Rab. Sa. & talis egreſſus non eſt per motum localem, ſed quia cauſa efficiens ſimilitudinarie dicitur egredi in effectum, quando producit ipſum.*

a Et deſcen. *puniendo peccata hominum peccatorum.*

b Et cal. &c. *nõ deferẽs alicui ꝑſonę ꝑꝑ eius magnitudinẽ, iõ ſubditur.*

c Et conſu. mon. *i. maiores.*

d Et ualles. *i. minores.*

e Sicut ce. &c. *i. cito & abſq; reſiſtentia, q̃a nõ põt reſiſti diuinę uirtu i.*

g In ſce. *Hic cõſequẽter ſubditur culpa, cũ dicitur:* In ſc. Ia. *i. ꝑꝑ ſcelus regni Iſrael q̃d noĩatur ẽt Iacob, ſicut Patriarcha Iacob fuit binomius.*

Omne



A ☞ a *Faciam planctum.* Sicut draco uictus ab elephanto ſibilat, et ſicut ſtruthio immemor ouorum relinquit in arena fœtus ſuos calcandos pedibus beſtiarũ, ſicut in Iob legitur, ita ego diſpoliatus a filiis & nudus incedam. & hoc ideo, quia plaga .i. culpa & pœna Samariæ ueniet uſq; ad Iudam & vſque ad portam Ieruſalem.

b *In Geth nolite.* Hunc plãctum & dolorem meum ne nuncietis in Geth, q̃ eſt vna de quinq; vrbibus Palæſtinæ. ne inimici audita deſtructione Iudęorum lætentur. Geth, torcular: putant autem hæretici ſe de vinea domini vinum vitale exprimere, unde extolluntur in ſuperbiam. Ait ergo: Vos q̃ eſtis in torculari, & non domini ſed Sodomorum vinũ bibitis, nolite extolli, ſed relicto hoc torculari humiliamini ſub Deo. Quod ſi etiam per Catholicos uinum ueſtrum exiccatum fuerit, ne doleatis, ſed dum eſtis in domo pulueris.i. Hæreticorũ, quæ ſuper arenam ædificatur. conſpergite uos puluere pęnitentiæ, & intelligentes uos captos a vitiis, trãſite ad uirtutes, qui uidebamini uobis pulchri in prima habitatione: quæ iam eſt confuſa per ignominiam quam eccleſiæ inferebatis. Quę eccleſia iam habitãs in exitu ueſtrorum dogmatum & uitiorum iam non eſt egreſſa de terminis diuinarum ſcripturarum: Et ipſa accipiet planctum, quia dolet vos remanere in hæreſi in qua uidemini ſimiles & vicini veræ eccleſiæ, quę ſtat firma in fide. Quę etiam dum uos plãgit, infirmata eſt in bonum ſibi, & repletur amaritudine pro veſtro caſu, quia contigit per dominum ordinantem malũ infidelitatis: non intra portas Ieruſalem quas cuſtodiũt apoſtoli: ſed in hæreticis, qui uerſantur ante portas Ieruſalem, ut egrediẽtes occidant. qui etiam faciunt tumultum & confuſum ſonum ut occidant uagantes & habitent Lachis quæ interpretatur ambulatio: quia omni vento doctrinæ mouentur: per quos quaſi per portam impietas intrat ad eccleſiam: Et quia populum ſeparant a Deo iuſto iudicio, dat Deus vel diabolꝰ emiſſarios.i. dæmones, vt eis dominentur, qui ſunt domus mẽdacij & deceptionis. Sed ego educam hæredem.i. fideles qui poſſideant domus veſtras, o hæretici, & hæreditas veniet uſq; ad Odollam, quæ interpretatur teſtimonium haurionis eorum, ut & tu de eccleſia Dei ſis cum hauſeris, quæ meruiſti.

B

c *Et tranſite uo.* Vel Tranſit a uobis habitatio Saphir: quæ interpretatur pulchra: quia Samaria in pulchro & vberrimo loco ſita: cui dr̃ ſic: Trãſi in captiuitatem ut nõ oſtẽdas dolorẽ.

d *Planctum do.* Et te prius captiuata, domus Iuda (quę tibi uicina eſt) poſtea conſimili planctu captiuabitur. Quæ ad tp̃s ſub defenſione Dei tuta fuit, ſed poſtea infirmata eſt deſerta a bono ſuo.i. Deo: quia contra eum amaricata eſt. & ideo poſt uaſtatã Samariã Aſſyrius deſcẽdit vſq; ad captiuãdã Ieruſalẽ.

e *Quia deſcen.* Legitur rex Aſſyrius miſiſſe Rabſacen de Lachis in Ieruſalem, & capta Lachis tranſiuit ad oppugnandũ Lobnam. unde ait: Homini habitanti Lachis veniet tumultus & quadrigæ & equites Aſſyriorum: quia O Lachis, quæ es ciuitas dedita idolis, per te quaſi per portã uenit principiũ idololatrię. x. tribuũ in Ieruſalem: Nec tãtum Lachis deſtruetur, ſed etiã metropolis Geth Palęſtinę, quia mittet Aſſyrius emiſſarios.i. latrunculos, & poſſidebit Geth vrbem idololatriæ & mendacii, quę fuit in ſupplantationem regibus Iſrael.

f *Adhuc hære.* Nec ſolum Lachis & Geth propter idololatriam uaſtabuntur, ſed etiam Mareſa & Odolla, quæ Odolla glorioſa erat in urbibus Iſrael. Mareſa interpretatur hæreditas. Alludens ergo ad nomen, ait: O gens q̃ habitas in Mareſa adducam tibi alios hæredes.i. hoſtes, qui te poſſideant, et vſq; ad Odollam adducã illos hæredes. *Vſq; ad Odollam ueniet gloria Iſra.* vel: Vſq; ad Odollam veniet gloriæ Iſrael.i. illa captiuitas comprehendet etiam Odollam ciuitatem gloriæ Iſrael.

☞ *Decalua-*

tus & nudus. Faciam planctum velut draconum, & luctum quaſi

¶Sicut Samaria ſubuerſa eſt ab Aſſyrijs, ita Iuda & Ieruſalem ſubuertetur a Chaldæis.

ſtruthionum: quia deſperata eſt pla-

¶Samariæ. ¶Quia errorem ſuum Samaria in eccleſia voluit introducere.

ga eius, quia venit vſque ad Iudam, tetigit portam populi mei vſque ad Ieruſalem. In Geth nolite

¶Si cor dolet, ora non habeant lachrymas, ſed diſſimulato fletum.

annunciare, lachrymis ne ploretis.

¶In domo corruente. ¶Cinere ruinarum.

† In domo pulueris puluere vos

¶Tantum ne inimicus audiat uocem tuam. ¶In captiuitatem. ¶O.

conſpergite. Et † tranſite vobis habi-

¶Vel Saphir. ¶Quia in captiuitate confuſa eſt.

tatio pulchra, confuſa ignominia.

¶Ideo ſupprime uocem, quia non voluntate ſed coactione tranſibis. ¶i. Samaria quæ iam erat quaſi in foribus captiuitatis.

Non eſt egreſſa quæ habitat in exitu. Planctum domus vicina accipiet ex vobis, quæ ſtetit ſibimet: † quia infirmata eſt in bonum, quæ

¶In Maroth.

habitat in amaritudinibus. Quia

¶Captiuitatis. ¶Vſque.

deſcendit malum a domino in por-

¶Et deſcendet. ¶Quando uaſtata Samaria Rabſaces uenit vt inſultaret Ezechiæ & populo Dei.

tam Ieruſalẽ. † Tumultus quadrigæ

¶Ideo quia.

ſtuporis habitanti Lachis. Principiũ

¶Ipſa Lachis. ¶Ab Iſrael uenit idololatria ad Lachim & a Lachis ad Iudam.

peccati eſt filiæ Siõ, quia in te inuenta ſunt ſcelera Iſrael. Propterea † da-

¶Aſſyrijs. ¶Latrunculos. ¶Terram poſſeſſam ab illa urbe.

bit emiſſarios ſup hęreditatẽ Geth,

¶Scilicet, quæ fuerunt in decep.

domus mẽdacij in deceptionẽ regibus Iſrael. Adhuc hęredẽ adducã tibi,

C

¶ a Faciam plan. ve. draconum. *i. valde horribilem.*

*b* Quia deſpera. &c. *i. non eſt remediabilis malitia eius, nec per conſequens pęna debita ad hoc ſequens. Et ſubditur etiam alia cauſa cum dicitur:*

*c* Quia ve. *malitia regni Iſrael. & ſimiliter ſequetur pœna.*

*d* In Geth. *ne Philiſthæi lætentur de miſerijs huius populi. Per talem modum Dauid loquebatur in planctu ſuper Saul & Ionathan filium eius. ij.Reg.1.d. Nolite annun. in Geth &c.*

*f* Lachrymis ne. *i. ſigna triſtitiæ in aperto non oſtendatis, ne nuncietur Philiſthæis.*

*g* In do. pulue. &c. *i. in ſecreto faciatis triſtitiæ veſtræ ſignum.*

*h* Et tranſite uo. &c. *i. uos habitantes in regno. x. tribuum quod eſt pulchræ habitationis.* Tranſite. *i. cito tranſibitis ducti in captiuitatem.*

*i* Confuſa ignomi. *i. habitatio veſtra, quæ prius erat pulchra, cito confundetur ꝑ ignominia ſibi illata. & quia aliqui cõminationes prophetarum deridebant tanquam friuolas, dicentes: Adhuc non ſumus eiecti de terra noſtra, ideo dicit propheta:*

*k* Non eſt egre. *i. quamuis Gens iſta non ſit expulſa, tamen eſt in ianuis exeundi.*

*l* Planctum do. &c. *Domus vicina dicitur hic regnum duarum tribuũ, quod immediate erat iunctum regno decem tribuum, & accepit malitiam idololatriæ ab eo, ut dictũ eſt: & per conſequens occaſionem pœnæ ſequentis ac planctus.*

*m* Quæ ſte. *captiuato. n. regno decem tribuum, regnum Iuda adhuc ſtetit propter bonitatem Ezechiæ regis, qui tunc regnabat. iiij.Re.xviij. Cui ſucceſſit Manaſſes, qui fuit peſſimus, ideo dicitur:*

*n* Quia infirma. *Poſuit. n. Manaſſes idola in templo Dei. iiij. Reg. xxi. Et quia ex hoc ſequuta eſt deſtructio Ieruſalem. iiij.Re. vlt. ideo ſubditur:*

D

*o* Quæ ha. *propter deſtructionem ciuitatis & templi imminentem.*

*p* Tumultus qua. *i. quadrigarum.*

*q* Habi. Lac. *Nomen eſt ciuitatis, quæ alio nomine dicitur Dan, Iudi. xviij. & eſt in termino aquilonari reſpectu terræ promiſſionis. Ex illa uero parte venit exercitus Chaldęorum contra Ieruſalem Iere. 1. c. Cum tumultu magno quadrigarum & armatorum timorem habitantibus incutientium: Et iuſte ab illa parte incœpit pœna, ſicut & incœperat culpa: quia in Lachis fuit poſitum idolum Michę a principio temporis iudicũ, ut habetur Iudi. xviij. & inde idololatria proceſſit ad terram. x. tribuũ: & de illa ad terram duarum: & ſic dicitur:* Principium pe. eſt fi. &c.

*r* Propterea. *Iſtud refertur ad ſequentia. Dicit Rab. Sa. ꝙ Gethęi confœderati fuerunt cum Phacee rege Iſrael ad ueniendum contra regnum Iuda cum rege Syrię de quo habetur Iſa. vij. & tamen poſtea fuerunt in conſpiratione occiſionis Phacee cum Hozee filio Hela. iiij.Reg.xv. et fuerunt mendaces & deceptores; propter quod meruerunt, ꝙ terra eorũ vaſtaretur ab Aſſyrijs. Hoc eſt quod dicitur:* Propterea. *i. propter mendacium & deceptionem dictam.*

*ſ* Dabit. *ſ. rex Aſſyriorum: emiſſarios. i. bellatores ab eo miſſos.*

*t* Super hære. &c. *ita ꝙ per domos idem intelligitur, quod per hereditatem Geth, & quia non ſolum Geth fuit deſtructa, ſed Mareſa & Odolla: ideo ſubditur:*

*u* Adhuc hære. *inimicum terram tuam accipientem & poſſidentem.*

*x* Aducam tibi, quæ habitas in Mareſa. *i. Genti ibidem habitanti.*

¶ Vſq; ad

## MORALITER.

✻ b *Quia deſperata eſt pla. eius &c.* i. vſq; ad populum ciuilem.

c *Nolite nunciare in Geth.* quæ interpretatur torcular, ideo ſignificat religionem, in qua paſſio Chriſti debet in meditatione haberi, per quam Chriſti ſanguis expreſſus fuit in torculari crucis. Eſt igitur ſenſus: *Nolite nũciare in Geth.* i. vtinam ignorarent religioſi cleri malitiam ne imitarentur ipſam.

f *Lachrymis ne plo. &c.* vtinam nullo modo eſſet eis cognita. ſ. verbo vel ſigno.

h *Tranſite vobis habit. pulchra.* i. uos clerici mali, qui gaudetis in delectationibus huius mundi, tranſibitis ad ignominiam confuſam inferni.

k *Non eſt egreſſa.* a vitijs per pœnitentiam: ideo tranſeat ad pœnam.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Decalu.* Alleg. Poſſunt hæc accipi de euerſione Iudæorũ p
E Romanos. O Iudæa, q̃ quõdã apud Deũ floruiſti, ſed mõ cla
Allegor. maſti, crucifige crucifige, depone comã gloriæ tuæ, quia non hẽs ꝓphetas, nec ꝓſidia angelorũ, nec legis doctores. Põt referri & ad totũ humanũ genus, O anima humana, quæ prius in paradiſo fruẽs delicijs habebas ſpecioſam comã, & nũc deiecta in Babylonicã captiuitatẽ radere et aſſume habitũ pęnitẽtis: et q̃ ſicut aquila in excelſis uolabas, plange filios tuos, q captiuant, qa cogitatio tua & cubilia tua plena ſunt malis, nec leuas ſanctas operationes ad Deum: ſed oblita paradiſi, cogitas agros agris iũgere, quaſi paruo hominis corpuſculo rura vrbium nõ ſufficiant, propter quod dominus grauiſſimum malum contra te cogitat. Et quia gloria tua abraſa eſt, ò anima cadens de paradiſo per Adam, vel de eccleſia per tuum peccatum, mittuntur ſancti, qui plorant te peccantem & non pęnitentem: quia uident alios fornicatione, auaritia, uel homicidio poſſeſſos, & agros quondam ſanctos Aſſyrijs & regi Babylonio traditos, in quibus Deus funiculum ſuum non extendit. *Decalua* His qui Deum crucifixerunt hæc omnia euenerũt, quia in captiuitate per Romanos decaluati ſunt, & omnia conſilia, q̃ dormiente anima cogitauerũt, ſubuerſa ſunt ſtatim, ut lux Chriſti & vltio apparuit, quia non leuauerunt manus ad Deum
Exo. 17.c ſicut Moyſes, ſed contra dñm, & domos & ſubſtantias pauperum rapiendo, ꝑꝑ quod Deus depreſſit eos captiuitate per Romanos, de qua non poterunt euadere, quia tempus malũ G eſt, quia ſicut contra dñm Ieſum mala operati ſunt, ſic perpetua captiuitate prementur, in qua obliti priorum canticorũ, de ſola miſeria ſua cantabunt, quia terra, quæ per Moyſen et Ioſue funiculo diſtributionis fuit illis diſpartita, modo Gentibus per Romanos eſt diuiſa.

quæ habitas in Mareſa vſque ad Odol- a
a ¶Per contrarium, gloria .i. ignominioſa captiuitas Iſraelis.
b ¶O Samaria & Iſrael, quia populus tuus ita captiuandus eſt ab Aſſyrijs, depone comam priſtinæ gloriæ tuæ & plange filios hoſtibus ſubditos, qui quondam delicioſi erant. Et dilata cal. tu. ſicut regina auium aquila certo tempore amiſſis pullis remanet implumis, ſic tu ſpoliaris a gloria priorum filiorum pro peccatis punitorum.
lam veniet gloria Iſrael. Decaluare, & tõ- b c
dere ſuper filios deliciarum tuarum, dila- d e
ta caluicium ſicut aquila, quoniam ca- f
ptiui ducti ſunt ex te.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Vſq; ad Odol. *i. confuſio. quæ ſic nõĩatur ironice, ſicut Michol dixit Dauid .ij. Reg. vi. d. Quam glorioſus fuit rex Iſrael hodie .i. quã uilis. Poſſet etiã aliter dici, quia dictio Hebraica hic poſita ꝓut uarie punctuatur, ſignat gloriam & grauitatem. & in hoc ſecundo ſenſu eſt litera plana.* Vſq; ad Odol. *quæ eſt de terminis Iſrael.*

b Veniet: *grauitas .i. deſtructio per aduerſarios, ideo concludit propheta.*

c Decaluare & ton. *i. in ſignum triſtitiæ.*

d Super filios deli. *i. nutritos in delicijs.*

e Dilata cal. tuũ ſi. aqu. *cuius plumæ cadũt quãdo ſunt nimis antiquę.*

f Quoniã cap. ducti ſunt ex te. *i. citò ducentur in terram Aſſyriorũ.*

In cap. j. Michææ vbi dicitur in Poſtil. Quia ecce dominus egredietur de loco ſuo.

### ADDITIO.

Iſta expoſitio de egeſſu domini quam Poſtillator attribuit Ra. Sa. potius eſſet attribuẽda glo. noſtræ, quæ ſuper illud verbũ. Egredietur de loco ſuo. interlineariter dicitur de loco ſuo .i. de miſericordia ad iudicium.

## GLOS. ORDINA. CAP. II.

VAE qui cogi. Sequitur:

a *Quo re.* Cuius virtute poterit repelli, ne uaſtet meum populũ, cũ nec ego velim repellere ꝓpter peccata populi, nec alius poſſit?

c *Ne lo.* Et cũ ſitis ita captiuandi o
F domus Iacob, nolite uos decipere, & ad cõſolationẽ mutuam dicere: Quia bonus eſt Deus, nõ immittet captiuitatem

## NIC. DE LYRA. CAP. II.

VAE qui co. *Hic cõſequẽter cõminatur populo ꝑꝑ culpã auaritiæ. Et diuiditur in tres partes: qa primo ponitur pœnæ cõminatio. ſecundo ꝓphetæ cõpaſſio, ibi: Vtinã. tertio. populi cõſolatio, ibi: Congregatione. Prima in duas: quia primo propheta ponit populi culpam. ſecundo comminatur penam, ibi: Idcirco. Circa primum dicitur:*

a Væ qui cogi. *i. bona aliena rapere, quod eſt magis nociuum quàm vtile: ſecũdum illud Aug. Lucrũ in arca, damnũ in cõſciẽtia, tulit veſtem & perdidit fidem.*

b Et o. *i. o pari diſponitis: ideo ſubditur:*

c In lu. ma. *exequẽdo in opere qđ diſpoſuerãt de nocte: Et quid ſit illud ſubditur:*

d Et concu. agros. *ſ. alienos.*

e Et uio. tu. *fraudibus & uiolentijs.*

f Et calu. *perſequendo pauperes in perſonis & in bonis ſuis.*

g Idcir. *Hic cõſequenter prædicit pęnã, & ſecundo remouet falſam ęſtimationẽ, ibi: Ne loquamini. Circa primũ dicitur: Idcirco .i. propter dictam malitiam.*

h Ecce ego. *i. ſuꝑ regnum .x. tribuum.*

i Malum. *ſ. pœnę.*

k Vnde non &c. *quia erit graue, quod non poteritis euadere.*

l Et nõ am. ſu. *ſ. magis depreſſi & humiliati, ut captiui.*

m Quoniam tem. *eſt. ſ. contra uos.*

n In die illa &c. *i. communis deriſio.*

†Ipſi ſtillabãt: ne ſtilletis, propterea nõ ſtillabunt iſtis.

p Et can. &c. *ab aduerſarijs veſtris.*

r Dicentium: *in perſona veſtra.*

ſ Depopulatione va. ſu. *Theglatphalaſar. n. rex Aſſyriorum in parte deuaſtauit populum .iiij. Reg. ideo ſubditur:*

t Pars po. mei &c. *quia captiuauit partem populi, quo facto receſſit ad terram ſuam. eius uero filius Salmanaſar captiuauit reſiduum, & adduxit Gentes extraneas ad poſſidendum illius regni terram .iiij. Re. quod præuidens propheta dicit in perſona populi ſui.*

x Quomodo rece. a me. *q. d. quid ualet mihi iſte receſſus?*

y Cum reuertar. *i. cum cito ſit reuerſurus filius eius.*

z Qui reg. ve. di. *Gentibus alienis. ideo concludit propheta.*

a Propter hoc non erit. *o Iſrael.*

b Mittens funicu. *i. habens hæreditatẽ in promiſſionis terra, quia Gentes illuc adductæ manſerunt ibi vſq; poſt tempora Chriſti, ut frequenter ſupra dictum eſt.*

c Ne loqu a. &c. *Hic conſequenter excludit falſam æſtimationem populi credentis ſe non expelli de terra, quæ erat ſibi data a domino, dicens:* Ne loquamini loquen. *inter uos.*

¶ Non ſtilla.

## CAP. II.

¶O cœtus Iudæorum, væ erit vobis.
VAE q cogitatis † inutile, a
a ¶Opere impletis.
& operamini malũ in b
a ¶Et cubilia ad quieſcendum data ſtupris polluitis.
b ¶Malum quod nocte tractatis, ſummo mane implere feſtinatis.
cubilibus veſtris. In lu- c
a ¶Ideo væ, quia ueſtra operatio contraria Deo eſt.
ce matutina faciunt illud, quoniam † cõ-
tra dominum eſt manus eorum. Et con- d
¶Ecce exponit per partes, quod nocte cogitant, & die complent.
b ¶Obliti paradiſi.
cupierunt agros, & violenter tulerunt, e
a ¶Obliti domus non manufactæ in cœlis.
b ¶Concupierunt.
& domos rapuerunt, & † calumniaban- f
a ¶Prouectę ætatis. ¶Et non ſolum prouectiores ſed & paruulos: qui propter ætatem erant digni miſericordia, uaſtant.
tur virum & domum eius, uirum & hæ-
a ¶Quia hæc cogitatis.
reditatem eius. Idcirco hæc dicit domi- g
a ¶Tribum malorum Iudæorum.
nus: Ecce ego cogito ſuper familiam h
a ¶Pœnam grauem patientibus, qui ita premet ne poſſitis colla leuare.
iſtam malum, vnde non auferetis colla i
¶Quos captiuitas preſſerit.
veſtra, & non ambulabitis ſuperbi: quo- l m
¶Dicetur.
niam tẽpus peſſimũ eſt. In die illa ſume- n o
a ¶Miſeriæ ueſtrę uertentur in canticum.
tur ſuper vos parabola, & † cãtabitur can p q
ticum cum ſuauitate dicentium: Depo- r ſ
a ¶Templum meum, quod in uobis & in alijs Gentibus habebam, mutabitur in ruinam.
pulatione vaſtati ſumus. Pars populi t
mei commutata eſt. Quomodo † re- u x
a ¶Aſſyrius uel Romanus.
cedet a me, cùm reuertatur, qui regio- y z
a ¶Sibi ſorte diſtribuit. b ¶O Familia Iſrael, ſuper quam cogito malum, non habebis partem in hæreditate ſanctorum.
nes veſtras diuidat? Propter hoc non a
erit tibi mittens funiculum ſortis in cœ- b
a ¶Maledictus qui peccat in ſpe. b ¶Iſtud.
b tu domini. † Ne loquamini loquentes c

## MORALITER.

* a *Vę q.* Michæas ꝓphetauit cõtra pſonas magnas, cap. præc. hic prophetat cõtra cõitatem populi di. *Væ q.* Illi ſunt qui de nocte malitias contra proximos meditantur, & mane ſequenti exequũtur. Et quæ ſunt illa ſubdit di.

d *Et cõ.* ꝑꝑ qđ ſubditur pœna, cũ dĩ:

g *Idcirco &c. Ecce ego.* ſ. pœnæ.

k *Vnde non.* i. non poteritis euadere.

o *Sumetur* ſ. i. cãtilena de vr̃a miſeria.

q *Cum ſuaui.* ſ. aduerſariorum ueſtrorum de ueſtris miſerijs gaudentium.

s *Dep. etc.* Hoc dicẽt in pſonis ueſtris. Et p iſtã deuaſtationẽ populi Iſrael tẽporalẽ, ſignãt deuaſtatio ſpũalis ppł̃i Chr̃ani, de qua gaudẽt ſpũs maligni.

t *Pars po.* ſ. Chriſtiani.

u *Commu. eſt.* ſ. a ciuitate Dei in ciuitatem diaboli: & hęc eſt pars peccatrix.

x *Quo re.* Diabolus. n. aliqñ ceſſat a tẽtatione, ut ſic hõ cõfidat de ſua ſecuritate. & tũc diabolus rediẽs ꝓijcit eum in hypocriſim, quæ eſt grauior culpa: quia ſicut dicit Hier. Simulata ſanctitas duplex eſt iniquitas.

a *Pro. hoc.* i. nõ hẽbis partẽ cũ electis.

c *Ne loq.* Ad literã: Filij Iſrael mali, nõ credebãt uerbis ꝓphetarũ de ſua punitione futura. & p iſtos ſignificant mali Chriſtiani, q pręDicationes de pęnis inferni reputãt fictiones. cõtra quos ſubditur:

* Nunquid



captiuitatem quam timemus, nunquid ſpiritus domini qui
A omnibus largus eſt, in nobis erit breuiatus & ſeuerus: aut taliter cogitare, vt homo qui furore percutit?

a *Nonne verba.* Bonus bonis, ſed uobis non: quia quantum in vobis eſt, contra me inſurrexiſtis colendo idola & infœlicẽ populum ſpoliaſtis auxilio Dei quaſi protegente pallio: & ſimplices maiorum autoritati credentes vertiſtis in bellum contra me. ideo ſtillabo ſuper vos confuſionem.

b *Mulie.* Nec ſolum hæc feciſtis, ſed etiam matronas olim delicatas captiuas ire feciſtis. Vel per matronas vrbes Iudæ metaphorice captiuatę intelliguntur.

c *Surgite.* Myſtice iubemur non putare requiem in reb. mundi, & ire poſt dominum in paradiſum: Quod ſi noluerimus, nõ inueniemus hic ueram requiem, quia ubi Chriſtus non lucet, non requies ſed tribulatio eſt: & qui ſe hic voluptati applicant, graui contritione conterentur.

d *Vtinam.* Et quamuis dixi vobis imminẽtibus Babylonijs vel Romanis: Surgite & ite in captiuitatem, ne putetis quòd gaudeam in annunciatione horum malorum, vtinam de ſpiritu meo qui falli poſſet, & non de ſpiritu Dei qui non mentitur, hoc prolatum eſſet: vt multitudo credens in filium Dei non traderetur æternæ captiuitati. Sed quia a ſpiritu Dei miſſus ſum, prædico veritatem, ſtillo tibi ſermonem. qui in modum vini te inebriat & corruere facit.

e *Habens ſpiri.* Vbicunque in veteri
B vel nouo teſtamento ſpiritus ſine additamento ponitur, in bonam partem accipitur.

ſ *Congregatio.* Et ne putetis me eſſe uatem ſolummodo captiuitatis, quam per ſpiritum Dei prædico, ſciatis me eſſe etiam uatem illorum bonorum, quæ per Chriſtum in primo uel in ſecundo aduentu uentura ſunt: Qui in me vobis loquitur natus de uirgine. Congregabo Iacob in unam eccleſiam, in unam fidem: & cum populo Gentium reliquias Iſrael in uno ouili copulabo, & tanta erit multitudo, q tumultuabuntur communi uoce bonum paſtorem laudãtes, qui quaſi dux itineris præcedet eos, planans eis quęq; ardua. Quo præcedente & iter diuidente, tranſibit credulum pecus per eum qui eſt porta, & egredietur de mortalitate ad immortalitatem, & ipſe qui eſt Paſtor, vt rex & dominus tranſibit ante eos, & erit in capite eorum: Hæc omnia, vel de primo uel de ſecundo aduentu poſſunt intelligi.

a ¶Non de improuiſo veniet captiuitas. b ¶Per apertam
Non ſtillabit ſuper iſtos, nõ compre- a
violentiam. a ¶Captiuitatis.
hendet cõfuſio, † dicit domus Ia-
a ¶Qui aliis largus in bonitate, vobis erit breuis.
cob. Nunquid abbreuiatus eſt ſpi- b
a ¶Quales hominum qui antiquam retinent iram.
ritus domini, aut † tales ſunt cogita-
a ¶Reſponſio domini contra præſumptionem eorum, bonus
tiones eius? Nonne uerba mea † bo- c
quidem ſum, ſed non malis, ſed illis qui recte gradiuntur.
na ſunt cum eo qui recte graditur? Et d
econtrario, populus meus in aduer-
ſarium conſurrexit. † Deſuper tuni- e
cam pallium ſuſtuliſtis, & eos qui trã- f
ſibant ſimpliciter conuertiſtis in bel- g
b lum. Mulieres populi mei eieciſtis h
a ¶In populo meo cunctis, vel interfectis, vel captis, nullus
de domo deliciarũ ſuarum, a paruu- i
erat qui caneret mea cantica.
lis earum tuliſtis † laudem meam in
¶Ergo. ¶In captiuitatem.
c perpetuum. Surgite & ite, quia non k
a ¶In hac terra, quæ ꝓpter ſcelera ueſtra polluta eſt, & ideo corrumpetur putredine peſſima, Babylonica vel Romana ca-
habetis hic requiẽ. Propter immun- l
ptiuitate in ultionem ſanguinis Chriſti.
ditiam eius corrumpetur † putredi- m
a ¶Optarem & ipſe anathema eſſe pro fratribus, vt inter
d ne peſſima. † Vtinam non eſſem uir n
pſeudo prophetas ſolus peream non pereunte populo.
e habens ſpiritum, & mendacium po- o
tius loquerer. Stillabo tibi in uinum p q
a ¶Ex me ſtillante ſermonem captiuitatis; iſte populus velit nolit, ſuſtinebit quæ dico.
& in ebrietatem: & erit ſuper quem r
f ſtillatur populus iſte. Congregatio- ſ
ne congregabo Iacob totum te, in
unum conducam reliquias Iſrael,
a ¶Sepiam muro firmiſſimo, vt ex duobus parietibus fiat vnum ouile.
pariter ponam illum quaſi gregem t
a ¶In loco paſcuæ ibi me collocauit.
in ouili, quaſi pecus in medio caula-
a ¶Tumultus clamor eſt nimiæ multitudinis pari aſpiratione emiſſus.
rum. Tumultuabuntur a multitu- u
dine hominum. Aſcendet enim † pan- x y
a ¶Ad paradiſum. b ¶Vt dux. b ¶Proficiendo.
dens iter ante eos. Diuidet & tranſi- z a
a ¶Idem paſtor & porta. b ¶Iam perfecti.
bũt portam, & egrediẽntur per eam.
a ¶Sicut olim in columna ignis & nubis. b ¶Reges eos in uirga ferrea. c ¶Apparens eis.
Et tranſibit rex eorum coram eis, & b
a ¶Tamquam princeps.
dominus in capite eorum.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Non ſtillabit ſuper iſtos. *id eſt pœna comminata a prophetis non cadet ſuper nos.*

b Nunquid abbreuiatus eſt ſpiritus domini? *Sic enim dicebant: Spiritus domini: id eſt eius uoluntas non eſt diminuta ad benefaciendum nobis, nec cogitat nobis facere quod dicunt prophetæ: Et ſubditur reſponſio in perſona Dei.*

c Nonne uerba mea bona ſunt? *id eſt verba mea promiſſiua ſunt & factiua boni illis qui incedunt via recta, & non malis hominibus: De quibus ſubditur:*

d Et econtrario popu. meus in ad. *id eſt contra me perſequendo me in membris meis. ideo ſubditur:*

e Deſuper tunicam pallium ſuſtu. *Violenter & male ab impotentibus ſe defendere.*

f Et eos qui tran. *ſine culpa.*

g Conuertiſtis in bellum. *inuadentes eos ſine cauſa.*

h Mulieres po. mei eie. de. do. de. *Interficiendo viros earum cum quibus delectabiliter viuebant.*

i A paruulis earum tuliſtis laudem meam &c. *Quia orphani facti per vos: coguntur præ dolore clamare magis quàm laudare.* C

k Surgite & ite. *i. de terra ueſtra cito ibitis in captiuitatem.*

l Propter immun. *ex peccatis ſupradictis.*

m Corrumpe putredine peſſima. *ſ. gens iſta.*

n Vtinam. *Hic conſequenter ponitur prophetæ compaſſio propter malum populo ſuo superuenturum, dicentis:* Vtinam non eſſem &c. *ſcilicet prophetiæ in malis quæ prædixi.*

o Et mem. po. lo. *id eſt quòd illa quæ dixi non euenirent. non tamen eſt ſic.* †o dicta

p Stillabo tibi. *i. pœnam venturam denunciabo.*

q In uinũ. *i. pœnæ abundantiam, quæ per potum frequenter deſignatur in ſcriptura, & potiſſime Ier. xxv. Accipere calicẽ &c.* †talia ſunt opera.

r Et erit ſu. qu. ſtil. *i. ſuper populum iſtum Iſrael deſcendet pœna a me prædicta.* †benefaciunt ei

ſ Congregatione. *Hic conſequenter ponitur populi conſolatio, vt poſt vinum mordificatiuum infundatur oleum lenitiuum. Et exponunt aliqui partem iſtam de reditu captiuitatis Babylonicę: Sed non videtur conuenienter dictum: quia dicitur hic:* Congregabo. *De captiuitate vero Babylonica redierunt tantum duæ trib. & pauci de decẽ tribubus, qui euaſerant manus regis Aſſyriorum, & poſtea habitauerũt in regno Iudæ: & cum duabus tribubus captiuati fuerunt, & redierunt: nõ tamen oẽs, ſed plures de iſtis & de illis remanſerunt in Babylonia, detenti amore uxorum quas ibi acceperant, & prolis quã genuerant, & bonorum temporalium quæ acquiſierant. Præterea quia in fine dicitur: Et tranſibit rex coram eis. Redeuntes. n. de captiuitate non habuerunt regem ducem, propter quod iſtud eſt referendum ad Chriſti tempus. Etiam exponunt aliqui de conuerſione generali Iudæorum ad fidem circa finem mundi. Et poteſt ad hoc litera ſatis applicari. Videtur tamen mihi conuenientius exponi de congregatione patrum in limbo, & eorum eductione per Chriſtum ſic: Congregatione congregabo Iacob totum. Hoc dicitur eo modo loquendi quo maiores ciuitatis dicuntur tota ciuitas, propter quod factum eorum dicitur factum totius ciuitatis. Et quia ſecundum veritatem ſoli electi dicuntur de domo Iacob numero & merito, & omnes iſti fuerunt ibi congregati a principio mundi vſq; ad reſurrectionem Chriſti.*

† Econtra eos qui cõfidẽter trãſibãt exuiliis tunica & pallio, ac ſi effugiſſent ex prælio.

†ornamentum meũ.

†corruptione forti ualde.

D

t Pariter ponam illum qu. gre. in. *Quia erant ibi a Deo cuſtoditi vſque ad tempus Chriſti, quo inde tranſlati ſunt ad gloriam.*

u Tumultuabun. a multi. homi. &c. *Per hanc tumultuationem non intelligitur aliqua commotio quieti contraria, ſed per eam. ſ. deſignatur multitudo magna.*

x Aſcendet. n. *ſ. ipſe Chriſtus. vnde dicit Ra. Sa. Aſcendet enim. ſ. Saluator eorum.* † deſtructor, fractor.

y Pandens iter. *Quia ſua morte aperuit cælum.*

z Diuidet. *ſ. exiſtentes in inferno, quia electis inde eductis reprobi remanſerunt. ideo ſubditur:*

a Et tranſi. por. *ſ. inferni, inde egrediendo.*

b Et tranſi. rex. *i. dominus Ieſus verus homo & verus Deus, qui viuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.*

## MORALITER.

* b *Nunquid abbre. eſt.* Loquens in ſanctis ſuis. q. d. non, ſed tempore ſuo habebit effectum, Cætera patent vſque ibi:

f *Et eos qui tranſi.* i. pacifice,

g *Conuertiſtis.* eos iugulando.

h *Mulieres pop. mei eieciſtis.* i. interfeciſtis viros earum.

i *A paruul.* quia me laudabant de bonis acquiſitis iuſte per patres eorum, ideo ſequitur pœna cum dicitur:

k *Surgite.* ſ. cum diabolo & angelis eius. Sed quoniam bonus vir de peccatis dolet quibus merentur ſic damnari. ideo ſequitur in perſona uiri boni:

n *Vtinam.* i. vtinam ut malum quod uideo uel prædico ſuper vos uenturum, non veniret.

p *Stillabo.* i. nunciabo tibi ventura mala.

ſ *Congrega.* Iſtud vſq; ad finem capitu. exponunt aliqui de proſperitate in reditu captiuitatis Babylonicæ: Ego autem expoſui



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E literaliter de bonis ſpiritualibus in aduentu primo Chriſti, ꝓpter quod expoſitio mea non ſolum literalis, ſed etiam ſpiritualis eſt reſpectu aliarum, nec occurrit conuenientior mihi hic ponenda.

In cap.ij. vbi dr̃ in Poſtil. Ne loquamini. Hic conſequenter &c.

ADDITIO. I.

Vbi nos habemus: Ne loquamini loquentes. &c. in Hebræo habetur ſic: Ne loquamini, loquuntur: non ſtillabit ſuper iſtos, nec comprehendet confuſio: & ibi eſt finis verſus: & ſequitur alius verſus ſic: Nunquid dicit domui Iacob: Nunquid abbreuiatus eſt ſpiritus domini? &c. Et eſt ſenſus, ꝙ illi de populo prohibebant prophetas veros ne ꝓphetarent, vt patet ſupra Amos. vij c. de quo dicit propheta: Ne loquamini, loquuntur. i. iſti rebelles loquuntur prophetis: Ne loquamini. Quam prohibitionem fundabant in duobus. Primo in comminatione, dicendo, quòd qui prophetaret ſuper iſtos apprehenderet confuſionem: & de hoc dicit: Non ſtillabit ſuper iſtos. i. non prophetabit: & ſic non apprehenderet. ſ. prophetãtem confuſio: Et a ſenſu contrario, qui ſtillaret ſuper illos, cõfunderetur. Secundo fundabant prohibitionem ſuam præſumendo de bonitate diuina. de quo dicit: Nunquid dicit domui Iacob: Nunquid abbreuiatus eſt ſpiritus dñi? &c. quaſi diceret, vt in glo. Qui alijs largus eſt in bonitate, nunquid nobis erit breuis? Ad qđ rñdet propheta in perſona Dei: Nonne verba mea bona ſunt? & ſic non ſunt dimittenda propter comminationes. Nec eſt dicendus ſpiritus domini abbreuiatus eſſe, quia largitas bonitatis diuinæ eſt cum bonis: & ideo cum dixiſſet: Verba mea ſunt bona, ſubdit: cum eo qui recte gradietur.

In eo. cap. vbi dicitur in Poſtil. Vtinam. Hic conſequenter ponitur prophetæ compaſsio.

ADDITIO. II.

Vbi nos habemus: Vtinam: in Hebr. habetur, quædam dictio, quæ vno modo ſignat idem quod vtinam, & alio modo ſignat idẽ quod ſi. Vnde in Pſal. vbi dr̃ ſi populus meus audiſſet me, loco illius ſi, ponitur eadem dictio ſicut hic. Et ſm̃ hanc ſignificationẽ. ſ. vltimam, ſenſus talis vr̃ eſſe. Dicebat. n. ꝓpheta illis qui eum nitebantur ꝓhibere ab actu prophetandi, vt eis oſtenderet, ꝙ erat propheta verus & non falſus: ꝙ ſi ipſe eſſet vir nõ habens ſpũm. ſ. Dei: ſed mendacium potius loqueretur, tunc ꝓphetaret pro aliquo lucro ſeu delectatione. de quo dicit: Stillabo tibi. i. ꝓphetabo tibi. In vinum & ebrietatem. i. pp aliquod lucrum delectabile. quia pſeudo prophetæ pp iſta conſueuerant prophetare. ideo ſubdit: Et erit ſuper quem ſtillabitur populus iſte. vbi in Hebræo ſic habetur: Et erit ſtillator populo iſto. q. d. talis ſtillator. ſ. in uinum & ebrietatẽ erit pertinens ſtillator populo iſto. ſ. qui mendacia potius volunt audire quam vera. Conſequenter propheta oſtendit ſe non ſolum eſſe prænunciatorem malorum, ſed etiam bonorum vbi oportebat. ideo ſubdit, congregatione &c. Exponatur vt in Poſtilla.

## GLOS. ORDIN. CAP. III.

ET dixit: *Audite princ.* Qui Deum præuium non vultis ſequi, nec vocem meam audire: audite comminationem hanc, ſcilicet, quod non eſtis digni ſcire iudicium Dei, quod eſt abyſſus multa: nec praua mens veſtra penetrat profundam eius iuſtitiam. Sub metaphora leonis vel latronis, crudelitas principum Iſrael deſcribitur. Sæuitia iudicum in ſubiectos deſcribitur & crudelitas.

b *Qui odio*. Nota uerborum ſignificantiam: Bona non amare, & mala non fugere, vitium eſt, quanto magis odiſſe bonum & amare malum?

F c *Qui uiolenter*. Qui ſpoliatis pauperes & interficitis, & carnes eorum & oſſa eorum conteritis. Sicut non ſufficit illis ſpoliare ſubiectos, ſed & corpora duro imperio affligunt, & oſſa conterunt, vt quidquid in eis fortè & decorum erat, in feruenti olla conteratur: quam rex Aſſyrius ſuccendit, tradentes diabolo & angelis eius gregem ſibi commiſſum: ſic cũ venerit dies vltionis, non audientur a domino, qui rogantes noluerunt audire: & qui auertunt faciem a paupere, faciem Dei auerſam ſentient: qui non fuerunt reges, ſed tyranni: nec præpoſiti, ſed leones: nec magiſtri, ſed lupi ouium.

d *Hæc dicit*. Huculque contra malos principes: ſequens ſermo eſt contra pſeudoprophetas & doctores: qui pollicendo ſcientiam & adulando ſe ducunt populum. Fuerunt pſeudoprophetæ in Iſrael, qui propter dona pacem nunciabant, & nihil dantibus iram Dei venturam. Hæretici ſunt pſeudoprophetæ, non miſſi a Deo: qui populum quondam Dei ſeducunt & comedunt, vel munera accipiendo, vel occidendo animas, & promittunt pacem cæleſtis beatitudinis, dicentes: Non oportet vt contineas, habe fidem, & promiſſa Dei conſequeris. Et ſi quis non dederit in ore eorum, illis qui vel nolunt credere, vel munera dare, minantur vindictam prælii diuini. Ideo o hæretici, qui mentimini vos habere prophetiam, & imitamini eccleſiam Dei, vbi eſtimatis eſſe viſionem, ibi erit nox: & vbi iactatis vaticinium prophetale, ibi eloquetur ſpiritus immundus: quia occidet ſupra huiuſmodi prophetas ſol iuſtitiæ: & videbunt tenebras ſuas & confundentur. Cumque magis diuini quàm prophetæ probati fuerit, ridebunt eos populi decepti.

*Prædicantium modernorũ uulgi ſubdoloſa illuſio.*

†operibus

†præparãt

☞ *Propterea nox.*

## CAP. III.

a ¶Qui annunciaui deum quaſi regem & dominũ ante ſuos præceſſurum, annuncio etiam malos propter crudelitatem ſuam non exauditurum.

ET dixit: Audite principes Iacob & duces domus Iſrael: a b

Nunquid non ueſtrum eſt ſcire iudi- c

b cium, qui odio habetis bonum, & d

¶Non.

c diligitis malum? qui uiolenter tol- e

¶Exteriora. ¶Interiora.

litis pelles eorum deſuper eis, & car- f

nes eorum deſuper oſſibus eorum?

a ¶Qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis.
b ¶Quæ cito corrumpitur.

Qui comederunt carnem populi g

a ¶Opera, veſtem animæ.

mei, & pellem eorum deſuper ex-

a ¶Quod forte & durabile, virtutes.

coriauerunt, & oſſa eorum confregerunt, & conciderunt ſicut in lebe-

a ¶Et ſic miſerabiliter plebem in medio Ieruſalem affligunt. ¶Diabolo.

te, & quaſi carnem in medio ollæ.

a ¶In die captiuitatis per Nabuchodonoſor vel per Romanos clamabunt, ſera pœnitentia.

Tunc clamabunt ad dominum, & h i

a ¶Iudicium ſine miſericordia fiet ei, qui non fecerit miſericordiam.

non exaudiet eos, & abſcõdet faciem ſuam ab eis in tẽpore illo: ſicut nequiter egerunt in † adinuentionibus ſuis.

¶Promittendo pacem.

d Hæc dicit dominus, ſup ꝓphetas qui x

¶Nunciando iram.

ſeducũt populum meũ: qui mordent l

dentibus ſuis, & prædicant pacem. Et m

ſi quis nõ dederit in ore eorum quid

a ¶Affirmant prophetali autoritate.

piam, † ſanctificant ſuper eum prçliũ.

## NIC. DE LYRA. CAP. III.

ET dixi: Audite. *Hic conſequenter propheta comminatur pœnam propter peccata maiorum, & primo ſpecialiter, ſecundò magis generaliter, ibi: Veruntamen. Prima in duas: quia primo ponitur comminatio propter culpam principum. ſecundo propter culpam pſeudoprophetarum, ibi: Hæc dicit. Circa primum dicitur:*

b Audite. *id eſt totius populi Iſrael.*

c Nunquid non ue. eſt ſcire iudi. *quaſi dicat ad hoc tenemini, qui habetis officium iudicandi.*

d Qui odio habe. bonum. *& ſic poteſtate data vobis a Deo abutimini.*

e Qui uiolenter tollitis pelles. *bona populi rapiendo.*

f Et car. *in perſonis affligendo.*

g Qui comederunt. *Per comeſtionem, & excoriationem, & oſſium confractionem & conſciſſionem in lebete, dantur intelligi varij modi & exquiſiti populum affligendi.*

h Tunc clama. ad do. *cum ab aduerſarijs affligentur.*

i Et non ex. *Iudicium enim ſine miſericordia fiet ei, qui non miſeretur, Iacobi. ij c.*

k Hæc di. *Hic conſequenter ponitur comminatio propter culpam pſeudoprophetarum, cum dicitur:*

l Qui mordent den. *detrahendo veris prophetis.*

m Et prædicant pacem. *i. denunciant proſpera illis, qui dant eis munera, alijs autem aduerſa.*

¶ Propterea.

H

### MORALITER.

a *Et di. Audite.* Poſtquam propheta arguit vulgarium peccata, hic conſequenter arguit peccata maiorum populi Iſrael, per quos ſignificãtur maiores Chriſtianorum. Et primo arguuntur principes, cum dicitur: *Audite*. Sequitur:

c *Nunquid non*, q. d. ſcire debetis, non ſolum ſpeculatiue, ſed etiam practice. & tamen contrarium eſt verum: ideo ſequitur:

d *Qui odio habetis*. Et patet ſententia. Et ſequitur cum dicitur:

h *Tunc clamabunt*. in afflictione ſua.

i *Et non exaudiet eos*. ſecundum illud Prouer. xxi. b. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis: & ipſe clamabit, & non exaudietur.

k *Hæc di.* Hic loqtur contra ꝓphetas falſos veteris teſtamẽti, per quos ſignãtur falſi ꝓdicatores noui, qui ſeducunt populum, peccata diuitum excuſantes pp quæſtum, qui mordent dentibus ſuis. diffamantes eos qui non tribuunt eis, & prædicant pacem malis propter ſuam beneficentiam. ideo ſubditur pœna, cum dicitur:

✻ *Propterea nox*



G

a *Propterea nox*. Vbi putatis viſionem eſſe: & vbi iactatis vaticinium prophetale, ibi loquitur ſpiritus immũdus: nec habet lumen, ſed tenebras & errorem. Iam dæmones non habebũt poteſtatẽ, vt eos ſua fraude decipiant, muta erunt oracula, tacebit ſpiritus immundus, & illudere non audebit.

A

b *Veruntamen ego*. Hucuſq; cõtra pſeudoprophetas, nunc de ſeipſo propheta ſupponit. Illi loquẽtes falſa confuſi ſilebunt: ego vero qui per ſpũm ſanctũ loquor iudiciũ, & virtutẽ Dei annuncio: & cũ alij mordeant & prædicent pacẽ, ego abſq; timore annũcio Iacob ſcelus, & Iſrael peccatum ſuũ.

c *Audite*. Prius diſtincte malis iudicibus, & poſt pſeudoprophetis comminatus eſt, nunc gñaliter arguit & iudices, & pſeudoprophetas, & ſacerdotes: & eos qui Dei notitiam ſe habere pollicebãtur, pp quorũ ſcelera Sion vt ager aranda eſt, Ieruſalem vt aceruus lapidum ruitura, mons templi in excelſa ſyluarum futurus. Alleg. Niſi doctores ecclı̃æ ſeruauerint cor ſuũ, vt in cauſis nõ iudicent ſm̃ perſonas, abominantur iudicium & recta peruertunt. Poſſunt hæc etiam intelligi de his qui ſcripturas prauis interpretationibus deprauant. Hi ædificãt Sion in ſanguinibus. quia non idoneos ordinant ad regimen eccleſiarum, quorum doctrina & uita ſcandalizatur eccleſia ſubditorum: & cum debeant eſſe os dñi ad populum, voces dñi vendidant, & de columbis in templo mercantur, qui videntur ſibi ꝓphetæ eſſe: ſed quia pecuniam accipiũt, ꝓphetia eorum facta eſt diuinatio, quæ in diuinis ſcripturis ſemper in malam partem accipitur. Iſti tñ in domino ſeminare pſ̃umunt, nec viſuros mala, ſed tñ cauſa eorum, locus quondam pacis impletur ruinis, & templum Dei in habitaculum beſtiarum conuertat̃. Non debent miniſtri eccleſiæ pp pecuniam ſua officia adminiſtrare: Nec tñ prohibetur quod ex officio ſuo debetur accipere, ad neceſſitatem, non ad luxuriam: alioqui culpa eorum in fine qñ refrigeſcet charitas, & fides rara erit, vbi quondam erãt amplæ domus & abſq; numero acerui frugũ, ibi parua vix erit caſula, ſeruans ſpeciẽ ciborũ refectionẽ aĩe nõ habẽtiũ.

d *Et ſup*. Non intelligentes mala ſua, quaſi ſceleribus redimerent ciuitatẽ Dei, ſe eſſe Dei miniſtros iactabant dicentes: Deus eſt in medio noſtri, & non venient ſuper nos mala.

e *Propter hoc*. Verba huius prophetiæ videmus completa, & aſpectus verũ eſſe probat. Pro ſceleribus prædictis, templo deſtructo, & domo Iudæorum deſerta angelis etiam a ſua ſede recedentibus, pro monte deſtructo, mons Dei eleuatus eſt.

H

a Propterea nox uobis pro uiſione e- b

rit, & tenebræ vobis pro diuinatio-

a ¶Veritatis. b ¶Huiuſmodi.

ne. Et occumbet ſol ſuper prophetas c

& obtenebrabitur ſuper eos dies.

a ¶Cum res contraria promiſſioni eorum euenerit, quia tunc apparebit, quòd non fuit reſponſum Dei in eis.

Et confundentur qui uident uiſio- d

nes, & † confundentur diuini. Et

¶Rubore.

operient vultus ſuos omnes, quia nõ e

b eſt † reſponſum Dei. Veruntamen f

ego repletus ſum fortitudine ſpiri- g

tus domini iudicio & virtute, ut an- h

a ¶Nemo ambigit Ieruſalem pro ſceleribus hic deſcriptis fuiſſe ſubuerſam.
b ¶Quod pro Deo idola coluerũt, vel Dei filiũ crucifixerũt.

nũciem Iacob ſcelus ſuum, & Iſrael i

c peccatum ſuum. Audite hæc prin- k

a Epiſcopi, presbyteri, diaconi.
b ¶Eccleſiæ. c ¶Duorum tribuum.

cipes domus Iacob, & iudices do- l

a ¶Decem tribuum. b ¶Non ſolum hoc facitis, ſed etiam falſa iudicatis, ſcripturas deprauatis.

mus Iſrael, qui abominamini iudi- m

a ¶Nec ſaltem parua iuſtitia remanet in ciuitate.

cium, & omnia recta peruertitis.

a ¶Cæde innocentum, morte Chriſti, & apoſtolorum.

Qui ædificatis Sion in ſanguinibus n

¶Rapinis pauperum.

& Ieruſalem in iniquitate. † Princi- o

a ¶Si quis de principibus iudicare videbatur quod rectum erat, magis vendebant ſententiam.

pes eius in muneribus iudicabant,

a ¶Quia non niſi accepto precio docebant populum.

& ſacerdotes eius in mercede doce- p

a ¶Nec reſponſa Dei niſi pro mercede proferebant.

bant. Et prophetæ eius in pecunia q

a ¶Qui prophetare debebant.

d diuinabant, & † ſuper dominum re- r

quieſcebant, dicentes: Nunquid nõ ſ

dominus in medio noſtrum? Nõ ue-

a ¶Quia non egiſtis pœnitentiam, & populus vitia veſtra ſecutus eſt, ſed maxime pro effuſione ſanguinis domini.

e nient ſuper nos mala. † Propter hoc t

a ¶A Romanis hoſtili aratro diuidetur.

cauſa ueſtri Sion quaſi ager arabi- u

a ¶In tumulos ſaxorum vertetur.

tur, & Ieruſalem † quaſi aceruus la-

a ¶Templum quondam nobile in cineres comminutum, erit habitatio ferarum.

pidum erit, & mons templi in ex- x

celſa ſyluarum.

¶ a Propterea. *i. obſcuritas ignorantiæ.*

b Vobis. *ſ. tribulationis & anguſtiæ.*

c Et oc. *i. omnis cognitio veritatis, & claritas ꝓſperitatis deficiet eis.*

e Quia. *ſ. verbum eorum, ſed magis ab eis confictum.*

f Veruntamen. *Hic comminatur propter peccata omnium maiorum generaliter dicens:*

C

g Ego reple. *i. ſpiritus Dei, qui dedit mihi conſtantiam ad arguendum vitia maiorum patenter, ideo ſubditur:*

k Audi. *qui habetis ſuperiorem poteſtatẽ in temporalibus.*

l Et iudi. *iuſtitiam in oĩbus peruertentes.*

n Qui ædific. Sion. *i. de ſubſtantia & ſanguine innocentum, condemnantes eos ad mortem, vt habeatis bona eorum.*

o Principes eius in mu. *i. pro muneribus iniuſtam ſententiam proferebant.*

p Et ſa. eius in mer. &c. *Qui tamen ex officio tenebantur docere legem liberaliter.*

q Et prophetæ eius &c. *i. pro pecunia mẽdacia confingebant.*

r Et ſu. do. *i. a domino requiẽ ꝓmittebant.*

ſ Dicentes: Nunquid non do. *q. d. Veraciter Deus eſt in vobis, & ideo non habetis timere ab aduerſariis.*

t Propter hoc cau. *qui falſa promittitis.*

u Sion quaſi ager. *i. ſic erit deſtructa. ꝙ poterit arari pp defectum habitantium, quia pp promiſſa falſorum ꝓphetarũ Sedechias rebellauit regi Babylonis: & ex hoc ſequuta eſt deſtructio tẽpli & ciuitatis. iiij. Re. vl.*

x Et mons. *quia in locis deſtructis & derelictis longo tempore ſolent fruteta creſcere, tempus vero captiuitatis durauit. lij. annis, ſecundum minorem computationem: in tanto tempore potuerunt bene creſcere.*

### MORALITER.

✻ a *Propte.* i. inferni pœnæ tenebroſæ.

d *Et confun.* extrema confuſione. Et mutatur hic modus loquendi de ſecunda perſona ad tertiam.

f *Veruntã.* Hic arguit propheta cõiter omnes maiores, per quem ſignificatur prædicator conſtans. ideo dicitur: *Veruntã.* ad arguendum conſtanter peccata maiorum, ideo ſubditur:

h *Vt an.* i. potenti ſuperbo qui alios calcat. Iacob. n. ſupplantator interpretatur.

i *Et Iſ.* i. clero ſuperbo. Et qm̃ iſti frequẽter cõſtituunt iudices in foro ſeculari & eccleſiaſtico, iõ ſubdit: *Audite*. Sequitur:

m *Qui abo.* i. executionem iuſtitiæ.

n *Qui ędi.* Per Sion ecclı̃a, per Ieruſalem metropolim regalis curia ſignificatur.

r *Et ſuper.* promittentes diuinam protectionem, falſo tamen.

t *Propter.* Ad literam. Propter peccata maiorum populi Iudaici Ieruſalem fuit deſtructa: & ſimiliter propter peccata maiorum populi Chriſtiani, eccleſia ſpiritualiter pro magna parte deſtructa eſt, & etiam corporaliter multum diminuta. nam in Aphrica & in Iudæa pauci valde remanſerunt Chriſtiani: vt dicitur, in Armenia ſunt diminuti.

†Eze. 12.f Sopho. 3.a 1.q.1.c. iudico. 35. diſt. c. eccleſiæ princi.

D

†Iere. 26.f

†Sup. 1.b

## GLOS. ORDIN. CAP. IIII.

ET erit in no. Omnia ſcripta prophetarum ad comparationem ꝓphetiæ de aduentu Saluatoris humilia ſunt, nec vſque ad verticem montium pertingentia. Ad conuerſationem. n. Chriſti vniuerſa vita hominum comparata campi dicuntur & valles.

☞ *Venite.*

## NICO. DE LYRA. CAP. IIII.

ET erit in no. &c. *Hæc eſt pars ſecunda principalis, in qua propheta principaliter denunciat cõſolatoria, maxime vero conſolatorium erat Chriſti myſteriũ, & ideo propheta primo deſcribit huius beneficij magnitudinem, ſecundo, iuxta hoc arguit malorum ingratitudinem, cap. vi. Prima in duas. quia primo deſcribit propheta cõditionem corporis. ſcdo, capitis ca. ſeq. Corpus aũt myſticũ Chriſti eſt eccleſia: cuius primo deſcribit cõditionẽ, ſecundo tyrannorum perſecutionem, ibi: Nunc quare. Circa primũ ſciẽdum, ꝙ pars iſta ab Hebræis & Latinis exponitur de tempore Chriſti, variè tamen. Quia Iudæi dicunt adhuc Chriſtum venturum, nos autem dicimus tempus ſui aduentus præteritum. Et ad confirmationem ſui erroris accipiunt Iudæi aliqua argumenta ex hoc loco. Primo quia dicitur hic:*

a Et erit. *Tempus vero Ieſu Nazareni non fuit nouiſſimum, vt patet. quia poſt eius* § *mortem fluxerunt*

## CAP. IIII.

¶Vndecima hora, quando ad conducendum operarios Saluator venit. ¶In fine ſeculorum id eſt tempore gratiæ.

ET † erit in nouiſſimo a

### MORALITER.

✻ a *Et erit in no.* Capitulũ iſtud & quintum literaliter expoſui de profectu eccleſiæ ſub eius capite domino noſtro Ieſu Chriſto propter quod hæc expoſitio non ſolum literalis eſt, ſed etiam ſpiritualis: & ideo de alia pertranſeo. Et quia non occurrit mihi alia conuenientior hic ponenda.

*Diuiſio*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Venite aſcendamus ad montem.* Ideo aſcēdamus vt doceat, vel
E per angelos præſidentes eccleſiæ vel per ſcripturas.

Allegor. Luc. 9.g b *Et concidēt.* Allegorice per fidem Chriſti ira effrenata & cō uitia deponuntur, vt ponat quiſque manum ſuam ad aratrum, nec reſpiciat poſt tergum: vt confractis iaculis contumeliarum mittat ſpiritualem fructū. Nemo pugnet contra alium: quia le-

Matt. 5.a gitur: Beati pacifici. Nemo pugnet ſubuertere auditores, quia tempus

Pſal. 103.b plantandi eſt. Sedet uir ſub vinea, ut premat vinum, quod lætificat cor hominis: & ſub ficu, vt inde dulcia poma ſpirituſſancti decerpat. Ante natiuitatem Chriſti totus orbis plenus erat ſanguine. Roma etiam ciuilibus bellis dilacerabatur. Poſtquam vero ad imperium Chriſti ſingulare imperium Roma ſortita eſt, Apoſtolorum itineri peruius factus eſt orbis, apertæ ſunt eis portæ vrbium, & ad prædicationem vnius Dei ſingulare imperium conſtitutum eſt.

c *In die illa.* Hæc uera ſunt de primitiua eccleſia Iudæorum: de qua Apoſtoli per quos vna die quinque milia, & alia die tria milia, & poſtea

Act. 2.g Ibid. 4.b multa milia crediderunt. Poſſunt hæc de anima humana intelligi, quę ante aduentum Chriſti quaſi erronea ouis varijs erroribus & vitiis ſeruierat: ſed diu attrita, tandem humeris pii paſtoris ad montem priſtinum eſt relata.

*Et tu.*

dierum mons domus domini prę-
a ¶Alias manifeſtus, qui ante occultus.
b ¶Non ſolum in montibus, ſed ſuper vertices montium Moyſes & prophetæ qui de Deo vaticinati ſunt.
paratus in uertice montium, & † ſub-
a ¶Qui apparuit in forma ſerui ſuper omne nomen exaltabitur. b ¶In morem fluuiorum multæ turbæ congregabuntur Iudæorum.
limi‍s ſuper colles. Et fluent ad eum
a ¶Credere in eum. b ¶De omni natione quæ ſub cælo eſt.
populi, & properabunt Gentes
a ¶Ad vexillum patibuli mutuo ſe prouocantes.
b ¶Aſcenſione opus eſt, vt quis ad Chriſtum valeat peruenire.
multæ, & dicent: Venite aſcenda-
a ¶Eccleſiam Saluatoris.
mus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob. Et docebit nos de
a ¶Ego ſum via. b ¶Credimus in Chriſtum per apoſtolos.
uijs ſuis, & ibimus in ſemitis eius.
a ¶Ad Gentes. b ¶Spiritualis. c ¶Sermo prædicationis.
Quia de Sion egredietur lex, & uer-
a ¶Pater omne iudicium dedit filio.
bum domini de Ieruſalem. Et iudi-
a ¶Iudæos qui ſalute digni vel indigni.
b ¶Non iudicabit, ſed comprehendet ſapientes in aſtutia eorum, & cognoſcet cogitationes ſapientium, quia vanæ ſunt.
cabit inter populos multos, & corripiet Gentes fortes vſque in longin-
a ¶In eius aduentu omne ſtudium bellandi confertur ad pacem.
quum. Et concident gladios ſuos in vomeres, & haſtas ſuas in ligones. Non ſumet Gens aduerſus Gentem
a ¶Nemo pugnandi neceſſitate pugnare diſcet
gladium, & non diſcent vltra bel-
a ¶Tanta erit requies, vt non ſolum in vrbibus, ſed etiam in viculis & agris quiſque ſecurus fiat.
ligerare. Et ſedebit † uir ſubtus uineam ſuam, & ſubtus ficum ſuam,
a ¶Et hoc fiet.
& non erit qui deterreat: quia os
a ¶Cuius verba ſunt vera, cuius dicere eſt facere.
domini exercituum locutum eſt.
a ¶Omnibus nationibus euntibus in ſuum errorem, nos ad montem qui eſt Deus, aſcendamus.
Quia omnes populi ambulabunt vnuſquiſque in nomine Dei ſui, nos autem ambulabimus in nomine domini Dei noſtri in æternum & vltra.
¶Qua lucebit ſol iuſtitiæ.
† In die illa dicit dominus, congre-
a ¶Ad vnum Deum, ad vnam fidem.
b ¶Quæ male ambulauerat, cuius pes ſcandalizatus fuerat abſciſus.
c ¶Cui dederam libellum repudij.
gabo claudicantem, & eam quam
a ¶Varijs captiuitatibus. ¶Vel tradideram diabolo & angelis eius.
eieceram colligam: & quam affli-
a ¶Non dixit ponam claudicantem totam ſaluam, ſed in reliquias, vt reliquiæ & electio ſaluæ fiant.
xeram conſolabor. Et ponam claudicantem in reliquias, & eam
a ¶Sub iugo legis vel peccati.
b ¶Quam nec gladius nec tormenta ſeparant a charitate Chriſti.
quæ † laborauerat in gentem robuſtam. Et regnabit dominus ſu-
a ¶Multas Gentes & reliquias claudicantes.
b ¶In eccleſia, in ſpecula virtutum.
per eos in monte Sion, ex hoc nunc

## NIC. DE LYRA.

¶ mortem fluxerunt multi anni: ergo
F *Ieſus Nazarenus non fuit Chriſtus, ſed adhuc expectatur venturus. Item quia ſubditur:* Et erit mons domus domi. *Quod non eſt adhuc factum, quia mons Sion non eſt in aliquo eleuatus, & ſunt multi montes illo altiores. Item quia ſequitur:* Et occident gla. *Et ſequitur:* Et diſcent. *Poſt vero tempus Ieſu Nazareni fuerunt bella grauia, & potiſſimè in Iudæa, quando per Romanos fuit deſtructa. ergo &c. Iſta vero argumenta & aliqua alia ſolui Iſa. ij. vbi conſimilis litera ponitur: poteſt tamen aliquid repeti. Ad*

Nouiſſimũ tempus. *primum dicendum quòd tempus nouæ legis dicitur nouiſſimum, quia non ſuccedet ei alia lex, ſicut ſucceſſit legi Moſaicæ: & ſecundum hoc dicitur 1. Iohan. ij. c. Nouiſſima hora eſt. Item Gen. xlix. a. Congregamini, ut annunciem uobis quæ uentura ſunt in nouiſſimis diebus. Et tamen ſecundum Hebræos ſunt impleta diu, ſcilicet ab ingreſſu terrę promiſſionis ſub Ioſue pro maiori parte, ut ibidem fuit dictum.*

†Soph. 3.d *Secundum ſoluitur etiam per dictum Ra. Sa. qui dicit, quòd illa eleuatio non eſt intelligenda corporaliter, ſed quia debeant ibi fieri mirabilia. Quod fuit adimpletum, quando Chriſtus Deus & homo fuit ibi præſentatus in templo. Ibi etiam poſtea prædicauit, & multa fecit mirabilia ſuæ diuinitatis oſtenſiua. Ibi etiam ſuper apoſtolos ſpiritumſanctum miſit in ſigno uiſibili, quod fuit mirabile maximum. Ad ter-*

† conſolabor *tium patebit infra. Igitur exponatur hæc litera de promotione eccleſiæ, ſicut & fuit expoſita Iſa. ij. a. Et erit in nouiſſimo dierum. id eſt tempore gratiæ, quod eſt nouiſſimum, ut dictum eſt.*

†eiecta fuerat. a Mons domus domini præparatus in verti. mon. *per mirabilia ibi facta maiora quam alibi, ut dictum eſt.*

b Et fluent ad eum po. &c. *Quod uidemus impletum per orbem in conuerſione Gentium.*

Et do-

c Et docebit nos de viis ſuis. *quantum ad præcepta.*
d Et ibimus in ſe. *quantum ad conſilia Euangelica.*
e Quia de Sion egre. lex &c. *De Ieruſalem enim proceſſerunt apoſtoli aliique diſcipuli ad prædicandum per orbem fidem Chriſti, Act. 1.*
G f Et iudicabit inter populos multos. *iudicio diſcretionis, aliquos vocando ad fidem & gratiam, alijs omiſſis ſuo iuſto iudicio, licèt nobis occulto.*

g Et concident gladios ſuos in vomeres, &c. *Chriſtus enim fuit natus tempore maximæ pacis: propter quod tunc fuit deſcriptus vniuerſus orbis, Lu. ij. Et durauit illa pax per longum tempus: propter quod in multis partibus plura arma bellica, quæ pro tunc non erant neceſſaria, conuerſa fuerunt in inſtrumenta agriculturæ apta.*

h Et non diſcent vltra belligerare. *Iſtud vltra, non importat ſemper perpetuitatem a parte poſt: ſed aliquando tempus determinatum, & aliquando non multum longum, ſicut. iiij. Reg. vi. e. Et non venerunt vltra latrones Syriæ in terram Iſrael, ſcilicet tempore illius regis & Eliſæi: tamen poſtea multoties venerunt.*

i Et ſedebit vir ſubtus vi. ſu. &c. *id eſt habebit pacem & ſecuritatem. Et hoc impletum eſt in eccleſia a tempore Conſtantini & beati Silueſtri.*

k Quia omnes populi. *a fide Chriſti alieni.*

l Ambulabunt unuſquiſque in nomine Dei ſui. *quia per longum tempus poſt mortem Chriſti diuerſæ Gentes diuerſa idola coluerunt.*

m Nos autem ambulabimus in nomi. Dei no. *ſcilicet Ieſu Chriſti.*

n In æternum & vltra. *i. vltra omnem menſuram quantumcumque longam.*

H o In die illa. *id eſt, tempore gratię, quod dicitur dies, ad Ro. xiij. d. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit.*

p Congregabo claudicantem. *id eſt Gentilitatem, quæ diſtortè inceſſerat per idololatriam.*

q Et eam quam eieceram. *quia legem non dederat Gentilibus nec prophetas, & ſic quodammodo eos eiecerat.*

r Colligam. *in ouili eccleſiæ per apoſtolorum prędicationem. Videtur tamen quod melius exponatur hæc litera de gente Iudaica, quantum ad illam partem quæ adhæſit Chriſto, cum dicitur:* Congregabo claudican. *id eſt gentem Iudaicam, quæ dicitur claudicans ab antiquo. iij. Reg. xviij. d. Vſquequo claudicatis in duas partes? Et ſimiliter in aduentu Chriſti claudicauit, quia aliqui adhærebant ſibi ſicut vero redemptori: alij autem reputabant eum deceptorem, vt patet ex decurſu Euangelij. Et eam quā eieceram, dimittendo errare per diuerſa vitia.* Colligam. *intra Chriſti eccleſiam.*

ſ Et quam af. *ſ. per Chaldæos & Græcos & Romanos, et ſubintelligitur:* Cōſolabor.

t Et ponam claudicantem in reliquias. *quia pauci de Iudæis adhæſerunt Chriſto reſpectu adhærentium aliorum.*

u Et eam qu. la. *Hoc dicitur de primis credentibus, qui cum Chriſto fuerunt in labore & afflictione, & poſt mortē eius, vt patet in Actibus apoſtolorum in pluribus locis.*

x In gentem robuſtam. *quia tolerabant afflictiones & tormenta, non ſolum patienter, ſed etiam gaudenter, Act. v. g. Ibant apoſtoli gaudentes a conſpectu concilii: quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.*

y Et regnabit do. ſuper eos in mon. Si. *i. in eccleſia, quę dicitur mons Sion, eo quòd ibi Chriſtus fidem catholicam prædicauit, & ſpiritum ſanctum ſuper apoſtolos miſit.*

z Ex hoc nunc & vſque in æter. *quia ſtatui eccleſiæ militantis ſuccedet ſtatus eccleſiæ triumphantis, cuius non erit finis.*

¶ Et tu turris



a *Et tu turris gregis.* Dicto quòd per aduentum Chriſti credentes
A tam de Iudæis quam de Gentibus in eccleſia congregandi & ſaluandi ſunt, ſupponit quòd propter excęcationem infidelium, Iudæorum templum, & tota Ieruſalem erat deſtruenda: Et ſub figura captiuitatis quæ per Babylonios ventura erat, loquitur de deſtructione facta per Romanos. Vinea domini domus Iſrael eſt, in qua ędificata eſt turris & torcular i. altare, & maceria. i. auxilia angelorum. Ad hanc turrim venit Chriſtus, qui prima poteſtas eius fuit, tempore Patriarcharum, ſub quo ueniente in carne, fuerunt apoſtoli ſecunda poteſtas vineę: Venit autem hæc poteſtas, ut in ea credentes faceret in regnum. Quidam per turrim tenebroſam, & filiam Ieruſalem, intelligunt cęleſtem Ieruſalem, quæ tandiu ſqualet quamdiu filij eius non reducuntur ad eam, nec habet conſiliarium, ſed dolores parturientis, dum tot filios ſuos videt interfici.

b *Dole & ſa.* Occiſo Chriſto putauit Iſrael ſe obtinere imperium, ſed vaſtatus eſt repente, nec imminentem potuit fugere captiuitatem. Moraliter. Animæ pro peccato de eccleſia pulſæ in interitum carnis, dicitur a medico: Exi de ciuitate in monte ſita, & habita in campo vbi Aſſyrij vagantur, & erubeſce pro vitijs donec recorderis abundātiæ quæ eſt in domo patris, & ab eo ſuſcipiaris qui te redimet de manu duriſſimi domini.

c *Et nunc con.* Alleg. contra filiam Sion id eſt eccleſiam, multæ nationes dæmonum congregantur, & inſultant in morte filiorum eius, in quo ignorant Dei conſilium. Si enim cognouiſſent dominum maieſtatis, nec in membris nec in ſe crucifixiſſent. Congregabit

B autem eos Deus quaſi fœnum areę, vt omnia ſpinoſa & aſpera vngulis conterat, & cornibus ventilet, & frumentum purum remanens Deo offerat donaria.

d *Ipſi autem non.* Dicunt Iudæi tempore Chriſti ſui omnes nationes Iudæis ſeruituras, & ipſum Romanum imperium vngulis ſuis & cornibus conterendum.

e *Tritura.* Ventila & contere populos cornibus ferreis, quæ tibi me dare ſpōdeo, & vngulis æreis quas a me accipies.

f *Et comminues.* Legimus in libro numeri & Ieſu naue, & primo libro Regum, quòd deuictis Gentibus, & ipſas & pecora & ſpolia eorum victores cōſecrauerunt.

a ¶A præſenti ſeculo vſque in futurum. b ¶Quondam munimentum gregis nunc eſt tenebroſa, ex quo coloni interfecerunt filium patrisfamilias.
& uſque in æternum. Et tu tur-
a ¶Quæ turris es filiæ Sion. Vel vt Symmachus transfert, ipſa eſt filia Sion, & vſque ad hanc veniet Deus vel poteſtas prima, quæ poteſtas eſt regnum filiæ Sion.
ris gregis † nebuloſa filia Sion, uſque ad te ueniet, & ueniet † pote-
¶Scilicet.
ſtas prima regnum filiæ Ieruſa-
a ¶Et cum ad te veniat dominus & prima poteſtas & regnum. a ¶Cum hæc omnia habeas tuo vitio, nec regis nec cōſiliarij mereris auxilium.
lem. Nunc quare † mœrore cōtraheris? Nunquid rex non eſt tibi.
a ¶Rex & magni conſilij angelus Saluator, quæ perijt pro populo non credente.
aut conſiliarius tuus perijt? quia comprehendet te dolor ſicut par-
a ¶Dolores patienter feras, & vt puniantur peccata in te: vade captiua & nuda vſque ad Babylonem, donec per manum Zorobabel redimat te Deus de manu Chaldæorum.
turientem? Dole & † ſatage filia Sion quaſi parturiens: quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & uenies vſque ad Babylonem. Ibi liberaberis, ibi redimet te dominus de manu inimi-
a ¶O Filia Sion, vſque in Babylonem venies, & inde redimeris, ſed nunc interim dum teneris captiua, congregabuntur Gentes ſuper te.
corum tuorum. Et nunc congregatæ ſunt ſuper te Gentes multæ, quę
a ¶Loquuntur de te quaſi de adultera delectetur videns pœnam illius.
dicunt, † lapidetur: & † aſpiciat in Sion oculus noſter. Ipſi autem nō cognouerunt cogitationes domi-
a ¶Quod ideo aduerſum te congregauit Deus nationes, vt tu conteras eas ſicut fœnum areæ.
ni, & non intellexerunt conſilium eius: † quia congregauit eos qua-
¶Alias manipulos. ¶Ergo.
ſi † fœnum areę. Surge & tritura filia Sion, quia cornu tuum ponam ferreum, & ungulas tuas ponam æreas. Et cōminues populos mul-
a ¶Ipſos & omnem prædam quam rapuerunt occides domino, quia tali ſacrificio delectatur.
tos, & interficies domino † rapinas eorum, & fortitudinem eorum domino uniuerſæ terræ.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et tu turris gregis. *i. templum, quod erat factum ad modum turris. Et dicitur gregis, quia in atrio iuxta templum immolabantur greges in altari holocauſtorum.*

b Nebuloſa filia Sion. *Ex nebula fumi conſurgente de holocauſtis, quæ totaliter incendebantur ad honorem diuinum.*

c Vſque ad te. *i. redemptor. Quod impletum fuit, quando ibi oblatus fuit & prædicauit. Et ſubditur conditio venientis, cum dicitur:*

d Et ueniet pote. *ratione ſuæ deitatis.*

e Nunc qua. *Hic conſequenter ponitur eccleſiæ perſequutio. Sciendum tamen, quòd aliqui reſiduum huius capituli vſque ibi: Nunc vaſtaberis, exponunt de deductione Iudæorum in Babylonem & reductione. Et litera ſatis poteſt applicari vſque ibi: Surge & tritura. Sed vltra non poteſt bene applicari: quia redeuntes de captiuitate Babylonica nunquàm habuerunt talem poteſtatem qualis hic deſcribitur, ſed ſemper fuerunt ſub ſeruitute. primo Perſarum & Mædorum, ſecundo Græcorum, tertio Romanorum. propter quod Rab. Salom. exponit hanc literam de tempore Chriſti, dicens quòd in aduentu Meſſiæ Iudæi erunt in maxima poteſtate, & ſubijcientur eis omnes reges terræ. Literam vero præcedentem exponit de captiuitate Babylonica & eius reductione, ſicut & præcedentes. Quod autem ſequitur: Nunc vaſtaberis &c. exponit de deſtructione Babylonis per Cyrum & Darium. Alij*

C *rium. Alij autem exponunt de vaſtatione Iudeæ per Sennacherib tempore Ezechię. Iſtas autem expoſitiones non proſequor, quia videntur mihi diſtortę: propter quod ſaluo meliori iudicio videtur mihi, quod hic primo ponitur perſequutio eccleſiæ, & ſecundo ſynagogæ, ibi: Nunc vaſtaberis. Et licet iſtæ duæ perſequutiones fuerint eodem tempore, ſaltem pro parte: fines tamen contrarios habuerunt: quia ex perſecutione, eccleſia mirabiliter creuit. Ex perſecutione enim eius quæ facta eſt ſub Stephano primo martyre, diſperſi fuerunt fideles de Ieruſalem per uarias regiones, prædicando fidem Catholicam, Actuum. viij. Synagoga vero ex perſequutione ſua defecit: quia captiuatis Iudæis per Romanos, ceſſauerunt legis ſacrificia & oblationes, & ſimilia quæ non poſſunt ab eis offerri extra terram promiſſionis. Primo igitur agitur de perſequutione eccleſiæ, cum dicitur:* Nunc quare mœrore con. *Hoc dicitur quantum ad debiliores fideles, qui in perſequtione facta ſub Stephano, fuerunt in afflictione & mœrore, Actuum. viij.* † dominiũ primum. †uociferabis uociferationem?

f Nunquid rex non eſt tibi. *q. d. immo Chriſtus aſſiſtens tibi in preſſuris, ſecundum quòd dixit Matth. vlt. d. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.*

g Aut conſiliarius tuus pe. &c. *quaſi dicat Non, quia ſpirituſſanctus docebit te de omnibus.*

h Quia comprehendet te dolor. *Primo in Iudæa, de perſequutione Iudæorum, & poſtea in alijs partibus ex perſequutione tyrannorum.* † ingemiſce

i Quia nunc egredieris de ciuitate. *i. de Ieruſalem. Quia ſicut dictum eſt in perſequutione ſancti Stephani, fideles pro maiori parte exierunt de Ieruſalem, & diſperſi ſunt per regiones prædicando.*

k Et uenies vſque ad Babylonem. *Et non loquitur ibi de Babylone, quæ eſt in terra Chaldæorum, quæ iam erat ſubuerſa & inhabitabilis: ſed de Babylone quæ eſt in Ae-*
D *gypto, in qua fuit fides Chriſti publicata per Matthæum apoſtolum, in cuius ſorte venit Aegyptus, vt dicit Hiero. in libro illuſtrium virorum. Vel per Babylonem hic intelligitur Roma, ſicut. 1. Petri. v. d. Salutat uos eccleſia, quæ eſt in Babylone collecta, id eſt Roma, ſecundum quòd dicit Hiero. & omnes expoſitores, in qua publicatum fuit Euangelium per apoſtolos Petrum & Paulum.* † aſpicies

l Ibi liberaberis &c. *A perſecutoribus tuis. Quod fuit impletum tempore Conſtantini.*

m Et nunc congregatæ ſunt ſuper te Gentes multæ. *Perſequentes eccleſiam primo in Iudæa, vt patet Actuum. viij. & pluribus alijs locis, poſtea per totum orbem per tyrannos, nitentes extinguere fidem Catholicam. ideo ſubditur.* †deſideriũ

n Quæ dicunt lapidetur: & aſpiciat in Sion oculus noſter. *Sed quia (ſicut dictum eſt) in perſequutione maxime creuit fides Catholica, quod fuit figuratum Exod. 1. in filijs Iſrael, qui quanto magis opprimebantur, tanto magis multiplicabantur & creſcebant. ideo ſubditur:*

o Ipſi autem non cognouerunt cogitationes domini. *Qui tyrannorum perſequutionem conuertit in eccleſiæ augmentationem per contrarium, ſicut uenditionem Ioſeph in eius dominium, Gen. xxxvij. ideo ſubditur:*

p Quia congrega. &c. *tibi ſubijciendo. Quia principes qui perſequebantur fidem Catholicam ſubmiſerunt colla ſua iugo Chriſti, ut patet de Conſtantino, & de alijs principibus per orbem. ideo ſubditur:*

q Surge. & tri. &c. *i. eccleſia, ſubiice tibi colla Gentium.*

r Qui cor. &c. *id eſt dabo tibi uirtutem prædicandi conſtanter fidem & confirmandi per miracula, ita quòd multitudo Gentium ſubiicietur tibi contrita poteſtate diaboli.*

ſ Comminues. *inducendo eos ad ueram contritionē ſuorū peccatorū.*

t Et interficies. *In Heb. habetur: Et ſanctificabis: quia bona temporalia conuerſorum ad fidem, ſunt diuino cultui applicata in pluribus locis per orbem. Et quia talia bona dicuntur amortizata, ideo tranſlatio noſtra habet, interficies.*

u Et for. e. do. vt. t. *i. Chriſto, cui ſubiecta eſt Gentium fortitudo.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## GLOS. ORDIN. CAP. V.

E Rom.11.d Nunc vaſtaberis. Cum plenitudo Gentium intrauerit, & oīs Iſrael ſaluus fiet, tunc habebis cornu ferreū & ungulas æreas, & comminuta dæmonum multitudine, offeres Deo quidquid ante poſſederant, ſed nunc interim pro tuis meritis vaſtaberis. Contumelia fuit trinitatis, Mat.26.g quando facientibus Iudæis, Romani percuſſerunt caput iudicis Iſrael, dicendo: Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt Ioan.18.d qui te percuſſit? Vel quando vnus de miniſtris percuſſit maxillam, dicens: Sic reſpondes pontifici?

b *Et tu Bet.* Nominato iudice Iſrael, determinat locum natiuitatis eius: & ꝙ homo Deus ſit futurus Matthæus hoc teſtimonium ponit, ſecundum hoc ꝙ ſcribæ in lectione ſcripturarum negligenter reſponderunt Herodi. Bethleē †Mat.2.a Ephrata in tribu Iuda eſt, eſt & alia Bethleem in Galgala ſita *Bethleem.* id eſt domus panis, quæ vocaris Ephrata.i. videns furorem Herodianæ cædis, ſi cōpararis urbibus Iuda in quo ſunt tot milia, paruus uiculus es, ſed tamen ex te egredietur dominator Iſraei, qui & ſi ſecundum carnem de Dauid eſt, de me tamen natus eſt ante ſecula, & temporum cōditor tempore non tenetur, ſed egreſ. eius eſt ab ini. a die æterni. ꝗa in principio erat verbum apud Deum.

c *Propter hoc.* quia de Bethleem ſecundum carnem natus eſt Chriſtus, cuius egreſſus ſecundum diuinitatem eſt ab initio ſeculi, ſemper per prophetas loquendo. ideo dabit.i. permittet regnare Iudæos uſque ad tp̄s quo Gētilitas diu ſterilis excæcatis Iudæis parere cœperit, & cum plenitudo Gentium intrauerit, tunc ad prædicationem Eliæ reliquiæ Iſrael conuertentur ad prophetarum fidem & patriarcharum. Aliter. Dabit dominus templum & Ieroſolymam et Iudęos vſq; ad tp̄s quo virgo pariet, ī cui⁹ natiuitate excæcatis Iudęis, religę.i. apl̄i, ꝯuertēt ad fidē ꝓphetarū & Patriarcharū.

[margin: †manebūt; † exercitu; Rom.11.d; F]

d *Et ſta.* Egreſſo Chriſto a ſummitate cælorum, reliquijs fratrum conuerſis ad filios Iſrael, tunc dominus qui prius ambulabat, non habens fixum gradum, in hominibus firmiter ſtabit, & paſcet ſuos in fortitudine ſua ſicut Deus, & in ſublimitate nominis patris ſui. vnde: Ego ſeruabā eos ī noīe tuo. Ioan.17.b

e *Et con.* ad eccleſiam Dei, quia magnificabitur Chriſtus uſque ad extremum terræ. unde, In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Pſal.18.a

f *Et uenit iſte.* Et iſte Chriſtus erit pax nobis, cum Aſſyrius id eſt diabolus arguens, ſuperuenerit in terram noſtram. id eſt in carnem, & quando ſicut ſuperbus calcauerit in domibus. i. corporibus. quæ ſunt domus animarum, Venit diabolus ſup terram Pauli, & calcauit eum variis tribulationibus, plagis & 2.Cor.11.e

☞ carceribus

## CAP. V.

a Nunc † uaſtaberis a filia latronis. Ob b ſidionem poſuerunt ſuper nos, c in uirgā percutient maxillam iu- d e b dicis Iſrael. † Et tu Bethleē Ephrata f paruulus es in milibus Iuda. g h Ex te mihi egredietur qui ſit dominator i in Iſrael, & egreſſus eius k ab l initio a diebus ęternitatis. m c Propter n hoc dabit eos o vſque ad tempus p in quo parturiens pariet. Et q reliquiæ r fratrum eius conuertentur ſ ad filios Iſrael. d Et ſtabit t & paſcet u in fortitudine x domini, in ſublimitate y nominis domini Dei ſui.

e Et† conuertētur, quia nūc magnificabitur z vſque ad terminos terræ.

f Et erit iſte a pax, b Aſſyrius c cum uenerit in terram noſtram, & quando calcauerit in domibus noſtris;

a ¶Non mea, quia contra me repugnaſti, ſed diaboli ad prædandum ſemper accincti. ¶Ideo vaſtaberis, quia filij tui. Obſidio. poſ. ſu. in.i. patrem & filium & ſpiritūſanctū.
a ¶Alienigenæ non de genere Iſrael.
a Vbi natus eſt panis vitæ.
a ¶Vel habitabunt, ſubaudi in eccleſia.
¶Iudæi in aduentu Chriſti ſui hæc omnia iuxta literam futura eſſe contendunt.

## NIC. DE LYRA. CAP. V.

A a *Vę qui potum.* Adhuc inuehitur contra Nabuchodonoſor, ꝗ oblitus ſe eſſe hominem, alteri homini fel & amaritudinẽ propinauit. Sedecias (ſicut ait Hebræus) a Nabuchodonoſor cæcatus in Reblata. i. Antiochia, & ductus in Babylone, quadam die in celebri cõuiuio accepit potionem qua in fluxum ventris ſolueretur, & introductus ante ora epulantium, ſubito fluxu vẽtris ſolutus eſt. Vñ cõminatur Deus ipſi Nabuchodonoſor, ꝗ ipſe bibiturus ſit hmõi potionem, & omnia paſſurus quæ paſſus eſt Sedecias. *Væ qui potum dat ami.* Hic amicus intelligitur vel Sedecias, vel quilibet homo malis Nabucho. inebriatus, vt Sedeciæ & oĩm captiuorum Nabuchodonoſor uideret nuditatem. i. cũctos ſpoliatos & captiuos & quondam glorioſos ad ignominiam ſeruitutis redactos. *Væ qui potum* Sciẽdum hoc capitulum: Væ qui potum dat amico ſuo, & ea in quibus dr̃: Væ qui multiplicat non ſua, & væ qui congregat auaritiam &c. & væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus &c. & iuxta hiſtoriam & iuxta anagogem contra Nabuchodonoſor vel diabolum vel Antichriſtum vel hæreticũ poſſe æqualiter accipi. *Væ qui potum.* Alleg. Væ tibi diabole vel Antichriſte vel hæretice, qui turbida doctrina inebrias deceptos, vt aſpicias nudos a fide & a bonis operibus, & repletos ignominia errorum & malorũ operum, qui prius erant glorioſi in imagine Dei. Sed o diabole vel hęretice, qui putas te habere aureum calicem, bibe & tu de calice qui eſt in manu Dei, plenus muſto, & conſopire. i. ceſſa a priori ſententia: & ne putes ſtabilia ea in quib. prius ſtabas, quia circũ B dabit te calix d. di. vindicta a Deo immiſſa, & vomitus ignominiæ ſuper gloriam tuam, gloriam quam iniuſte hauſeras cũ ignominia euomes, & hæc patieris quia iniquitas Libani operiet te. Libanus thus dicitur, per quod cultus Dei intelligiẽ, quia non recte colis Deum, ideo confunderis. Vnde: Et oratio eius fiat in peccatum. Et vaſtitas animalium deterrrebit te, cum videris eos quos vaſtaſti, & ad errorem detraxiſti, pati tormenta: tunc terreberis de ſanguinibus hominis. & iniquitate terræ, quia nominaui Libanum & beſtias, ne de brutis putes me loqui, manifeſte tibi dico, patieris pœnas propter ſanguinem hominum quos Deo perire feciſti: & exercuiſti impietatem in terra uiuentiũ & manſuetorum, & in ciuitate eccleſiæ Dei, & multos in ea habitantes participes tuæ impietatis feciſti.

b *Quia iniquitas Libani operiet te.* Quia ſemel nominauerat Libanum ſub eius tranſlatione victimas & ſacrificia vel multitudinem populorum quæ in Ieruſalem interfecta eſt, animalibus uel beſtijs comparat, dicens: Et vaſtitas animalium opprimet te.

c *Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus, conflatile & imaginem fal. &c.* Contra idololatras omnes, & ſpecialiter contra Nabuchodonoſor loquitur admirãs ſtultitiam regis, qui iuſſit auream ſtatuam poni in campo Duran, & fictor confidit in ſimulacro quod fecit. *Quid prodeſt.* Quid prodeſt adorare ſculptile? hoc ideo dico, quia ſculpſit illud artificioſe fictor ſuus: & quid prodeſt adorare conflatile & imaginem falſam? & hoc ideo dico, quia ſperauit in figmento fictor eius, vt faceret ſimulacra muta. Alleg. Sculptili & conflatili comparantur dogmata peruerſa quæ a fictoribus ſuis adorantur: & ſculptura quæ in lapide fit, in his dogmatibus intelligitur, quæ ſtultitiam prima fronte demonſtrant. Conflatio quæ in metallis, vbi uidetur eſſe aliqua ratio ſapientiæ ſecularis quia ueluti quodam auro, ita diſciplinis philoſophorum & ſplendore eloquentiæ idolum conflatum eſt. Non ergo proderit figmentum fictori, quia mutum & ſurdum ſimulacrum adoratorem non audit.

d *Væ qui dicit ligno.* Deſcribitur error humanus qui aurum, argentum, gemmas & ſericum, quibus oblita uel operta ſunt idola, pro fulgore materię Deos eſtimat, quibus formam ſed non uitam artifex dare poteſt, ſed econtrario dominus in tẽplo ſancto ſuo. i. in filio uel in cælo, vel in anima iuſti, uel in creatura totius mundi. Alle. in uniuerſis idolis hęreticorum C & figmentis diaboli nulla eſt gratia ſpiritusſancti: ſed cum *Allegor.* imaginem diuinitatis & pulchritudinem dogmatum præferre uideantur, nihil eſt in eis ſpirans & uitale. Vel ſpiritus. i. uentus. Rua enim apud Hebræos utrumque ſignificat: & animam & uentum, & utrunque ab idolis remouetur.

enim populi in multo igni, & Gen- a b
a ¶Cum combuſta fuerit Babylon & euerſa, manifeſta fiet omnibus potentia virtutis Dei.
tes † in uacuum, & deficient. Quia c d
replebitur terra, ut cognoſcant gloriã e
a ¶Sicut aquæ aluqum & fundum maris contegunt, ſic gloria domini vniuerſa complebit.
domini, quaſi aquæ operientes ma- f
re. Væ qui potum dat amico ſuo mit g h
a ¶Metaphora ebrij & nuditate turpati.
tens † fel ſuum, & inebrians, ut aſpi- i
a ¶Qui tuum o Nabuchodonoſor calicem bibit
tiat nuditatem eius. † Repletus eſt k
a ¶Qui alios inebriaſti. ¶Calicem Dei.
ignominia pro gloria. Bibe tu quo- l m
que & † conſopire. Circundabit te n o
a ¶Vindicta potentiæ Dei. b ¶Quæ abſorbueras egeres. a ¶De ſublimi gloria ad vltima mala duceris.
calix dextræ domini, & uomitus p
ignominiæ ſuper gloriam tuã. Quia q
a ¶Superbia tua & euerſio templi & rapina ſanctuarij uaſtabit te: & hoc totum patieris. quia vaſtaſti Iudam, ſubuertiſti terram promiſſionis & ciuitatem Ieruſalem & omnes habitatores eius. ¶Cum videris in pœnis.
† iniquitas Libani operiet te, & uaſti- r
a ¶Alias te. b ¶Pro.
tas animalium deterrebit eos, de ſan- ſ t
¶Iudæ.
guinibus hominis, & iniquitate ter- u
¶Eccleſiæ vel Ieruſalm.
ræ & ciuitatis, & omnium habitan- x y
¶Sculptile in lapidibus, conflatile in metallis.
tium in ea. Quid prodeſt ſculptile, z
quia ſculpſit illud fictor ſuus, con- a
flatile & † imaginem falſam, quia
ſperauit in figmento fictor eius, ut b
faceret ſimulacra muta? Væ qui di- c
cit ligno, expergiſcere, ſurge lapidi

NIC. DE LYRA.

¶ *a* In multo igni. *ſcilicet ad extinguenguendum vel impediendum ciuitatis incendium per Mœdos & Perſas futurum.* *†per multam inanitatem.*

*b* Et Gentes. *ſ. Babyloniæ.*

*c* In uacu. *ſ. laborabunt, quia incendium impedire non poterunt.*

*d* Quia reple. *Mœdis & Perſis in tanta multitudine, quòd Babylonij non poterunt reſiſtere.*

*e* Vt co.glo.do. *i. poteſtatem eius glorioſam per experientiam vindictæ ſuæ. Quæ quidem poteſtas erit.* *† Satiatus es eorum ignominia potiuſquã.*

*f* Quaſi aquæ operi. *i. fundum maris. q. d. Sic vindicta Dei veniet ſuper regnum Babylonis, quòd non apparebit vltra ſicut nec fundus maris.*

*g* Vę qui. *Hic ponitur quintum vitiũ quod fuit ignominia illata dignitati regiæ. Dicunt enim Hebræi, quòd Nabuchodonoſor ad oſtentationem ſuæ victoriæ fecit adduci in conuiuio ſolenni Sedeciam incatenatum, & fecit ſibi dari potum valde laxatiuum, & ſic fœdatus fuit in conſpectu oĩm: quod ſentiens Sedecias ſe haberi in tanto ludibrio, mortuus fuit præ dolore, & hoc eſt qđ dicitur:* Væ qui potum dat ami. ſuo. *Fuerat enim Sedecias amicus Nabucho. qui fecerat eum regem. iiij. Reg. xxiiij.*

*h* Mittens fel ſuum. *i. miſcens quid laxatiuum vltra modum, quod dicitur fel ex effectu, quia duxit Sedeciam ad mortis amaritudinem. Et quia ex corde felleo proceſſit tale factum.* D

*i* Vt aſpiciat nudita.eius. *i. verecundiam.*

*k* Repletus eſt igno. *ſcilicet Sedecias.*

*l* Pro gloria. *quæ deberet ſibi fieri pro dignitate regia: propter quod Nabuchodonoſor conſiderans ſe male egiſſe, fecit eum ſepeliri honorifice, Iere. xxxiiij.*

*m* Bibe tu quoque. *i. tu bibes confuſionem a domino tibi præparatã.*

*n* Et conſopire. *id eſt conſopieris verſus in amentiam.*

*o* Circundabit te ca. *id eſt pœna a Deo infligenda.*

*p* Et uomitus ignominiæ ſu.glo.tuam. *id eſt poſt gloriam regni ignominia ſuperueniet tibi. Et ſubditur cauſa:*

*q* Quia iniquitas Liba. *id eſt templi per te deſtructi. quod hic in pluribus locis dicitur Libanus, eo ꝗ fuit factum de lignis Libani. iij. Reg. v.*

*r* Et vaſtitas anima. *id eſt ablatio ſacrificiorum.*

*ſ* Deterrebit e. *ſ. deſtructores templi & cultus diuini. Propter hoc enim Chaldæi meruerunt deſtrui: Et non ſolum hoc meruerunt propter peccatum in Deum, ſed etiam in proximum. ideo ſubditur:*

*t* De ſanguinibus homi. *id eſt hominum per Chaldæos effuſis.*

*u* Et iniquitate terræ. *id eſt exercitu in regno Iudæ.*

*x* Et ciuitatis. *ſcilicet Ieruſalem a Chaldæis deſtructæ.*

*y* Et omnium habitanti.in ea. *qui per Chaldęos fuerunt atrociter vulnerati & captiuati.*

*z* Quid prodeſt. *Hic ponitur ſextum vitium, propter quod regnum Babyloniæ fuit deſtructum, ſcilicet idololatriæ vitium, cum dicit:* Quid prodeſt. *quaſi dicat: Nihil.*

*a* Quia ſculpſit illud fictor. *& ideo nihil habet numinis aut virtutis.*

*b* Vt fa.ſi. *in quo notatur ipſius Babyloniæ multiplex idololatria. Ex hoc patet, ꝗ ppheta non loquitur hic de ſtatua aurea in qua Nabucho. faciebat ſe adorari, Dan. iij. vt dicũt aliqui, ſed de idolis quę ipſe colebat.*

¶ Nunquid ipſe

MORALITER.

✻ d *Quia replebi.ter.ut cog.glo.do.* venientis ad iudicium, & diſcernentis opera ſuperborum.

g *Væ qui potum dat.* Superbus enim qui non poteſt aliquem ſuppeditare violentia, amicitiam fingit, vt eum proditorie occidere poſſit. & ideo iuſte bibet calicem iræ diuinæ. ideo ſubditur.

m *Bibe &c. Quid prodeſt.* Homines parui aut nullius valoris, ſimulacra dicuntur, quos tamen ſuperbus potens promouet ad ſtatum honoris, ſequens motum propriæ voluntatis & non rationis. ideo ſubditur de ipſo:

c *Væ qui dicit ligno ex.* nam imponit ſibi ea quæ non pt̃ exercere

 ✻ *Dominus autem*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ¶ a Nunquid ip. docere po. ſ. lapis ſculptus. quaſi dicer. non.
b Et om. ſp. no. e. in vi. ei. i. nullus ſpiritus eſt ibi: quia omnis non, equipollet nullo.
c Dominus au. in tem. ſa. ſuo. i. in cælo, vbi magis refulget eius gloria,
d Sileat a facie eius omnis ter. diuinitatem eius nulli alij attribuendo.

¶Lapis.
a tacenti. Nunquid ipſe docere pote-
¶ Lapis. ¶Factus eſt.
rit? Ecce iſte coopertus eſt auro &
a ¶Sanctus & bonus, quando etiam ſpiritus abſolute ponitur de ſpiritu ſancto intelligitur.
b ¶Nulla ſpiritualis gratia, nulla virtus in eis. ¶ Poteſt aſſidere ſimulacris ſpiritus immundus, ſed intrinſecus eſſe nō pot.
b argento, & omnis ſpiritus non eſt in uiſceribus † eius. † Dominus au-
c tem in templo ſancto ſuo, † ſileat a facie eius omnis terra.

¶ c Dominus a. in te. ſu. vnde talia reſpicit competenti tpe puniturus, & tunc lætabitur iuſtus cum uiderit vindictam. G

a Oratio Habacuc. Lxx. Oratio Habacuc prophete cum cantico. Quia orat aduentum vnde gaudet. & laudat Deum tam mittentem patrem q̄ miſſum filiū. Oratio Habacuc pro ignorantijs; quia errans de iudicijs Dei temere dixerat: Vſquequo clamabo, & non exaudies? Et, Quare non reſpicis ſuper iniqua agentes & ta. de im. iu. ſe. Nūc ex rīſione Dei intelligēs, vel Nabuchodonoſor, vel diabolum, vel Antichriſtum poſitum ad corripiendas Gētes: agit pœnitentiam, & petit ueniam de hoc q̄ ignorans fecit. Vel orat vt per aduentum Chriſti error hominū qui ex ignorantia eſt, auferatur, & ablata vmbra dari ueritatem. Nec eſt oratio quaſi de incertis, ſed certa enunciatio prophetalis. Alij pro ſpontaneis, quia propheta nulla neceſſitate, ſed ſpōte peccauit, male ſentiēs de iudicio Dei. Vel gentes prophetat ſponte crediturus in eū quem venturum promittit. Oratio Habacuc pro ignorantijs. Habacuc dicitur amplexus, eo q̄ dominum amauerit, illiq; ſe iunxerit. Siue luctans. Hæc eſt editio Hieronymi ſecundum Hebræum, quæ hic exponitur. Septuaginta vero hic multum diſcordant ab omnibus & uerbis & ſenſu, ſecundum quos hic non multa ponentur.

Supr. 1. a
Ibidem.

a Oratio Habacuc Propheta pro ignorantijs.

CAP. III.

¶Quod Deus homo.
Domine audiui † audi b
¶Quia mirum.
tionē tuā & timui. c
a ¶Sed. b ¶Et.
Dn̄e opus tuum in d
a ¶In plenitudine temporis.
e medio annorū, uiuifica illud. In me-
a ¶Cum venerit tempus impletionis, oſtende: vera quæ promiſiſti. b ¶Opus tuum. c ¶Non ait, cum intuleris ſupplicia, iratus aliquando non percutit. d ¶Comminatus ve terreas. a ¶Quaſi oblitus dum diſtulit.
dio annorū notū facies, cū iratus f g
fueris, miæ recordaberis. Deus h

ſonam infirmorum de diuinis iudicijs murmurantium, ſicut ibidem fuit dictum, & hoc apparet ex eo quod dicitur hic, Pro ignorantijs in plurali. Si enim loqueretur in perſona propria, conuenientius diceretur in ſingulari, pro ignorantia. Igitur ſicut ſuperius accepit perſonam infirmorum murmurando, ita hic orando, vt peccatum ignorantiæ eis remittetur a domino Domine audiui. Hic conſequenter ponitur oratio in qua propheta ſic procedit: quia primo denunciat deſtructionem Babylonis. Secundo, modum captionis, ibi: Nunquid in fluminibus. Tertio, prorumpit in laudem deuotionis, ibi: Ego autem: Sicut ſupra dictum eſt, propheta deſiderabat potentiam Chaldæorum deſtrui propter eorum malitiam. & de eius futura deſtructione audiuerat diuinam reſponſionem ca. ij. ideo exclamat.

a Domine audiui auditionem tu. i. pœnam Chaldæorum futuram, quam audire me feciſti.

c Et timui. præ admiratione rigoris tuæ iuſtitiæ: Vel aliter: Timui. de pœna infirmorum populi mei de tuis iudicijs murmurantium.

d Domine op. tu. i. punitionem Chaldæorum, quæ fiet virtute tua magis q̄ humana.

e In medio annorum uiuifica illud. i. viuificabis ponendo in effectu. Et iſtud medium annorum referunt aliqui ad Balthaſar. qui interfectus fuit in virili ætate, & ſic in medio annorum ſuorum. Tamen videtur mihi, q̄ melius poteſt referri ad annos deſtructionis templi. a cuius deſtructione vſq; ad primum annum Cyri fluxerunt. lij. anni ſecundum Hebræos. & inde vſque ad eius reparationem ſexto anno Darij, xlvi. anni. Ioban. ij. d. Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc. Et certum eſt, quòd hoc dicebatur de templo per Zorobabel reædificato. Balthaſar vero in quo Chaldæorum regnum defecit, per duos annos fuit occiſus ante primum annum Cyri, in quibus regnauit Darius Mœdus. Danielis quinto. & ſic occiſio Balthaſar fuit quaſi in medio dictorum annorum, quia quinquaginta ſunt ex parte vna: & quadragintaocto ex altera, Sciendum tamen quod. xlvi. anni a primo anno Cyri vſque ad ſextum Darij accipiuntur ſecundum computationem Græcorum & Latinorum. ſecundum Hebræos autem ſunt pauciores, vt plenius dixi Eſther. 1. & Danie. ix. Per hoc tamen non infringitur expoſitio dicta: quia quod eſt inter duos terminos dicitur eſſe in medio, licet plus ſatis diſtet ab uno termino quàm ab alio. & hoc modo primus annus Cyri poteſt dici in medio annorum, licet propinquior ſatis fuerit reparationi templi, quā m eius deſtructioni. De verificatione illius verbi Iohan. ſecundo. d. Quadraginta & ſex annis & c. non eſt multum curandum, quia non eſt verbum Chriſti nec Euangeliſtæ, niſi tantum referendo: ſed eſt verbum Iudæorum obijcientium Chriſto, contra quem multa falſa dixerunt, vt patet ex Euangelijs.

g Cum iratus fueris. populum Iudæ captiuando.

h Miſericordiæ recordaberis. ipſum per Cyrum liberando.

i Deus ab au. Hic alludit propheta hiſtoriæ eductionis populi de Ægypto, q. eſt ad auſtrū reſpectu Iudeæ, & eſt ſenſus. Deus ab auſtro veniet. i. ſicut Deus a parte auſtrali venit cū populo, populū ad terrā pmiſ- ¶ ſionis de

Diuiſio

## GLOS. ORDIN. CAP. III.

Domine au. Lxx. Dn̄e audiui auditum tuum & timui: Dn̄e cōſideraui opera tua & obſtupui, in medio duorum animalium cognoſceris. Domine audi. Hiſtorice audiui pœnas quas diabolo & Nabuchodo. paraſti, & ſicut territus ſum q̄ diabolus ſic cōfodietur: ſic precor quod promiſiſti imple, & finito tp̄e redde Chriſtum, quod pollicitus es, nō moriatur irritum, ſed uiuifica. i. imple, quod & de reſurrectione poteſt accipi, vt mortuus pro nobis viuificetur. Secundum Lxx. Domine audiui in ſcripturis ſermonem tuum aure interiori, & contemplatus ſum opera, vt ex creaturis intelligerem creatorem, & per ea obſtupui ſenſu hominis amiſſo, in ſanctam amentiam verſus ſum, vel admiratione turbatus in laudem tuam erupi dicens:

Hiſto.

c In me. du. a. i. per filium & ſpiritumſanctum pater intelligit. Vel duo Cherubim, qui contra ſe reſpiciunt, & in medio habent oraculum. Vel duo Seraphim quorum alter ad alterū clamat myſterium trinitatis, quorum unus miſſus mundat labia prophetæ, & dicit: Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo, niſi ut ardeat? Sed ſimpliciter Chriſtus inter duos latrones agnitus eſt. Vel a Iudæis & Gentibus hinc inde eum cingentibus. Vel inter duo teſtamenta quæ uitalia ſpirant.

Iſa. 6. b
Marc. 15. c

d Deus ab. Agnitio Dei patris uenit his qui digni ſunt in pleno lumine. & agnitio ſancti. i. filij Dei de monte umbroſo & cōdenſo. i. patre, qui eſt plenus uirtutibus, & omnia protegit & fouet, uel de ſublimitate eloquij, vmbroſi & condenſi, multis teſtimonijs contexti. Vel Pharan, os uidentis dr̄, & de ſermone eruditi uiri uenit notitia filij. Vel ueniet. i. naſcetur in Bethleem, quæ ſita eſt ad auſtrum. Et q̄a ipſe eſt qui dedit legē in Sina, de Pharan ueniet, qui eſt locus uicinus mōti Sina.

Operuit.

## NIC. DE LYRA CAP. III.

Domine audiui. Hic conſequenter ponitur oratio prophetę, cuius tamen præmittitur talis titulus in Hebræo: & eſt de integritate textus, ſicut ſunt tituli in libro Pſalmorum, prout ibidem fuit dictum. Oratio Habacuc prophetæ pro ignorantijs. Et dicunt hic aliqui, quòd propheta peccauit ex ignorantia murmurando de diuinis iudicijs quaſi minus rectis dicens ſupra capitulo primo: Propterea egredietur iudicium peruerſum. & ideo audita diuina reſponſione ſuum peccatum cognouit, & pro eius remiſſione orauit. Sed non uidetur mihi veriſimile, quòd propheta a Deo illuminatus & inſpiratus ignorauerit diuina iudicia fore recta, ſaltem in generali; licet quaſdam rectitudinis forſitan ignorauerit in particulari: & per conſequens non eſt veriſimile, quòd de eis murmurauit in perſona propria, ſed aſſumens per ſonam

## MORALITER.

* a Domine au. Secundū ſenſum literalem capitulū iſtud eſt oratio Habacuc pro gratiarum actione de poteſtatis Babylonicæ deiectione. Myſtice vero eſt oratio pro gratiarum actione de deiectione poteſtatis diabolicæ per Chriſtum. & ſic dicitur: Domi. audi. per prædicationem tuam & diſcipulorum tuorum.
b Auditio. tu. i. obediētiā tuā Deo patri de ſalute generis humani.
c Et timui. amore filiali: quia tanta pro me feciſti.
e In medio annorū viuifica illud. Chriſtus enim. xxxiij. anno quod eſt quaſi medium ętatis humanæ paſſus eſt. & tunc per mortem ſuam uiuificauit genus humanum.
f In medio annorum notum faci. & c. tunc enim liberando patres de limbo notam fecit miſericordiam ſuam contra iram ſuam de peccato Adæ.
m Deus ab auſtro veniet. Hic ponitur modus, quo uenit in mundū, qui proceſſit ex feruore dilectionis diuinæ, Ioh. iij. b. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret & c. & ſignificatur per auſtrum vnde prouenit feruor caloris.

* Et ſanctus



a Operuit. In aduentu Chriſti oīa repleta ſunt gloria. vn̄: Gloria in excel. Deo, & in terra pax ho. bo. vo. Et pacificans quæ in cælis & quæ in terra, Sela hebraice Hiero. ſup. Lxx. diapſalma ſemper i. ipſe qui natus eſt in Bethleem, qui dedit legē in Sina. omnibus præteritis & præſentibus & futuris autor eſt.

b Ibit. i. exeunti de baptiſmo occurret diabolus, & ſtabit ante pedes eius qui tentat. xl. dieb. Stans Saluator & oculo ſuo oīa metiens, Gētes diſſipat, mōtes & colles ſeculi conterit. Vel montes ſunt demones.

c Pro ini. Lxx. Pro laboribus: quia laborant de diuitijs vel honorib. fiunt hoſpitium dæmonum, qui eſſe deberent templum Dei: unde turbantur: quia alti facti ſemper mortem & iudicium timent Madian. i. ex iudicio, quia metu iudicij iam cruciantur. Et ego lōge ante uidi q̄ turbabuntur tentoria Aethiopiæ, & hoc pro iniquitate & turbabuntur pelles. i. tentoria terræ Madian, & hoc fiet pro mutatis fluminib. Vetus teſtamentum trāſit in nouum. Cuius auditorib. lotis in rubro mari, iam nō iraſceris, uel in mari. i. mundo tu (dico) qui aſcendis. Aethiopes tetri qui ueſcūtur carne draconis, dæmones ſunt, quorū tabernaculum fit, qui cunq; in hoc ſeculo pp honores & diuitias laborat: quas poſtq̄ cōſecutus eſt tradit ſe luxuriæ & uoluptatib. vt q̄d auaritia cōgregauit luxuria conſumat: iſte pro laboribus fit hoſpitium dæmonū. Sed poſtq̄ fuerit ditatus & exaltatus, tunc cōſcientia peccatorum ſp̄ mortem & iudiciū formidabit, & cruciat° quos ſe fecit meruiſſe, quotidiano pauore ſuſtinebit.

d Nunquid in flu. Hoc eſt breuiter dicere ſm literam: Sicut Iordanem & mare rubrum ſiccaſti pro nobis dimicans (non. n. inſenſibilib. iratus es) ita nunc quadrigas cōſcendens arcumq; corripiens, ſalutem dabis populo, & q̄ę iuraſti patrib. & tribub. explebis in ſempiternum. Nunquid in flu. Ambigue dictū. Si mala ſunt flumina & mare, iraſcitur Deus & percutit ea. Eloquentia hæreticorum flumen eſt: qui aguntur oī uento doctrinæ, & ſp̄ malitia fluctuāt. Mare ſunt ſuper quos impetus fit dn̄i, vt ſentiant eius aduentū, & ſciant quib. terminis concludantur. Si bona ſunt, laudantur: vt illis leuatur in illis Ieſus, & eccleſiā ſuam ſuper hm̄oi mare collocat.

Super equos

a ¶Ex Aegypto vocaui filiū meū. ¶A Themā quod interpretatur ab auſtro veniet, ergo a meridie a filijs
ab auſtro ueniet: & ſanctus de mō c
a ¶Vmbroſo & condenſo clare lucis.
b ¶Semper vel diapſalma. a ¶Sedit a dextris virtutis Dei.
te Pharan * Operuit cælos gloria c
a ¶Currit velociter ſermo eius. a ¶Quia admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.
eius, & laudis eius plena eſt terra. d
a ¶Quia ſplendor quoq; eius quaſi ſol iuſtitiæ radiauit. b ¶Trophea crucis. ¶Cornua pro regnis ſæpe ponuntur, vel poſtquam miracula eius increuerunt vel coruſcauerunt, manus figuntur in cornibus crucis. ¶Quaſi.
Splēdor eius, ut lux erit: † cōrnua e
¶In ipſis cornibus.
in manibus eius. Ibi abſcōdita eſt f g
¶Exinaniuit ſe vſq; ad mortem.
b fortitudo eius: ante faciē eius ibit h
c ¶Mortē deſtruet. b ¶Eo intrante, fugit diabolus.
† mors. Egredietur diabolus ante pe- i
a ¶Stabit & metietur, ab his diuidet quos aſſumet. K
des eius, ſtetit & mēſus eſt terram. l
¶A glacie.
Aſpexit & † diſſoluit Gentes, & cō m n o
¶Non Dei.
a ¶Qui ante aduentum erant erecti, quorum ſuperbiam nemo humiliare poterat
triti ſunt montes ſeculi. Incurūati p
¶Per prædicatores.
ſūt colles mūdi ab itineribus æter q
a ¶Dei, quia æternitas per carnem venit ad nos, vel ſemper ab initio mundi ad ſanctos venit, per quos iter ſuperborum incuruauit.
nitatis eius, Pro iniquitate † uidi tē r ſ
a ¶Iidem qui tabernacula Aethiopum i. dæmonum.
toria Aethiopiæ, turbabunt pelles t
a ¶Sciſcitatur propheta. ¶Verba Dei quæ manifeſtiora ſunt, & dant potum, flumina dicuntur, ſacramenta, profundum mare.
a terræ Madiā. Nunquid † in flumi- u
nibus iratus es dn̄e, aut in flumini x
b° furor tu°, uel in mari idignatio y z

p Incuruati ſunt col. i. humiliati, & deiecti principes minores.
q Ab itineribus æter. eius. i. a proceſſibus exercituum Cyri & Darij, ab æterno præuiſis a Deo.
r Pro iniquitate. ſcilicet deſtructionis templi a Chaldæis, vt prædictum eſt ca. præced.
ſ Vidi tentoria Aeti. ſcilicet turbata: & ſimiliter Madian. vnde quod dicitur hic: Pelles, in Hebræo habetur Cortinæ. Iſti enim populi fuerunt cum Nabuchodonoſor in deſtructione templi, & cum nepote eius Balthaſar fuerunt debellati.
u Nunquid. Hic conſequenter ponitur modus captionis. Et diuiditur in tres partes, quia propheta primo denunciat captionis modum, ſecundo approbat diuinum iudicium, ibi: Audiui. tertio reuertitur ad propoſitum, ibi: Ficus enim. Prima adhuc in duas. quia primo iſte modus exprimitur. ſecundo, hiſtoria Ioſue alluditur, ibi: Sol & luna. tertio, reuertitur ad narrandum captionis modum, ibi: Viam feciſti. Circa primum ſciendum, quòd Perſæ & Mœdi videntes ciuitatem Babylonis inexpugnabilem propter murorum altitudinem & fortitudinem, longe a ciuitate diuiſerunt fluuium Euphraten in plures alueos, & ſic per alueum principalem diminutum intrauerunt ciuitatem, vbi non erat murus. & hoc eſt q̄d dicitur: Nunquid in fluminibus. i. in Euphrate. qui dicitur flumina in plurali, Tum propter eius magnitudinem, Tum propter diuiſionem dictam.
x Iratus es domine. inferendo Babylonijs effectum tuæ vindictæ q. d. Sic.
y Vel in mari. id eſt in Euphrate qui nominatur mare more Hebraico, quia omnis congregatio aquarum magna mare dicitur, ſecundum illud Gen. 1. a. Congregationes que aquarum appellauit maria.
z Indignatio tua. contra Babylonios. q. dic. Sic: Non enim talis diuiſio Euphratis uidebatur poſſe fieri niſi ſpeciali adiutorio Dei.
¶ Qui

Diuiſio
† ſplendores de locis eius procedebant
Iudic
† cōtra flumina.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ ſionis deducendo. ſecundum illud Deute. ij. b. Nouit dominus iter tuū habitans tecum. xl. annis, ſic veniet cum Mœdis & Perſis ad liberandum ipſum de captiuitate Babylonica.
a Et ſanctus. i. Deus qui eſt ſanctuſſanctorum.
b De monte Pha. i. ſicut perduxit populum per locum illum, Num. x. ita deducet populum illum reducendo in Iudæam.
c Operuit cælos gloria eius. id eſt poteſtas eius glorioſa in deſtructione Babylonica.
d Laudis eius ple. eſt terra. quia de illa deſtructione multæ regiones gauiſæ ſunt, quæ fuerant a Chaldæis afflictæ, vt dictum eſt capit. præce.
e Splendor eius. i. armorum exercitus Cyri & Darij, qui dicitur ſplēdor Dei, eo quòd ille exercitus erat executor diuinæ iuſtitiæ.
f Cornua in ma. eius. id eſt arcus extenti & baliſtæ, quia Perſæ & Mœdi erant optimi ſagittarij.
g Ibi aſcondita eſt fo. eius, quia victoria illi exercitui conceſſa, magis fuit virtute diuina latente quàm humana.
h Ante faciem eius ibit mo. In Hebræ. habetur: Peſtilentia. Aduentum enim Cyri & Darij contra Babyloniam præceſſit mortalitas debilitans uirtutem Chaldæorum.
i Egredie. diab. an. pe. ei. q. tales p̄cuſſiones frequēter fiūt per dæmones, ſicut dicitur de Aegyptijs Pſ. lxxvij. d. Immiſſiões p angelos malos.
k Stetit. Hic incipit verſus alius in Hebræo, & refertur ad exercitum Cyri & Darij, qui ſtetit in obſidione Babyloniæ vſque ad eius captionem. ideo ſubditur:
l Et menſus eſt. quia terra Babyloniæ fuit diuiſa principibus exercitus ſecundum ſuam portionem.
m Aſpexit. ſ. aduerſarios conſiderans.
n Et diſſoluit Gen. ſ. Babylonis, & eam adiuuantes.
o Et contriti ſunt mo. ſeculi. id eſt maiores principes Babyloniæ, qui ante erant altiores in hoc ſeculo.

Incuruati

## MORALITER.

* a Et ſanctus. i. Chriſtus qui dicitur ſanctus ſanctorum. Dan. x.
b De mon. Phara. qui interpretatur frugifer: Chriſtus. n. in humana natura proceſſit de uergine fructifera, quæ dicitur mons, de quo abſciſſus eſt lapis ſine manibus, Dan. ij.
c Operuit cælos glo. & laudis eius plena eſt terra. nam in eius natiuitate angeli cantauerunt. Gloria in altiſſimis Deo. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis, Luc. ij. b.
e Splendor ei. ut lu. e. ſ. in euidentia doctrinæ miraculis cōfirmatæ.
f Cornua in ma. ei. i. manus eius in cornibus crucis fuerunt extenſæ. Et ibi eſt figura quæ dicitur Hypallage. ſicut cum dicitur: Perflauit fiſtula buccas, id eſt bucca perflauit fiſtulas. Et hoc modo exponunt aliqui doctores illud Iere. xj. d. Mittamus lignum in panem eius. i. mittamus Chriſtum qui eſt uiuus panis in lignum crucis.
g Ibi ab. eſt fort. eius. vnde Iudæi dicebant Matt. xxvij. e. Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere.
h Ante faciem eius ibit mors & c. quia per mortem Chriſti mors & diabolus fuerunt expulſi.
k Stetit. Hic incipit uerſus in Hebræo. ideo non coniungitur literæ præcedenti, ſed ſequenti ſic. Stetit & menſus eſt terram. Chriſtus enim ſtetit in medio diſcipulorum poſt ſuam reſurrectionē, & miſit eos prædicare per orbem: Matthæi vltimo. d. Euntes docete omnes Gentes & c. ideo dicitur:
m Aſpexit, & diſſoluit Gentes. aſpexit enim eas oculo miſericordię, & diſſoluit a vinculo idololatrię.
o Et contriti ſunt montes ſeculi. id eſt maiores principes mundi.
p Incuruati ſunt colles. id eſt minores principes, quia multi de illis & de iſtis ſubmiſerunt humiliter colla ſua iugo Chriſti. & ſubditur cauſa.
q Ab itineribus æternitatis eius. id eſt ex miraculis virtute diuina (quæ eſt æterna) factis.
r Pro iniquitate. hic ponitur punitio Iudæorum pro morte Chriſti, cum dicitur: Pro iniquita. ſcilicet Iudæorum.
ſ Vidi tentoria Aethiopiæ. i. poteſtatis Romanæ quæ dicitur Aethiopia, eo quòd erat idololatrijs omnium Gentium denigrata.
t Turbabuntur pelles ter. Ma. i. Iudæę, quia Madian interpretatur contentio. Iudæa namque pro Chriſti morte permiſſa eſt a Deo rebellare Romanis, ex quo ſecuta eſt eius deſtructio.
u Nunquid in fluminibus iratus es & c. q. dic. contra res inſenſibiles quæ peccare non poſſunt, non eſt ira tua, ſed contra Iudæos, quibus


* dediſti legem

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Super eq.tu.*animas ſanctorum. In his currib.equitās totum luſtrat mundum, & intendit arcum & nō interim emittit: vt qui modo territus fuerit,nō ſentiat emiſſionem: & hoc facit ſemper, Semper.n.in ſanctis armatus ſedet, & diſcurrit in ſalutem orbis. & per hoc diuides & diſperges fluuios terræ dimicantes aduerſus tuum populum. vel fluuijs ſcindetur terra, vt in terræmotu noui fontes emanent,ali obturentur, ita per aduentum Chriſti orbe cōcuſſo,fontes Iſrael obturati ſūt, Apoſtoli emanauerunt. Sicut venæ corporis ſanguinem habent,ſic venæ terrarum aquas latentes quæ concuſſione erumpunt. ſic & anima naturaliter habet aquas, ſed per ſe cordiam latentes verbo Dei concuſſæ erumpunt. hi ſunt putei Abraham, quos Philiſthæi obſtruunt.

† Quia aſcendiſti

Gen. 26.c

Gene. 9.b ſ ſcidiſti

b *Fluuios.* Quia ſuſcitauit dñs arcum ſuum, vt tribub. iuramenta redderet quę locutus eſt. Conſequenter dr: *Fluuios*, aduerſus tuum populum dimicantes diuides atque diſperges.

c *Gurges aq.* Sūt aquę ſempiternę,quę fluūt de fontibus Iſrael: Sunt breues quæ fluūt in mare, quarū finis pditio eſt:hæ ſunt hæreſes,quę ad tps florēt. Gurges impetus & perſecutio eorū ceſſauit,& tunc abyſſus.i.inferi laudauerunt te. tunc etiam ſuperbi.i.angeli quaſi plauſu manuum eleuatarum victorem demonſtrarunt.

d *Sol & luna.* Sol tuus & luna, quæ pondere malorum & errore tenebrarum operiebantur,receperunt lumen ſuum priſtinum.

† ira calcabi

e *In lu.* Sagittæ leuiores haſta maior. Sagittæ ſūt plagæ Dei.haſta eruditio.

f *In fremitu.* Quando populi tui vindicabis iniuriam, terrena regna calcabis, & oēs Gentes admirari facies,qa egreſſus es in ſa. po tu. & veniſti ad eos cum Chriſto tuo: quo veniente percuſſiſti Antichriſtum in hoc ſeculo. quod eſt in maligno poſitum. vel ipſum diabolum qui impietatis caput eſt.quē eiecit de hoſpitio,vt ibi habitet iuſtitia.

g *Egreſſus es in ſa. po. tui & c.* quia ad te ingredi non poterant.

h *Percuſſiſti caput de do.* Sicut eccleſiæ & omnis viri Chriſtus caput,ita cūctorum dæmonum, qui in hoc ſeculo dimicant, eſt caput Beelzebub princeps dæmoniorum: & ſingulæ eorum turmæ habent capita & principes ſuos,v.g. Spiritus fornicationum habent præpoſitum ſuum, ſpiritus vanæ gloriæ, ſpiritus mendacij, ſpiritus infidelitatis habent præſides militiæ ſuæ. Sed clementiſſimus Deus, vbi fuerat caput peſſimū, eo abſciſſo ſepe ponit caput optimum. Tradunt Hebræi Reſeph dæmonis eſſe nomen,qui principatum tenet inter alios: & propter nimiam velocitatem atque in diuerſa diſcurſum auis & volatile nuncupatur. ipſumq; eſſe qui in paradiſo ſub figura ſerpentis mulieri ſit locutus, & ex maledictione qua a Deo condemnatus eſt accepiſſe nomen. Siquidem Reſeph reptans venter interpretatur.

1.Cor. 11.a

Reſeph archidęmonis nomen ſecūdum Hebræos,& quare.

i *Denuda.* LXX. Suſcitaſti vincula vſq; ad collum in finem,vt depoſito priori iugo, vincula charitatis leue iugum ſubeamus in curru Chriſti. Hic compulſi per Selah poſuerunt in finem. *Denuda.* i.abſcondita eius aperta feciſti, non ad breue tempus,ſed in perpetuum *Denudaſti fun.* Fundamentum Chriſti, quod eſt in anima, Allophyli terra obruerant: ſed eiecta terra & optimum fundm nudatur,vel ornatur,vt alij ponunt, vt appareat & ſuam recipiat claritatem,& hoc in ſempiternū.

Mat. 11.d

k *Eius impij.* Impius eſt vel Nabuchodonoſor vel omnis aduerſarius po-

---

tua? † Qui aſcendes ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ† ſaluatio. Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum, iuramenta tribubus quæ locutus es*. Fluuios † ſcindes terræ: uiderunt te, & doluerunt montes, gurges aquarum tranſijt. Dedit abyſſus uocem ſuam, altitudo manus ſuas leuauit. Sol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo, in luce ſagittarum tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. In† fremitu conculcabis terram, & in furore obſtupefacies Gentes. Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cum Chriſto tuo. Percuſſiſti caput de domo impij, denudaſti fundamentum eius

¶Vel det. ¶Apoſtolos. a ¶Quatuor euangeliſtæ. b ¶Vel intendens. ¶Scripturæ reuelantur. a ¶Et ſic reddes iuramenta tribubus & patribus pro miſſa. a ¶Semper vel diapſalma. b ¶Mundanam ſapientiam, diſſipabis. & hoc videbunt & dolebunt populi ſuperbi. ſed tamen apoſtolica doctrina tranſiit in omnem terram,iniqui quidem contra leuantur. c ¶Fluuijs manantibus. a ¶O.Deus. b ¶Ad pœnitentiam. c ¶Potentes ſeculi. d ¶Et tunc. ¶Impetus & perſecutio. ¶Vel ſapientes ſunt abyſſus. a ¶Hi per quos illuxit populo. ¶Sol & Luna, Chriſtus & Eccleſia. ¶Prædicatorum ¶Apoſtoli. a ¶Chriſti, qui dicitur electa ſagitta. b ¶In prædicatione apoſtolorum,qui & fuere viſi ſunt. a ¶De maieſtate vel ceremonijs Iudæorum & de templo.vnde:Relinquetur vo.domus ve.deſerta. ¶De mundo.

bus. & aliqui de decem in Iudæam.

g Fluuios ſcin.i. *Euphraten modo ſupradicto, ita q eſt repetitio eiuſdem ad maiorem expreſſionem.*

h Viderunt te aquæ.*in effectu poteſtatis tuæ.*

i Et dolu.mont.*id eſt ſuperbi Babylonij.*

k Gurges aq.t.*i.impetus Euphratis a ſuo alueo diuertit modo prædicto.*

l Dedit abyſ. vo. ſu. *i. fundus Euphratis denudatus aquis:ita oſtendit Dei virtutem ſuper Babylonios, ac ſi clamaret ſicut dicitur ca.præce.Lapis de pariete clamabit.*

m Altitudo. *ſ. ipſe Deus,qui non ſolum dicitur altus in cōcreto, ſed ēt altitudo in abſtracto,ſicut dicitur ueritas & iuſtitia,& hoc propter excellentiam ſuæ altitudinis.*

n Manus.*ad puniendum Chaldæos.*

o Sol & lu. *Hic propheta alludit hiſtoriæ Ioſue cum dicitur:Sol & lu. ſicut ſteterunt pugnante Ioſue contra Chananæos in ſignū diuinę virtutis ſibi aſſiſtentis,ſic aſſiſtet virtus Dei Mœdis & Perſis pugnantibus contra Chaldæos.ideo ſubditur:*

p In luce ſa. *i.eorum ſagittæ a te dirigentur ad interficiendum Chaldæos, & ſimiliter eorum haſtæ,propter quod dicitur tuæ quia a te directæ in executionē tuæ iuſticiæ.*

q In fremi. *exercitus Cyri & Darij.*

r Concul.*ſcilicet Babylonis.*

ſ Et in fu.*i.in vindicta tua.*

t Obſtupe. *ad auxilium Baby. venientes.*

u Egreſ.*i.egredieris cum Mœdis & Perſis eos dirigendo.*

x In ſa.*qa per illā victoriā Cyrus dedit populo licētiā reuertēdi in Iudæā. io ſubditur.*

y In ſa. *i.Cyro,de quo dicitur Iſaiæ xlv.a. Hæc dicit dominus Chriſto meo Cyro &c. Sciendū tamē, q Cyrus ibi nō dicitur Chriſtus,niſi inquantum fuit figura Ieſu Chriſti. & ideo hæc litera ad Ieſum Chriſtum principaliter eſt referenda, vt ſit ſenſus. Sicut fuiſti cum Cyro ad liberationem populi tui de Babylone, ſic eris cum Ieſu Chriſto ad liberationem populi de inferno. quæ ſalus eſt figurata per ſalutem populi a Cyro datam.*

z Percuſſiſti ca.*i.Balthaſar regem.*

b Denudaſti fun. *e ius vſque ad collum. id eſt manifeſte oſtendiſti multiplex eius uitium per uindictā tuæ effectum.*

¶ Maledixiſti

## NICOLAVS DE LYRA.

a Qui aſcen.*ſic eſt in libris correctis & in Hebræo.*

b Super equos tuos.*i.ſuper equos Mædorum & Perſarum, dando eis & equitibus virtutem capiendi Babyloniam.*

c Et quadrigæ.*in quibus pugnabant antiquitus.*

d Salua. *Captio enim Babyloniæ fuit ſaluatio populi Iudæ per Cyrum liberantem eum a captiuitate.*

e Suſcitans. *i.arcus Mœdorum & Perſarum, qui dicuntur tui,quia ad ad executionem tuæ iuſtitiæ extenti.*

f Iuramenta. *i.ad ſeruandum iuramenta,quæ feciſti Abraham,Iſaac, & Iacob de terra a tribubus poſſidenda, quia per hoc redierunt duæ tribus, &*

## MORALITER.

* dediſti legem & prophetas,& ipſi occiderunt te.

a *Qui aſcendes ſuper equos.*ſ.ad faciendum vindictam de tanta nequitia.Et reſpondet dicens:

e *Suſcitans ſuſci.ar.* id eſt exercitum Romanorum in quo ſagittarij multi erant.

f *Iuramenta tribu.* id eſt ad implendum patribus promiſſa, quæ per Chriſtum ſunt impleta in eius morte,& reſurrectione, & crucifigentium Iudæorum deſtructione.

g *Fluuios ſcindes.* Hic agitur de diſcipulorum Chriſti prædicatione poſt eius aſcenſionem, cum dicitur: *Fluuios ſcindes ter.& c.* Dicuntur enim prædicatores fluuij,mundum rigantes doctrina ſalutari,quia tunc fuerunt ſciſſi. i. diuiſi ad prædicandum in diuerſis partibus mundi.

h *Viderunt te aq.& do.mo.*i. principes Romani, qui videntes fidē Chriſti augmentari doluerunt & eam extinguere voluerunt,ſicut patet de Nerone & pluribus alijs ſequentibus.ideo ſubditur:

k *Gurges aqua.* i. impetus perſecutionum tranſiit ſuper Chriſtianos vſque ad tempora Conſtantini. de quo ſubditur:

l *Dedit abyſſus & c.*Per altitudinem intelligitur Conſtantinus cui totus orbis erat ſubiectus: ipſe uero manum ſuam leuauit ad protegendum Chriſtianitatem: & tunc abyſſus dedit uocem ſuam, quia Chriſtiani prius in abyſſo tribulationis poſiti eruperunt ſolenniter in diuinam laudem.

o *Sol & luna ſtete.*i. Chriſtus & beata virgo patenter honorati fuerunt in eccleſijs, qui prius colebantur in criptis & locis occultis.

p *In luce ſagittarum tuarum ibunt & c.* Tunc enim doctores eccleſiæ libere diſcurrerunt ad prædicationem fidei Chriſtianæ. Sed quoniam perfecta victoria Chriſti erit in morte Antichriſti, ideo ſubditur de ipſo:

q *In fremi.*ſ.exercitus Antichriſti, qui erit a Deo permiſſiue. Sed quia Deus illam tribulationem breuiabit, ideo ſubditur:

u *Egreſſus es in ſalutem & c.*ſcilicet electorum.

z *Percuſſiſti caput & c.*ſcilicet Antichriſtum.

a *De domo impij.*id eſt diaboli.

b *Denudaſti fu.ei.*i. denudabis fallaciam eius per Enoch & Eliam.

* Maledixiſti



aduerſarius populi non Dei ſolum ſceptris ſed & capiti q percuſſeras bellatorum qui venerunt vt turbo ad diſpergendū.i.vt euerterent Iſrael & captiuarent.Ita autem exultāt vorantes pauperem Iſrael ſibi ſubiectum, quaſi hoc in abſcōdito facerent, id eſt te ignorante. Veniſti itaque ad prælium p populo tuo, & quadrigas mittens in aquas.i.in Gentes multas. feciſti eis viam in luto.i.vt conculces, & quaſi lutum conteras eos.

a *Sicut eius.* Sed ita vane, ſicut qui occidit pauperem, quem putat diuidet.

b *Audiui.* In perſona ſua de toto populo. *Audiui & con.* Et ego per ſpiritum audiui quæ patientur equi, & caro tremuit: & ab hac voce contremui.

c *Ingredia.* Nunc libenter patimur anguſtias oēs,& a tua cōminatione totis viſceribus tremimus: & non hoc ſolum ſed vltro appeto, *Ingredia.*

d *In oſſibus.* Non ſolum in carne,ſed etiā in medullis oſſium & ſtratus putredine corporis & vermib. ſcateat, vt cū pro peccatis ſuſtinuero anguſtias omnes captiuitatis,requieſcam cum Abraham,Iſaac & Iacob,& cæteris q ſunt populus accinctus. Hæc allegoricè, vt ſit allegoria mixta hiſtoriæ: qa aliquādo hiſtoria ipſa metaphoricè texit, nec ſemper eius metaphora allegoriam ſonat. Secundū hiſtoriā autem in perſona populi dicit ſe libenter in captiuitate pati queli bet,vt eo tempore quieſcat quo maledicet ſceptris impij & equi concul cabūt lutum, vt poſt cū ſanctis Zorobabel & Ieſu reuertatur in terrā pro miſſionis ſed hoc non vult litera libri. Videns hic pphta deſtructionē inimicorū victoria Dei reuertitur ad ſeipſū, dicens ſe malle cū iuſtis tribulari, q̄ cū malis æternaliter cruciari.

e *Tribulationis.* quia tunc oīa auferētur homini,ſecundum illud:Homo cum interierit non ſumet omnia,neq; deſcendet cum eo gloria eius.

f *Ficus.* Ideō hic volo pati, & poſt aſcendere ad po.accin.qa veniet dies tribulationis, & cæteris in anguſtia conſtitutis, ego lętabor in tua maieſtate: vel cū venerit dies Iudaicæ euerſionis: ego pereunte populo electus ſum,& ſociabo me diſcipulis Chriſti aſcendens montana: qui in mōte eos docet relictis inferius turbis,qa ficus ad quā venit eſuriens.i.populus Iudæorū non dat poma. & ideo maledicitur, nec fert fructū non in ſecula ſeculorū: ſed vſq; in ſeculum.i.cum Gētes intrauerint.Hæc eſt ficus,p qua rogat agricola.i.Gabriel vel Michael,cui cōmiſſus eſt populus Iudæorū, i.p paſſione precatur,da eis ſpacium pœnitentiæ & noli ſubuertere,& ſi qdem fecerit fru.ſuſpenſiuē ſubaudiaī, transferes in alterā vineā.i.eccleſiā. Venit tertiò per legem, per prophetas,p ſeipſum.Poſt paſſionem data pœnitentia. xlij.annis,quia non fecit fructum ſubuerſa eſt. qui vero conuerſi ſunt ad populū Gentium tranſlati ſunt,ad quem propheta aſcendit. Vinea i.populus qui non fecit fructum, ſed ſpinas: non iudicium, ſed clamorem dicens: Crucifige crucifige eum. Et: Non habemus regem niſi Cæſarem, qui occidit poſt ſeruos filium: & ideo exterminauit eam aper de ſilua. Oliua.i.populus cuius ramis fractis oleaſter inſeritur: Vel: Ficus,ſpiritus ſanctus pro pomorū dulcedine. Vinea,Chriſtus quæ dicit: Ego ſum vitis:oliua pater a quo omne lumen.In libro Iudicum dicitur ligna ſiluarum veniſſe ad has arbores, vt regnent ſuper ſe, quod nunq̄ fit, Sed rhamnus imperat eis quæ habet ſpinas & ignem, vt vulneret & comburat arua. Ieruſalem olim in montibus ſanctis, nunc campeſtris dicitur, quæ nō ſolum non alit rationales, ſed nec pecora & boues qui portent iugum Dei, hæc omnia auferentur a populo, quia inique egit in Deum. Si autem diem tribulationis de conſumatione accipis, omnia ad eos referes qui dicunt ſe eſſe de eccleſia non habentes opera.& ficus,vinea,oliua.i.trinitas nō auferet eis fructum ſuum, & non ſolum non habent frumenta hominum ſed nec cibos pecorum & iumentorum & pro montibus in humili reuertantur.

g *Ego autem in & c.* Iudęis per orbem diſperſis dicit pphta ex perſona credentium: Sed ſi de cōſumatione accipis ſic dicetur:Sicut percuſſa Aegypto,ficus,vinea,oliua,cāpi non dabant fructum & deficiebant pecora,qa non habebant cibos

& Iſrael:

---

uſque ad collum. * Maledixiſti ſceptris eius,capiti bellatorum eius, uenientibus ut turbo ad diſpergendum me. Exultatio eorum, ſicut eius qui deuorat pauperem in abſcondito. Viam feciſti in mari equis tuis, in † luto aquarum multarum. Audiui, & conturbatus eſt uenter meus: à uoce contremuerunt labia mea. † Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me† ſcateat. † Vt requieſcam in die tribulationis, ut aſcendam ad populum accinctum noſtrū. Ficus enim nō florebit, & nō erit germen in uineis. Mentietur opus oliuę, & arua nō afferent cibum. Abſcindetur de ouili pecus: & non erit armentum in preſepibus. Ego autem

¶Vt præbeant colla equiti Chriſto. b ¶Diminuendo. c ¶Regnis. a ¶Sedet in inſidijs cum diuitibus in occultis. a ¶Illis deſtructis. b ¶Huius ſeculi,vbi eſt lutum curarum. ¶Prædicta. ¶Ne ſimile ſuſtinerem. ¶Scilicet tua. a ¶Fauor mentis in ore ſignatur. a ¶Sed. ¶i.libenter patiar quod paſſus eſt Iob. ¶Vel tus. a ¶In conſummatione mundi. a ¶Die illa dies iræ.dies cala. & mi. b ¶Malorum. c ¶Semper enim aſcenditur a iuſto. a ¶Fortem bellatorem. ¶Hæc audet dicere tribulatus. a ¶Aliud promittit: Omnia quæ dixerit Deus faciemus, & aliud facit.

a Maledixiſti ſceptris eius.*i.dominationibus eius.*

b Capiti bellatorum eius.*i. principi ſuæ militiæ.& ſubditur cauſa:*

c Venientibus ut tur.*i.cum impetu & furore.*

d Ad diſpergendum me.*i. populum meum in Ieruſalem & Iudæa.*

e Exultatio eorum. *in deſtructione ciuitatis & templi, captiuatione populi.Sicut eius.*

ſ Viam feciſti. *Hic propheta reuertitur ad narrandum captionis Babylonicæ modum,ſicut in cantilenis idem frequenter repetitur, qui modus fuit per diminutionem Euphratis,qui dicitur hic mare,ſicut & ſupra eſt dicitur:* Viam feci.*i. in Euphrate.*

* Selah. Perfodiſti baculis eius caput exercitus eius

g Equis tuis.*i.equis Mœdorum & Perſarum, qui dicuntur tui, eo quòd a te ſunt directi in executione tuæ iuſtitiæ.*

h In luto. *quia alueus Euphratis non erat totaliter deſiccatus,& ſic erat ibi lutum derelictum ab aquis multis, quæ ibi ante fuerant.*

i Audiui. *Hic conſequenter propheta approbat iudicium diuinum de captiuatione populi ſui ad purgationem peccatorum, dicens:* Audiui.*ſcilicet populum infirmum murmurantem contra tuum iudicium de eius captiuatione.*

k Et conturbatus. *Timui enim, ne ſuo murmure ad iram prouocaret te.*

† Et

l A uoce.*ſ.murmuris eorum.*

m Contremuerunt. *quaſi loqui non potentia, ſed tantum cum tremore moueri.*

n Ingrediatur putredo. *q. d. captiuitas ſuper nos inducta qua aliquando putreſiunt corpora,eſt patienter toleranda.*

o Vt requieſcam. *a labore captiuitatis.*

p In die tribulatio. *i.tempore Babylonicæ deſtructionis.*

q Vt aſcendam. *de Chaldea in Iudæam per Cyri licentiam.*

r Ad populum accinctum. *id eſt armis paratum.Sic enim aſcenderunt filij Iſrael de Babylone, propter periculum hoſtium in via. Vel dicitur populus accinctus. id eſt diſpoſitus ad gradiendum. Et loquitur hic propheta in perſona populi de Babylone rediturl, quia tempore illius captiuitatis ipſe erat in Iudæa ſecundum hiſtoriam Danie.xiij.Quamuis enim non ſit autentica,tamen probabilis reputatur.*

ſ Ficus.*ſuprà poſuit modum captionis Babylonis, ex debellatione ciuium, hic idem oſtendit ex defectu victualium.dominus enim ante aduentum Cyri & Darij contra Babyloniam induxit terræ ſterilitatem, ita q fortalitia non potuerunt ſufficienter muniri, ideò dicitur: Ficus enim non florebit.id eſt modicum florebit, ita q faciet modicum fructū, quaſi pro nihilo reputandum, ſecundum qd dicitur.ij. Phyſicorum. Qd modicum eſt,quaſi nihil reputatur:& etiam ſecundum communem modum loquendi quo dicitur: nibil eſt in arboribus quādo ibi eſt modicus fructus,& ita intelligitur illud quod ſubditur de vineis,oliuis & aruis.*

t Abſcindetur. *quia propter defectum paſtus animalia poterunt parum fructificare.*

v Ego autem.*Audita Babylonis deſtructione,& populi Iudæ liberatione propheta exclamat,dicens:*Ego autem in domino gau.*applaudens diuinæ iuſticiæ & liberationi populi Iudæ.*

¶ Et exulta-

## MORALITER.

* a *Maledixiſti ſceptris.*i.regibus ſibi adhærentibus.

c *Venientibus.*ſ.impetuoſè ad deſtructionem eccleſiæ.

e *Exultatio.*ſecundum illud Prouerbio.ij.c. Lætantur cum maleſecerint.

f *Viam feciſti in ma.*huius mundi.

g *Equis tuis.*i. Antichriſto & ſequacibus ſuis, q̄ erūt ſicut equus & mulus. Dicūtur aūt equi Dei,qa diſcurrēt ex eius permiſſione.

h *In luto aquarum mul.*i.carnalium fęditatum quas Antichriſtus cum ſuis exercebit.

i *Audiui.* Multi namq; Chriſtiani audientes acerbitatē pſecutionis Antichriſti,& timentes de propria fragilitate mori pręelegerunt ante dictā tribulationem ne deficerent in ea. & ſic dicitur in eorum perſona: *Audiui.* futurum Antichriſtum.

k *Et conturbatus.*i. cor meum præ horrore.

m *Contremuerunt labia mea.*non potentia loqui prę timore.

n *Ingrediatur pu.& c.*i.vtinā ſim mortuus anteq̄ veniat Antichrs.

o *Vt requieſcam.*ſ.in ſepulchro,quādo erit Antichriſti tribulatio.

q *Vt aſcendam ad populum accinctum.*no.i. ſocietatem ſanctorum in corpore & anima poſt iudicium. Et quoniam tunc ceſſabit generatio,ſequitur:

s *Ficus enim non flo.*& ſubditur ſanctorum vita,cum dicitur:

v *Ego autem in domino.*& patet ſententia.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

& Iſrael exultabat. ſic in fine mundi, qn̄ refrigeſcet charitas,
E & non dabit fructus operum, tunc iuſtus lætus dicet: *Ego autem in domino gaude.* & eductus ad ſummum cantabo tropheū, qui in principio dixi: Clamabo & non exaudies, qui de iuſtitia eius & de iudicio cauſatus ſum, laudabo æquitatem.

Sup. 1.a

## NIC. DE LYRA.

a in dn̄o gaudebo, & exultabo in Deo
a ¶Quia. b ¶Non iuſtitia legis. ¶Non aliud.
b † Ieſu meo. Deus dominus fortitudo
a ¶Vt calcem ſuper aſpidem & baſiliſcum. b ¶Inter cæteros qui habent uirtutem cerui, ponet me.
c mea, & ponet pedes meos quaſi ceruorum. & ſuper excelſa mea deducet
a ¶Qui primus in agone vicit. b ¶Inter angelos canam triumphum eius, & in terra pacem hominibus.
d me † uictor in pſalmis canentem.

†Salute mea

† ut trium phē in muſicis inſtrumentis

¶ a Et exul. in Deo &c. *i. ſalutari meo liberante populum meum de captiuitate Babylonica, & ſecundum hoc Ieſus eſt nomē appellatiuum. ſed quia dictum eſt* ꝙ *liberatio de captiuitate Babylonica figura eſt liberationis patrum de limbo inferni, ſic ſiēda per Ieſum Chriſtum, & vtramque liberationem uidebat propheta futuram. ideo Ieſus eſt hic etiam nomen proprium.*

b Deus dominus for. mea. *educendo me ſua uirtute. primo de Babylone. ſecundo de inferno, ut dictum eſt. & ſic eſt uerbum prophetæ loquentis in perſona populi in Babylone captiuati, & in lymbo detenit.*

c Et ponet. *quia redeuntibus de Babylone dedit uirtutem & agilitatem gradiendi, & liberatis de limbo uirtutem egrediendi, & ad cęlum aſcendendi. ideo ſubditur:* Et ſuper excelſa. *quia populus de Babylone rediens aſcendit in Iudæam, quæ eſt terra montuoſa, & potiſſime quia uenit in Ieruſalem, & ibi templum fundauit in monte Sion. 1. Eſdræ. iij. & detenti in inferno aſcenderunt in cælum cum victore Chriſto.*

d In pſal. *quia populus rediens de Babylone Deum laudabat in uia & magis in termino. 1. Eſdræ. 3. Et ſancti cum Chriſto aſcendentes cum diuinis laudibus aſcenderunt in illis ſine fine perſeuerantes. Pſal. lxxxiij. a. Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Ad quam nos perducat &c.*

In ca. Habacuc. iij. vbi dicitur in poſtil. hic conſequenter ponitur oratio prophetæ.

## ADDITIO.

Circa materiam huius orationis propheticæ ipſius Habacuc valde varie ſe habuerunt expoſitores. quidam. n. Hebræorum dicūt, quod hæc oratio fuit facta pro quadam ſterilitate tunc futura. Ad quod faciunt aliqua in hoc cantico contenta, vt cum dr̄: Nunquid in fluminib. iratus es domine? quia in ſterilitate ceſſante pluuia di-
F minuuntur fluuia. Similiter cum dicit: Suſcitabis arcum tuum: intelligunt de iride, de qua Ge. ix. b. Arcum meum ponam in nubib. qui quidem arcus in tpe pluuię ſolet apparere. vnde Ezech j. g. Velut aſpectum arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ. vnde propheta orabat ſm̄ eos, vt appareret ille arcus, & ſic pluuiæ fluerent more ſolito. Similiter cum dicit: Ficus. n. non florebit, & non erit germen in vineis &c. Abſcindetur de ouili pecus &c. Totum attribuunt ſterilitati prædictæ, pro qua dicunt prophetam oraſſe ne populus periret per prædictam plagam. vnde dicit: In medio annorum viuifica illud. i. in medio annorum ſterilitatis prædictæ: & ſuper hoc petit: Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Alij vero hoc cāticum exponunt de deſtructione Babyloniæ, & de modo captionis eius ſicut in poſtilla cum aliquibus variationibus, de quibus non eſt curandum. Sed ſaluo ſemper meliori iudicio, hæc oratio magis videtur pertinere ad myſterium Chriſti. & ad hoc videtur tēdere gloſſa ordina. pro maiori parte. quod ſatis apparet ex eius deuota compoſitione. Eſt enim compoſita ad modum pſalmorum Dauid, qui inter prophetas expresſius de myſterijs Chriſti deuote cecinit. & ideo in tota ſacra ſcriptura non inuenitur hæc dictio Selah in Hebræo niſi in Pſalterio & in hoc cantico, vnde cum dicitur hic: Sanctus de monte Pharam, & in alijs certis locis ponitur in Heb. Selah, quod eſt diapſalma ſecundum Lxx. Secūdum quam expoſitionem hoc quod dicitur in tit. ſ. Oratio Habacuc prophetæ pro ignorantijs. continuatur ad præcedentia ſic. Dixerat. n. propheta ſuperius increpando idololatras. Væ qui dicit ligno expergiſcere &c. & ſequitur: Ecce iſte qui coopertus eſt auro & argēto, & omnis ſpiritus non eſt in viſceribus eius, quia idola licet ſint ſubtiliter & ſumptuoſe fabricata, nullam tamen ſpiritualem gratiam ſeu virtutem vel uitam in ſe continent. Sed de Deo vero ſubdit econtrario: Dominus in templo ſancto ſuo. ſ. Deus incarnatus, qui cum ſit in corpore ſibi vnito dicitur eſſe in templo ſuo, iuxta illud Ioh. ij. d. Soluite templum hoc, qui tantæ virtutis eſt, quòd cum ſit in prædicto templo ſuo, eius dominio tota terra. i. totus mūdus ſibi ſubijcitur. de quo ſubdit: Sileat a facie eius omnis terra. Et quia ꝓpheta in ſpiritu videbat, quòd circa cognitionem Chriſti incarnati de quo ſtatim dixerat: Dominus in templo ſancto ſuo: multi errores habebant conſurgere, ideo orat pro ignorantijs: de quo dicitur in tit. Oratio Habacuc pro ignorantiis, ne iuſti in huiuſmodi caderent ignorātias. Et quia myſterium hoc habuerat non per cognitionem naturalem, ſed ex fide quæ eſt ex auditu. ideo in exordio ſui cantici ſeu orationis dicit: Domine audiui auditum tuum & timui, ſcilicet timore filiali cauſato ex deuota reuerentia tanti myſterij. Conſequenter petit auditum prædictum impleri, dicens:

pleri, dicens: Domine opus tuum in medio annorum viuifica il-
G lud. Vbi notandum ꝙ hoc qđ dicitur hic: In medio annorum non debet intelligi de medio rei geometrice loquendo ſeu arithmetice: ſed de medio rationis. prout philoſophus accipit medium in. ij. Ethicorum dicens, quòd virtus moralis in medio conſiſtit, ſcilicet per conformitatem ad rationem rectā, & ſimiliter in propoſito medium annorum intelligendum eſt ſecundum conformitatem ad rationem diuinę (quæ ſumme recta eſt) præordinantem aduētum Chriſti in tempore cōformi dictamini ſuæ rationis. in quo q̇dem tempore eſt temporis plenitudo, de qua Apoſtolus ca. iiij. a. ad Gal. Cū venerit plenitudo tēporis. & ſic intelligenda eſt glo. interlinearis, quæ ſuper iſtud uerbum: In medio annorum dicit. ſ. in plenitudine temporis. Et quia non ſuffeciſſet, ꝙ opus Dei, ſcilicet incarnatio filij fieret, niſi hominibus notificaretur, ideo ſubdit: In medio annorum notum facies. Et quia timebat propheta ne ex humana malitia hoc beneficiū impediretur, ideo ſubdit: Cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Conſequenter oſtendit, quomodo illud opus Dei. ſ. incarnatio venit in notitiam ſeu cognitionem noſtram, dicens: Deus ab auſtro ueniet. ſ. in meridie. Sicut. n. in meridie ſol maxime lucet, ſic ad fidem incarnationis maxima lux ſaltem ſupernaturalis requiritur. Et quia deuenitur ad huiuſmodi fidem per ſcripturarū teſtimonia, ideo ſubdit: Et ſanctus de monte Pharam. ſ. de monte vmbroſo & denſo, per quod ſacra ſcriptura quæ hoc myſterium variis locutionibus & vmbroſis figuris tradit, intelligitur. Conſequenter de eius natiuitate dicit: Ope. cę. glo. eius. Nato. n. domino, angeli Gloria in excel. cecinerunt. Et quia de eius prædicatione & vita & miraculis totus orbis fuit repletus, ideo ſubdit: Et laudis eius plena eſt terra. Conſequenter quia Chriſtus qui ſol iuſticiæ dr̄, tanq̄ lux vera irradiat in mundo, ideo dicit: Splendor eius vt lux erit. Et quia hm̄oi ſplendor fuit quodammodo occultatus in cruce, ideo ſubdit: Cornua in manibus eius. ibi abſcondita eſt fortitudo eius: & ibi eſt finis verſus apud Hebræos. & eſt ſenſus: Cornua in manib. eius. i. trophæa crucis ſecundum gl. quia per extenſionem manuum Chriſti in cruce cornua aræ crucis ſunt expreſſa: In qua quidem cruce abſcōdita eſt fortitudo eius, quia exinaniuit ſemetipſum &c. vſq; ad mortem. Conſequenter de effectu paſſionis eius dicit: Ante faciē eius ibit mors, q̇a moriendo mortem noſtram deſtru. Conſequen-
H ter de effectu paſſionis dicit: Egredietur diabolus ante pedes eius. Quod pōt intelligi de expoliatione inferni, qui diabolus pōt dici. vel ſecundum gloſſ. quia Chriſto ingrediente in corde fugit diabolus. Conſequenter dicit: Stetit & menſus eſt terram. & hic incipit verſus in Hebræo. Ad cuius intellectum in continuatione ad præcedentia & ſequentia ſciendum ꝙ quia ꝓpheta dixerat, ꝙ fortitudo Chriſti erat abſcondita in cruce: ideo hic declarat quō ſua potentia prout eſt Deus, fuerat antea valde patēs & oſtenſa. & ſpecialiter in operib. quæ fecerat in tpe veteris teſtamenti. Quorū aliqua præcipua hic narrat, ex quib. vnum eſt ꝙ diuiſit terrā Amorrhæorum & Chananæorum in hæreditatem filijs Iſrael. Quæ quidē diuiſio facta fuit per menſuram in funiculo diſtributionis, vt habetur Ioſue. xiii. de quo dicit: Stetit & menſus eſt terram. ſ. promiſſionis modo prædicto. Et ſequitur: Aſpexit & diſſoluit Gentes. ſ. habitantes in illa, quia fuerunt ab ea ſeparati per mortē & captiuitatē & hm̄oi. Et quia reges eorum erant magni & fortes ab antiquo, vt dicitur in Pſalmo: Qui occidit reges fortes &c. ideo ſubdit: Contriti ſunt montes ſeculi. Incuruati ſunt colles mūdi &c. Si autem quæratur, quare in huiuſmodi narratione incipit propheta ab acquiſitione ſeu diuiſione terræ, & prætermiſit illa quæ fuerunt in deſerto & hm̄oi, dicendum, ꝙ de datione legis quod fuit potiſſimū & principale, iam aliquid tetigerat propheta, cum dixerat: Deus ab auſtro ueniet &c. & hoc ſignificando principaliter aduentū Chriſti. vt ſupra expoſitum eſt. & alludendo illi hiſtoriæ de datione legis in monte Sinai qui erat vicinus monti Pharan, de quo fit hic mentio. Conſequenter narrat fortitudinem Dei oſtenſam in antiquis poſt acq̄ſitionem & diuiſionē terrę, de quo dicit: Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiæ. Vbi notandum, ꝙ vbi nos habemus Aethiopię. in Hebr. habet Chuſan, qđ eſt nomen ꝓpriū cuiuſdam qui afflixit filios Iſrael, eo ꝙ offenderāt Deū colendo idola: ſed q̇a poſtea pœnituerunt & exclamauerunt ad dn̄m: Deus ſaluauit eos per Otoniel fratrē Caleb, vt hr̄ Iudi. iij. b. et ſic Deus oſtendit potētiā ſuā puniēdo idololatras et miſerēdo pœnitētibus. Rō aūt quare trāſlatio noſtra habet Aethiopiæ eſt, q̇a Chus ſignat Aethiopes. et ideo pro Chuſam tranſtulit Aethiopiā. ſed ad veritatē Aethiopia nō eſt Chuſam ſed Chus. Chuſam. n. eſt nomē ꝓpriū hoīs vt dictū eſt: et ſic habetur in Chaldaica tranſlatione. Cōſequēter dicit: Turbabuntur pelles terræ Madiā: In quo tangit hiſtoriā Gedeon cum Madianitis. qui ab eo fuerunt turbati et victi, vt hr̄ Iudic. vii. Conſequenter dicit. Nunquid in fluminibus iratus es dn̄e? etc. in quo oſtendit potentiam Dei alludendo hiſtorijs de diuiſione maris rubri & Iordanis, non ſeruato tamen ordine temporis, nec exprimendo factum,



A do factum, ſed more poetico tangendo. Et quia Deus ſe habuit in iſtis, vt uir pugnator pro ſalute populi, ideo ſubdit: Qui aſcendes ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio. Similiter quod ſubditur: Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum, intelligitur eodem modo, ſcilicet conſiderando Deum ac ſi eſſet fortis eques, & expertus ſagittator. Et quia iſta & ſimilia fecit Deus vt ſeruaret iuramenta quæ fecit patribus, de hoc quòd ſemen eorum poſſideret terram promiſſionis, ideo dicit: Iuramenta tribubus quæ locutus es, & ſequitur: Fluuios ſcindes terræ &c. in quo eſt replicatio prædictorum ad maiorem confirmationem. Quod autem ſequitur: Gurges aquarum tranſijt. intelligitur de aquis Iordanis, quæ deſcendentes tranſierunt, & ſic remanſit abyſſus diſcooperta. vnde de hoc dicitur Ioſue. iij. c. Aquæ quæ inferiores ſunt decurrent atque deficient: ſed aquæ altæ ſteterunt quaſi immobiles. de quo dicitur ibi: Quæ autem deſuper veniunt in una mole conſiſtunt. & hoc eſt quod hic dicitur: Altitudo manus ſuas leuauit: per altitudinem intelliguntur aquæ altiores ſcilicet ſuperiores. Quæ leuauerunt manus ſuas, id eſt amouerunt poteſtates ſuas ne currerent naturali curſu. Conſequenter alludit hiſtoriæ Ioſue de ſtatione ſolis & lunæ. Ioſue. x. de quo dicit: Sol & luna ſteterunt. Et quia ibi Deus miſit lapides grandinis magnos de cælo, quibus percuſſi fuerunt aduerſarij, ideo ſubdit: In luce ſagittarum tuarum ibunt. Lapides enim illi qui non ſine fulgure mittuntur, eſtimantur vt ſagittæ ſeu haſtæ lucentes. Et quia ex huiuſmodi percuſſionibus miraculoſis habitatores terræ Chanaam fremuerunt & ſtupuerunt, ideo dicit: In fremitu conculcabis terram, & in furore obſtupefacies Gentes. Conſequenter reuertitur propheta ad loquendum de Chriſto. Ad quod ſciendum, quòd ſuperius propheta dixerat quòd potentia Chriſti fuerat in cruce abſcondita. de quo dicit ibi. Abſcondita eſt fortitudo eius. & poſtea oſtendit quòd eius potentia in antiquis fuerat multipliciter publicata. Et hoc cum dicit: Stetit & menſus eſt terram &c. vſque ad iſtum locum. Nunc autem, oſtendit quòd licet potentia Chriſti in cruce abſcondita fuerit, tamen fuit magna & ſalutifera operans. Vnde dicit: Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cum Chriſto tuo, & ſequitur: Percuſſiſti caput de domo impij, quia princeps dæmoniorum qui in ligno vincebat, in ligno victus fuit a Chriſto, & ſequitur: Denudaſti fundamentum eius vſque ad collum: quia vt dicitur in gloſſa: Abſcondita eius, aperta ſunt non ad breue tempus. ſed in perpetuum, & ſequitur: Maledixiſti ſceptris eius &c. Totum exponitur de poteſtatibus diabolicis, quæ frequenter veniunt
B ad diſpergendum iuſtos. Et ſequitur: Exultatio eorum ſicut eius qui deuorat &c. Iſti enim aduerſarij humani generis ſe habent vt exultantes cum deuorant pauperem in abſcondito, eo modo quo dicitur in Pſalmo: Inſidiatur in abſcondito, vt rapiat pauperem &c. & ſequitur: Viam feciſti in mari equis tuis in luto aquarum multarum. Quod a multis exponitur de tranſitu maris rubri, ſed continuando ad prædicta videtur exponendum ſicut in gloſſa de mari huius ſeculi: vbi eſt lutum curarum & ſollicitudinum multarum, in quo mari Chriſtus fecit viam equis ſuis, id eſt iuſtis quos regit ſicut eques equum ſuum: & hoc dando eis exempla vitæ & conſilia ſaluberrima, per quæ poſſent vitare fluctuationes & pericula huiuſmodi curarum & ſollicitudinum. Prohibuit enim Chriſtus ſollicitudinem futurorum & temporalium. Matthæ. vj. c. Et ſic facit viam in huiuſmodi mari turbulento. Conſequenter dicit: Audiui & conturbatus eſt venter meus &c. Ad cuius declarationem ſciendum, quòd propheta conſiderans ex prædictis duo principaliter intendit. Vnum eſt tribulatio quam Chriſtus paſſus eſt in

eſt in cruce, vbi abſcondita eſt fortitudo eius, vt dixerat. Secun- C
dum eſt fructus ſalutiferus ſuæ paſſionis, de quo dixit: Egreſſus es in ſalutem populi &c. Conturbatus eſt in mente & contremuerunt labia ſua, quaſi neſciens loqui ex turbatione tantæ contrarietatis, ideo dicit: Audiui, ſcilicet prædicta ex fide, quæ eſt ex auditu. Et conturbatus eſt venter meus, ſcilicet mens mea. quæ eſt intrinſeca, ſicut venter inter membra corporea intrinſecus eſt. Contremuerunt labia mea, quia loquela turbabatur ex vehementia turbationis intrinſecæ. Ingrediatur putredo &c. id eſt ingreditur, quia turbatio mentis redundabat etiam in membra ſolida, quæ ſunt oſſa. Et reddens rationem tantæ turbationis & tremoris dicit: Vt requieſcam in die tribulationis. & eſt ſenſus, quòd propheta habeat requieſcere & conſolari in ſalute ab eo deſiderata, quæ tamen facta eſt in die tribulationis, ſcilicet in tempore paſſionis Chriſti: Et nil mirum, ſi propheta de hoc tremebat & conturbabatur de tribulatione paſſionis, etiam ſi ex ea ſequeretur fructus ſalutis, cum etiam Chriſtus imminente paſſione contriſtabatur, & cœpit tedere & mœſtus eſſe. Matthæ. xxvj. d. Conſequenter propheta turbabatur ex hoc quòd habebat commiſceri cum populo Iudaico, qui procuraturus erat mortem Chriſti. Et de hoc dicit: Aſcendam ad populum accinctum noſtrum, id eſt aſcendam in Iudæam ad populum illum qui paratus eſt cum armis ad occidendum Chriſtum. Et notandum, quòd vbi nos habemus in hoc loco accinctum noſtrum. In Hebręo dicitur. יגודנו legudenu. & eſt omnino ſimile verbum. Gene. xlix. c. circa benedictionem Gad, in quo loco tranſlatio noſtra habet: Præliabitur ante eum. vnde & in hoc loco ſic debuiſſet dicere: Et aſcendam ad populum, qui præliabitur ante eum, id eſt contra eum: & ſic ſententia erit planior ad propoſitum. Et ſequitur: Ficus enim non florebit &c. vbi videtur loqui propheta parabolicè de populo Iudaico aſſimilando eum ficui non florenti, vel vineæ non germinanti, & huiuſmodi, ſicut Iſa. c. v. aſſimilat illum populum propheta ad literam vineæ non fructuoſæ. & eſt ſenſus: Ficus enim, id eſt ille populus: Non florebit in illo tempore: Nec erit germen in vineis, quia perdidit virorem gratiæ. Mentietur opus oliuæ: quia de iuſto dicitur: Ego ſicut oliua fructifera in domo domini. Similiter & intelligendum eſt hoc quod dicit: Et arua non afferent cibum, ſcilicet de cibo ſpirituali. Abſcindetur de ouili pecus &c. quia iam tempore illo deſinet eſſe grex domini, ſicut nec populus. vnde Danie. ix. g. Occidetur Chriſus, & non erit eius populus qui eum negaturus eſt. Conſequenter pro- D
pheta ex illis duobus conſideratis, ſcilicet quorum vnum erat valde triſtabile, ſcilicet afflictio paſſionis, & aliud magni gaudij & exultationis, ſcilicet fructus ſalutiferus eius, inclinat ſe ad gaudium, quia perpetuum & indeficiens. & de hoc dicit: Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo. quaſi diceret, licet illam triſtitiam conſidero quæ magna eſt, tamen quia tranſitoria, eam dimitto, & gaudebo in domino qui eſt æternus. Et exultabo in Deo Ieſu meo, ſcilicet in ſua ſaluatione quæ æterna eſt. & ſequitur: Deus dominus fortitudo mea, ſcilicet ad tolerandum prolixitatem ſpei. Et ponet pedes meos quaſi ceruorum, ad attingendum terminum deſideratum velociter. Et ſuper excelſa deducet me, ſcilicet ſuper alta & ſuperba quæ huic ſaluti contrariantur. Et ſic ero victor in Pſalmis canens. Et nota, quòd vbi dicitur hic: Victor in Pſalmis canens. ponuntur ſimilia verba ſicut in titulo quarti Pſal. vnde iſtud canticum proprie eſt ſicut vnus de Pſalmis Dauid.

## Incipit expoſitio prologi in Sophoniam prophetam per venerabilem fratrem Britonem.

TRadunt Hebræi &c. *In iſto prologo procedit Hieron. per hunc modum. Primo ponens quandam regulam Hebræorum prophetæ perſonam deſcribit. ſecundo ponit interpretationem nominis quæ prophetæ congruit, ibi: Nomen Sophoniæ &c. tertio repetit carnalem prophetæ genealogiam: ex qua ſpiritualem elicit, ibi. Iſte ergo propheta &c. Quarto, dicit cuius regis tempore prophetauit, ibi: Ioſiam regem Iudæ &c. quinto prophetiæ materiam tangit, ibi: Ideo Deus per prophetam. Item in prima parte commendatur propheta*

## *Incipit Prologus ſancti Hieronymi in Sophoniam Prophetam.*

a TRadunt Hebræi cuiuſcumque prophetæ pater aut auus ponatur in titulo, ipſos quoque prophetas fuiſſe. Vnde & Amos vnum de duodecim prophetis qui dixit: † Non ſum propheta, nec filius prophetæ, ſed paſtor caprarum uellicans ſycomoros: patris no- b men in titulo non habere. Hoc c

*propheta ſiue deſcribitur a tribus. primo ab officij dignitate, ibi: Hoc ſi uerum eſt, Sophonias propheta. ſecundo a nominis præfiguratione vel congruitate, ibi: Qui nomine (vt ita dicam) prophetico. tertio a generis nobilitate, ibi: Glorioſa maiorum &c. Alias diuiſiones ponemus in locis ſuis. Dicit igitur.*

a Tradunt Hebræi. *i. regulariter dicunt.*
b Vellicans ſycomoros. *id eſt diſcerpens folia ſycomorum & aliarum arborum ad paſtum pecorum: vide ſupra in ij. prologo ſuper Amos.*
c Hoc ſi verum eſt &c. *Hic deſcribitur perſona prophetæ, quantum ad duo. ſ. quantum ad præfigurationem nominis, cum dicitur: Qui (vt ita dicam &c.) & quantum ad nobilitatem originis, ibi: Et glorioſa maiorum, Dicit igitur:* Hoc ſi uerum eſt. *quod Hebræi tradunt.*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a Sophonias propheta. (vt ita dicam) per quandam eſſentiæ demonſtrationem, ſicut dicitur mulier egregia forma.
b Qui nomine prophetico. i. prophetalis officij præfiguratiuo.
c Et. i. etiam.
d Glorioſa maiorum ſuorum ſtirpe generatus eſt. Hoc verbũ, eſt, ſumitur bis in conſtruendo, & ſæpe verba quæ pluries reſumuntur ponuntur in fine ſententiæ, vt hic & in Ouidio epiſtolarum. Tu dominus, tu vir, tu mihi frater eras, dicit Briſeis Achilli. dicitur ergo. Qui no. pro. i. prophetalis officij præfiguratiuo vel prophetæ congruo. In ipſa enim impoſitione nominis huius præfiguratum videtur quod eſſet propheta futurus. Et ita videtur exponere litera ſequens quæ dicit ꝙ vtraq; nominis interpretatio prophetæ conuenit. & ſic videtur litera ſequens exponere præcedentem. Alij dicũt, ꝙ quinione eſt ibi vna dictio, dicunt enim ꝙ quinio quinionis dicitur collectio quinq; in vno ordine: ſed non eſt multum in vſu, & propter hoc dicit Hiero. (vt ita dicã) quia ergo quatuor præcedentes prophetæ cõnumerantur hic Sophoniæ: dicunt ꝙ ex his fit quinio. Eſt ergo ſenſus. Hoc ſi verum eſt. vt ſuprà Sophonias propheta in quadam quinione prophetica & glorioſa ſtirpe maiorum ſuorum. i. præcedentium prophetarum generatus eſt. Quidquid ſit de veritate literæ, iſta lectura reprehenditur de manifeſta incogruitate: Eſt ibi. n. ſolæciſmus, cum quinio ſit tantum maſculini generis teſte Priſciano, qui dicit in quinto maioris voluminis: In quinio antecedente quando non ſunt verbalia vel participalia, maſculina ſunt vt ſtellio, gurgulio. Quando ſunt verbalia ſiue participalia, fœminina ſunt: vt oratio, actio, coniugatio, coniunctio, interiectio. Quid ergo dicemus de vnio vnionis? Nõne pro cõiunctione uel cõgregatione inuenitur in fœminino? dico ꝙ Sic: ſed tunc per ſyncopam dicitur ab vnitio vnitionis quod eſt nomen verbale deſcendens ab vnio vnis. nam ab vnus vna vnum dicitur hic vnio lapis precioſus ſic dictus, quia tantum vnus & nunquam duo vel tres ſimul inueniuntur. Item vnio dicitur punctum vnum in teſſera. & ſimiliter credo, ꝙ quinio ſi aliquid ſignificet, ſignificat quinq; puncta in teſſera. ſic ſenio ſignificat ſex. & tunc deriuatur à quinus quina quinũ. His dictis lectori iudicium relinquo.

Ouidius in epi. Hiero. — Priſcianus

e Auum. ab aueo aues. quod eſt cupio cupis, quia multum auet nepotes.
f Proauum. patrẽ aui quaſi prope auum.
g Amariam. non Amaſiam, vt quidam falſi libri habent. Alia enim interpretatio habet Amarias, & alia amaſias. vide in interpretationibus.
h Atauum. proaui patrẽ, quaſi alterum poſt auum. & inde dicitur abauus, quaſi longe ab auo.
i Et talem. prophetæ quadrigis & aurigis cõparãtur. vnde de Elia dicitur. iiij. Reg. ij. b. Pater mi currus Iſrael & auriga eius. Simile dicitur de Eliſæo. iiij. Reg. xiij. Grego. Auriga agitat, currus portat. Doctor ergo qui mores populi per patientiam ſuſtinet, & ſacri eloquij verbum docet, & currus dicitur & auriga. Currus, quia tolerando portat, auriga, quia exhortando agitat.
k Nomen Sopho. Hic ſecundum interpretationem nominis commendatur propheta à duobus. Primò ab officij ſublimitate, ibi: Alij ſpeculã. ſecundò à myſteriorum cognitione, ibi: Alij arcanum domini. & tertiò commendatur à conuenientia vtriuſque, ibi: Siue igitur ſpecula. Dicit igitur: Nomen Sopho. id eſt hoc nomen Sophonias &c.
l Vtrumq;. i. vtraq; interpretatio.
m Prophe. conue. ſ. ꝙ habuit ſpeculandi officium & noticiam myſteriorum. & hoc probat Hiero. per verbum domini factum ad Ezechielẽ prophetam. ſ. Fili hominis &c. Ezech. iij. & xxxiij.
n Iſte ergo pro. Hic repetitur prophetæ generatio carnalis cùm dicitur: Filius erat Chu. &c. ex qua elicitur generatio ſpiritualis. cùm dicitur: De fortitudine & cætera. Oſtenditur ergo hic quòd ſicut perſona a perſona naſcitur, ſic & donum oritur a dono. litera plana eſt.
o De fortitu. itaque domini natus eſt ſermo domini. Hic notatur quòd fortitudo vitæ debet præcedere ſermonem doctrinæ, vt prius quis faciat quam doceat. Act. 1. a. Cœpit Ieſus facere & docere. Eccleſiaſt. xxxiij. a. Conſeruabit diſciplinam & tunc reſpondebit. Eccleſiaſt. xlviij. a. Surrexit Elias propheta quaſi ignis: & verbum ipſius quaſi facula ardebat. Iohan. v. dicitur de Iohanne: Ille erat lucerna ardens & lucens. Bern. Tantum lucere eſt vanum: tantum ardere parum, ardere & lucere perfectum.

†1. Cor. 15. b — †4. Re. 22. & 23. 2 Pa ra. 34. & 35

Siuerum eſt Sophonias propheta, qui nomine (ut ita dicam) prophetico & glorioſa maiorum ſuorum ſtirpe generatus eſt. Habuit enim patrem Chuſi, auum Godoliam, proauum Amariam, atauum Ezechiam: & talem quadrigam ipſe velut extremus auriga compleuit. Nomen Sophoniæ, alij ſpeculam, alij arcanum domini tranſtulerunt. Siue igitur ſpecula: ſiue abſconditum domini interpretetur, utrumque prophetæ conuenit. Dicitur enim ad Ezechielem: † Fili hominis, ſpeculatorem domui Iſrael te poſui. Iſte ergo propheta, qui erat in ſpecula & in ſublimibus conſtitutus, & nouerat myſteria domini, filius erat Chuſi qui interpretatur humilitas. Habebat quoque auum Godoliam, qui dicitur magnitudo domini, & proauum Amariam, qui & ipſe vertitur in ſermonem domini: & atauum Ezechiam, qui ſonat fortitudo domini. De fortitudine itaque domini natus eſt ſermo domini, & de ſermone domini nata eſt magnitudo domini, & de magnitudine domini nata eſt humilitas, ut cum peruenerit aliquis ad perfectum dicat, † quia non ſum dignus uocari apoſtolus: Et illud in Pſalmis. † Domine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei. Ioſiam regem Iudæ cuius temporibus Sophonias prophetaſſe inuenitur, Deo præ omnibus regibus Iudæ placuiſſe † hiſtoria quarti libri Regum & ſecundi Paralipomenon demonſtrat. Ioſias ſimulacra, quæ pater ſuus Amon uel auus Manaſſes in templo Dei collocauerat, deiecta comminuiſſe

p Et de ſermo. Hic notatur quòd doctor non debet ex doctrina ſua quærere magnificentiam propriam: ſed laudem Dei & gloriã. 1. Theſ. 2. a. Exhortatio noſtra non de errore neque de immundicia neque in dolo: ſed ſicut probati ſumus a Deo ut crederetur nobis Euangelium: ita & loquimur: non quaſi hominibus placentes: ſed Deo qui probat corda noſtra. & ſequitur ibi. Nec quærentes ab hominibus gloriam &c. Col. iij. c. Omne quodcumque facitis in uerbo aut in ore &c. 1. Cor. x. g. Omnia in gloriam Dei fa. Eccleſiaſt. li. d. Dedit mihi dominus linguam mercedem meam: & in ipſa laudabo eum.
q Et de ma. quia quo quis verius Deum magnificat tanto ſeipſum magis humiliat: Exod. iiij. b. Ex quo locutus es ad ſeruum tuum impeditioris & tardioris linguæ ſum. Mar. 1. a. Veniet fortior me poſt me: Ecce magnificatio Dei: Cuius non ſum dignus procumbens ſoluere corrigiam calciamentorum eius. Ecce humilitas ſui. Nata eſt ergo humilitas ſecundum motum: non ſecundum eſſentiam. 1. Cor. xv. b. Non ſum dignus vocari Apoſtolus. Et adde quòd de Chuſi id eſt de humilitate ortus eſt Sophonias, id eſt domini ſpeculator, id eſt ſublimatus ad arcem ſpeculationis: quod ſignificatur Lucæ. xix. a. vbi dicitur de Zachæo qui ſtatura puſillus erat, quod aſcendit in arborem ſycomorum vt videret Ieſum. Sycomorus interpretatur ficus fatua Grego. Contemplari Dei ſapientiam non poſſunt qui ſibi ſapientes videntur, quia tanto ab eius luce longè ſunt, quanto apud ſemetipſos humiles non ſunt: quia in eorum mentibus dum tumor elationis creſcit: arcem contemplationis claudit.
r Ioſiam regem. Hic deſcribitur rex in cuius tempore Sophonias prophetauit. Commendatur autem hic rex Ioſias a tribus. Primum eſt quòd Deum præcipuè coluit. Secundum quòd idolorum ſimulacra & idololatriam deſtruxit. ibi Ioſias ſimulacra &c. Tertium eſt quòd feſtum Paſchæ intermiſſum multis temporibus celebrauit, ibi: Idem cuſtodiſſe Paſca &c.
t Quarti libri Regum. xxiij. e. Similis illi non fuit ante eum rex qui reuerteretur ad dominum in omni corde ſuo & in tota anima ſua: & in vniuerſa virtute ſua iuxta omnem legem Moyſi: neque poſt eum ſurrexit ſimilis illi.
u Et ſecundi Paralipo. xxxiiij. a. Octauo anno regni ſui cum adhuc eſſet puer cœpit quærere Deum patris ſui Dauid.
x Ioſias. ſimulacra comminuiſſe. iiij. Regum. xxiij. fere per totum. ij. Paralipomenon. xxxiiij. a. ſculptilia ſuccidit atque comminuit. Item in eodem. b. Mundauit Iudam & Ieruſalem ab excelſis, & lucis, ſimulacris & ſculptilibus.
y Quæ pater ſuus Amon &c. ij. Paralipomenon. xxxiii. d. Cunctis idolis quæ Manaſſes fuerat fabricatus immolauit atque ſeruiuit. iiii. Regum. xxi. d. Seruiuit immundicijs quibus ſeruiebat pater eius, & adorauit eas.
z Vel auus Manaſſes. iiii. Regum. xxi. a. Aedificauit excelſa quæ diſſipauerat Ezechias pater eius: & erexit aras Baal: & fecit lucos ſicut fecit Achab rex Iſrael: & adorauit omnem militiam cæli & coluit eam. Et fere eadem verba dicuntur de eo. ii. Paralipomenon. xxxiii.
ſ Præ omnibus regibus Iudæ &c. Contra Eccleſia. xlix. b. Præter Dauid & Ezechiam & Ioſiam omnes peccauerunt. Sic ergo videntur Ezechias & Dauid parificari Ioſiæ. Reſpondeo. Ezechias prærogatiuam habuit in miraculis pro eo factis. iiij. Regum. xx. & Iſa. xxxviij. Dauid in humilitate & ſpiritu prophetico: Ioſias in cultu religionis: Vel poteſt dici quòd ſimpliciter fuit melior & feruentior Ezechia, ſed non Dauid. & poſſet dici quòd Dauid non



fuit ꝓprie rex Iudæ. Reges. n. Iuda dicũtur ꝓprie, q regnauerũt tantũ ſuper duas tribus. Reges aũt Iſrael ſuꝑ decẽ tribus in Samaria. Dauid vero ſuper duodecim tribus regnauit. vnde cõparatio ipſum non recipit: ſed illos qui tantum duabus tribubus præfuerunt: quibus oĩbus melior fuit Ioſias. Item ſuper illud. iiii. Reg. xviij. b. Non fuit ſimilis ei de cunctis regibus Iuda. Dicitur in hiſtorijs. Si quæritur de Ioſia, dicimus quòd Ioſias iſte melior fuit eo: ſed iſte præponitur ei in hoc, ꝙ magnificatus eſt præclaris bellorum titulis: & ꝙ tria inaudita fecit dominus ꝓ eo: ſolis regreſſum, additionem annorum, ſtragem hoſtium per angelum.
a In quibus etiam ſerpentem. Cõtra. iiij. Reg. xviij. a. dicitur de Ezechia: Confregit ſerpentem æneum quem fecerat Moyſes. Itẽ magiſter dicit in hiſtorijs, ꝙ Ezechias confregit ſerpẽtem æneum quem fecit Moyſes, & puluerem eius diſperſit in torrentem Cedron. Reſpondeo. Quidam dicunt, ꝙ hæc uerba tracta ſunt a Ioſepho, qui errauit hoc dicendo, ꝙ nec hoc inuenitur alio modo, nec in libro Regum, nec Paral. Poteſt & aliter dici. Dicitur. n. in hiſtorijs de Ioſia. Omnia veſtigia idololatriæ redegit in puluerem: & veſtigia ſerpentis ænei quẽ cõtriuit Ezechias: ob hoc in prologo Sophoniæ legitur Ioſias ſerpentem contriuiſſe. Vnde dicitur ꝙ aliqđ fruſtum relictũ fuit ab Ezechia, quod poſt ab idololatrantibus Iudæis habebatur in reuerentia: quod comminuit Ioſias. Vel poteſt dici hoc qđ dico minuit: non eſt de textu prologi licet inueniatur in multis libris. Et tunc conſtruitur litera ſic: In quibus. id eſt inter, quæ ſimulacra.
b Quem errori. id eſt ad quem errorem. ſ. idololatriæ:
c Inductus populus. populus dico.
d Detentus ſuper. Id eſt cum approbatione receperat.
e Aeneũ. ſer. Num. xxi. non dixit ꝙ deſtruxerit: qa hoc legitur de Ezechia. iiij. Reg. xviij. b. Si aũt inueniatur Minuit: ſicut in aliquibus libris ſcribitur: tunc dicendum eſt ſicut prædiximus: ꝙ Ezechias confregit ſerpentem quem Ioſias comminuit quantùm ad aliquam partem: q iã adhuc in reuerentia habebatur. Et tunc conſtruitur litera ſic: In quibus. i. inter quæ ſimulacra. Minuit vel comminuit: Serpentem &c. Quẽ er. in. i. peccauerat. Admittere. n. dicitur peccare vel recipere: Populus (in quam) detentus ſuper. i. vitioſa religione vel ſuperſtitioſa obſeruatione: Idolorum. i. in cultu idololatriæ.

monſtratur. In quibus etiam ſerpentem æneũ a Moyſe factum, quem errori inductus populus ſuperſtitione idolorum detentus admiſerat. Idem cuſtodiſſe Paſcha: & intermiſſis temporibus multis ſolus celebraſſe mõſtratur. Ideo Deus per prophetam tẽporibus memorati regis, quę prouẽtura erant oſtendens, Gentibus quidem lectione comprehenſis aſſuturum iudicium: populo verò Iſrael ſalutem & ciuitati Ieruſalem reſtaurationem, tunc temporis tribuendam textu lectionis denunciauit.

f Idem cu. iiij. Reg. xxiij. e. Nec. n. factum eſt tale Phaſe a diebus iudicum, qui iudicauerunt Iſrael et omnium dierum regũ Iſrael & regum Iuda: ſicut in xviij. anno regis Ioſiæ &c. Eadem ſñia legitur. ij. Par. xxxv. a.
g Ideo Deus per pro. &c. Hic tãgitur materia prophetiæ, quæ cõſiſtit in tribus: in Gẽtium deſtructione, in Iſraelitici populi liberatione, in ciuitatis Ieruſalem reparatione. Iſta tria ſatis patent in litera. Dicit igitur: Ideo ſ. propter bonitatem regis Ioſiæ.
h Gẽt. ſ. Philiſthæis, Moabitis & Aſſyrijs.
i Lectione comp. Soph. ij. Gaza deſtructa erit &c. Ibi noĩantur ciuitates Philiſthinorum, quæ deſtruendæ erãt. Item in eodẽ cap. Moab vt Sodoma erit & filij Ammon quaſi Gomorra. Et ſequitur in eodem capitulo. Et perdet Aſſur & ponet ſpecioſam in ſolitudinem. hoc dicit contra Niniuen.
k Aſſuturũ iu ſ. cõdẽnationis et deſtructionis: qđ ſonãt uerba cõminationis. Vnde dicitur: Gaza deſtructa erit, Moab vt Sodoma erit, & cæt.
l Populo vero Iſra. ſalu. i. liberationẽ a captiuitate. 1. Eſdræ. 1.
m Et ciuitati Ieruſalem reſtauratio. 1. Eſdræ. vi.
n Tunc tempo. tribuen. ſ. quando Gentes quibus comminatur deſtruẽtur: Iere. xxx. a. Ecce ego conuertam conuerſionem tabernaculorum Iacob: & tectis eius miſerebor: & ædificabitur ciuitas in excelſo ſuo: & templum iuxta ordinem ſuum fundabitur.
o Textu lectionis. Sophoniæ. iij.

*Incipit Argumentum.*

Sophonias ſpeculator & arcanorum Dei cognitor, audit clamorem a porta piſcium & eiulatum a ſecunda, & contritionem a collibus: Indicit quoque vlulatum habitatoribus pilæ, quia conticuit omnis populus Chanaan, & diſperierunt uniuerſi, qui inuoluti erant argento.

GLOSSA ORDINARIA.
CAP. I.

Verbum domini. In titulo generatio prophetæ & tempus notatur. Inter nomina patrum ponitur etiã Chuſi quod interpretatur Aethiops meus: in quo notatur, ꝙ ille, qui quondam fuit Aethiops uerſus eſt in pœnitentiam. Iuxta illud: Aethiopia præueniet manus eius Deo. Et recte Sophonias quaſi filius Aethiopis. In cõſequentibus de pœnitentia ſcribit Aethiopum, dicens: Trans flumina Aethiopiæ inde ferent hoſtias mihi in diebus Ioſiæ. ſicut dicuntur dies Eliæ hi qui ab eo illuminati ſunt: ita & dies Ioſiæ, qui ſe leuauerunt ad Deum, quia Ioſias eleuatio domini dicitur: & fuit vir iuſtus. Simulq; notandum, ꝙ hic non ponuntur reges Iſrael: ſed reges Iuda tantum: quia iã decem tribus ſub Ezechia ab Aſſyrijs captiuatæ erant. Prophetatur de euerſione Ieruſalem & de captiuitate Iudę & Beniamin per Nabuchodonoſor: quæ captiuitas interfecto Ioſia, uiſa eſt incœpiſſe: quia filij eius & nepotes non tam regnaſſe credendi ſunt quàm ludibrio habiti ab Aegyptio rege & Chaldęis & diuerſis caſibus cruciati. Et cum hęc captiuitas pro ſceleribus populi immineret: ne populus dicat ſe ꝑ malos reges ad idololatriam cogi: datus eſt ei rex iuſtus: quo zelante zelum domini & populo in cultu idolorum perſeuerante iuſta iræ cauſa profertur a domino. Sophonias, ſpecula vel arcanum. In ſpecula enim & in ſublimi conſtitutus erat ſecundum illud: Fili hominis ſpeculatorem poſui te domui Iſrael. Et myſteria Dei nouerat. Vnde: Non faciet dominus quidquam niſi reuelauerit prophetis ſuis.
b Amon regis Iuda. Id eſt fides. Manaſſes poſt multa ſcelera, & poſt captiuitatem in Babyloniam egit pœnitentiam: unde conſecutus eſt Dei miſericordiam. & ideo in argumentum fidei ſuę qua crediderat Deo, filium ſuum vocauit Ammon.

Congregans

*Incipit Sophonias propheta.*
CAP. I.

Verbũ domini, quod factũ eſt ad Sophoniam filium Chuſi filij Godoliæ, filij Amariæ, filij Ezechię, in dieb⁹ Ioſię filii Amon regis Iuda. † Cõgregãs cõgregabo oĩa a facie terræ, dicit dñs:

[Interlinear: Hoc eſt. — Aethiops meus uel humilitas. — Magnitudo Dei. — Se mo dñ. — Fortitudo dñi. — Eleuatio domini. — Fides. — Non ultra tribuam locum pœnitentiæ: ſed a facie terræ conſumã omnia.]

Pſal. 81. b — † deficiendo deficere faciam.

Poſtilla venerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ſuper Sophoniam prophetam incipit.
CAP. I.

Verbum do. Prophetia Sophonię in duas partes diuiditur: in proœmiũ, & tractatum: qui incipit, ibi: Cõgregans. In proœmio notificatur Sophoniæ ſtatus, genus & tp̃s. Status, cũ dicitur: Verbũ domini quod factum eſt &c. Per hoc. n. oſtenditur ipſum fuiſſe ꝓphetã. ij. Petri. 1. Nõ volũtate humana allata eſt aliquãdo ꝓphetia: ſed ſpiritu ſctõ inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines. Et iſte ſtatus eſt quaſi medius inter Deum & communem populũ: propter quod prophetæ dicuntur dij participatiue: ſecundum quod exponit Saluator illud Pſ. Ego dixi dij eſtis. dicens Io. x. g. Illos dixit Deos ad quos factus eſt ſermo Dei. Secundo notificatur eius genus, cum dicitur:
b Filium Chu. &c. Secundum regulam Hebræorũ iſte fuit propheta: eo ꝙ exprimitur nomen eius in principio prophetiæ filii ſui. ſicut dictum eſt Iſa. 1. Et idẽ eſt intelligendum de alijs tribus hic nominatis: licet non habeantur eorũ prophetiæ. Et ſic patet ꝙ iſte Sophonias nõ ſolum fuit propheta: ſed de genere prophetali: quia pater eius, auus, & proauus, & atauus, fuerunt prophetæ. Tertio: notificatur tempus, cum dicitur:
c In diebus Io. Ex quo patet ꝙ iſte prophetauit ante tempus Babylonicę captiuitatis.
d Congregans. Hic conſequenter ponitur tractatus: Qui diuiditur in duas partes. ſ. in partem comminatoriam, & conſolatoriam, quæ incipit in. iij. cap. Prima in duas: quia primo comminatur peccatoribus generaliter. Secũdo magis ſpãliter, ibi: Et extendã. Circa primum dicit propheta in perſona domini: Congregans congregabo. Et iſta congregatio

non

Diuiſio — Diuiſio

MORALITER.

a Verbum do: quod &c. qui primo comminatur peccatoribus generaliter, di. Congregans con. Per hominem ratione abutentem

intelliguntur

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a Congregans ho. Etiam bruta animalia ſentient iram Dei, & ſubuerſis vrbibus & interfectis hominibus ſolitudo erit & raritas beſtiarum & volucrum. Et hoc ideo, quia impiorũ fuit nimia multitudo, ideo vaſtabũtur. Poteſt de cõſummatione ſeculi accipi, quando homines & pecora & vniuerſa deficiẽt, & tolletur iniquitas a facie terræ.

b Et ext. Poſt ruinas impiorũ & iniquorum ablationes contra Iudã et Ieruſalẽ dñs loquitur. Iudas.n.& Beniamin in tẽplo dñi ſtatuam Baal poſuerũt, & in eodẽ ſanctuario, idola ſimul & Deũ venerati ſunt, vnde idolorum ſacerdotes, nõ ſacerdotes ſed æditui & phanaticos appellat. Per Iudam et Ieruſalẽ ſm interpretationẽ põt accipi aĩa cuiuſq;, a qua aufert dñs oĩa p̃dicta, vel in cõſummatione ſeculi, vel in fine cuiuſq; cum videretur Deũ cõfiteri, & ſenſum patris habuiſſe. De tali Ieruſalem diſperdet Deus oẽm ſuperbiam, & falſos cultus in Deũ & varios errores dogmatũ, et mũdo & Deo pariter ſeruientẽ: & p̃ quotidiana peccata auerſionẽ a dño, & neglectũ in Deum Alleg. Qñ refrigeſcet charitas multorũ, & ita abũdabit iniquitas, ut filius ho is veniẽs vix inueniat fidẽ in terra: tũc Deus percutiet eos, q videntur ſibi nomẽ dñi cõfiteri, & eccleſiã q̃ a pace nomẽ hẽt, & auferet Baalim q̃ interpretat in ſublimioribus. i. tollet uanã gloriã, q uerſat in eccleſia. & noĩa eorum qui ſolo noĩe dici epi & presbyteri gloriãtur, & q adorant ſup tecta mi. cę. qui eleuãtur cõtra ſcientiã Dei, quidquid in mũdo geritur ad ortus et ad occaſus ſtellarũ referẽtes, & eos q adorãt dñm & Melchom, q duob⁹ dñis ſimul uolũt placere, Deo & mundo: q perdito rege Deo, habẽt regem mundum & hoiem, & eos, q per mala opera declinant a domino, & non requirunt eũ per pœnitentiã.

*Margin:* † offendicula — Allegor. Mat. 24. b Luc. 18. b

c Auertuntur de poſt. Qui relinquentes cultum eius, iurant in Melchom, & adorant militiam cęli.

d Silete a fa. Iam propheta captiuitate cũctis imperat ſilentium incutiens maiorem timorem ex vicinitate ipſius captiuitatis. Tropol. Omne tps ad comparationem ęternitatis breue eſt, uel exitus ſinguloru cito uenit, ait ergo: Timeãt omnes ne irata Dei facies puniat eos uel in exitu cuiuſq;, vel in cõi iudicio: & ſi iuſti uolueritis eſſe, non eſt vobis timendum, quia imperauit dñs & in ve.te. figurales hoſtias ad remedium, & in nouo ſanguinem Chriſti mundatorem omnium, per quem ſaluantur & ſanctificantur vocati ab æterno, uel per ſanguinem Chriſti ſanctificantur apoſtoli & cęteri, q per eos ſunt vocati. Poteſt dici q̃ ſanctificauit Babylonios in ultionẽ peccatis populi, vindicãtes Dei iniuriã.

*Margin:* Tropo.

e Et e. Myſticè. uiſitabit Deus in die hoſtiæ filii ſui ſuper pontifices Iudæorum, & ſuper regiam domum: quia vſq; ad illud tempus fuerunt reges de Dauid, ſed poſt hanc hoſtiam defecerunt: quia induti ſunt ueſte peregrina, qui receſſerunt a protectione et indumento Dei errore ſuo operti. Poſſunt hęc de die iudicii accipi, quo puniet dñs principes qui lac comedunt nec ſalutẽ gregis curant, & qui iactant ſe eſſe filios legis Chriſti, & qui induti ſunt non Chriſto, ſed indumento ueteris hominis. i. vitijs, & per hoc eiecerunt ſe de eccleſia traditi Sathanæ, & omnes, qui ſceleribus contaminant eccleſiam. Poſſit hæc etiam de anima cuiuſq; intelligi, cuius ſenſus & cogitatio debet eſſe hoſpitium regis Dei, qui induit ſe ueſtimentis diuerſorũ uitiorũ, & implet tẽplũ corpis ſui iniqtate & dolo. ☞ Ingreditur

*Margin:* Myſtice — Coloſ. 3. b

quinq; partes: quia primo fit comminatio ſacerdotibus. Secundò principibus. Tertiò, vulgaribus. Quarto ſe occultantibus. Quinto concluditur tribulationis pondus. Partes patebunt proſequendo. Iſta tamen diuiſio non eſt ita præciſa quin de ſententia unius partis ponatur aliquid in alia: ſicut fit communiter in diuiſionibus aliis prophetarum. Circa primũ dicitur in perſona Dei: Et extendam manum meam ſuper Iudam. Ad puniendum eius populum peccatorem.

c Et ſuper omnes habit. Ier. quę erat metropolis Iudæ, & ibi vigebat uitium idololatriæ, in quo magis erant culpabiles ſacerdotes, qui tenebantur illud extirpare & diuino cultui intendere. Ideo ſubditur:

d Et diſperdam de. i. idololatriæ cultum.

e Et nomina æedituorum. Aeditui dicuntur cuſtodes loci idololatrię quaſi ædem tuentes.

f Et eos qui ado. i. ſolem & lunam alioſq; planetas. Tecta. n. domorum illius terræ erãt plana, ideo ibi aſcendebant idololatræ ad videndum & colendum plenius ſydera.

h Et iurant in. quia ſimul cum domino colebant idola, & in eorum reuerentiam iurabant per ipſa.

i Et qui auertuntur. Eius legem & cultum dimittentes.

k Silete a facie domini. i. ſilebitis ſicut deiecti & confuſi.

l Quia iuxta eſt dies domini. i. tempus ſuæ vindictæ.

m Quia præparauit dominus hoſtiam. i. populum Iudæ ad occiſionem.

n Sanctificauit voc. ſuos. In Hebræo habetur: Præparauit. Verbum. n. Hebraicum hic poſitum æquiuocũ eſt ad præparare, & ſanctificare: Hebræi ſequuntur vnam ſignificationem, & tranſlatio noſtra aliam. Poſſunt etiam dici iſti uocati a Deo ſanctificati. i. applicati ad executionem diuinæ iuſtitię, & iſti fuerunt Chaldęi.

o Et erit. Hęc eſt ſecunda pars. in qua comminatur principibus, cum dicitur: Et erit in die hoſtiæ do. i. occiſionis peccatorum ſecũdum ordinem diuinę iuſtitiæ.

p Viſitabo ſuper principes & ſuper filii. Principes. n. Sedeciæ et filios eius fecit Nabuchodonoſor occidi & oculos eius erui. iiij. Regum vltimo.

r Et ſuper oẽs qui indu. ſunt ve. per. Id eſt ueſtibus cultui alienorum deorum deputatis: talibus. n. utebantur ſacerdotes Iudæorum aliquando, quia cum domino etiam idola colebant, ut prædictum eſt. ¶ Et vi-

*Margin:* † Chamarim, qui ... culize ... ſui ... dotum ... al, ... cui ab H... brgis ... qui ... induebantur ...

congregans hominẽ & pecus: congregãns volatilia cœli & piſces maris. Et † ruinæ impiorũ erũt, & diſperdam homines a facie terræ, dicit dominus. Et extendã manum meã ſuper Iudam, & ſuper omnes habitantes Ieruſalem: & diſperdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina † æditorum cum ſacerdotibus, & eos qui adorant ſuper tecta militiam cœli, & adorant & iurant in domino, & iurant in Melchom, & qui auertuntur de poſt tergum domini, & qui non quæſierũt dominum, nec inueſtigauerunt eum. Silete a facie domini Dei, q̃a iuxta eſt dies domini. Quia præparauit dñs hoſtiã, † ſanctificauit vocatos ſuos. Et erit in die hoſtiæ dñi viſitabo ſup principes & ſup filios regis, & ſu per oẽs, qui in-

a ¶Homines & pecus congregans. — a ¶Extenſio manus geſtum percutientis oſtendit. — a ¶Auferam. b ¶Cuſtodes Baal qui pauci de cede hoſtium remanſerunt. — a ¶Idolum Sidoniorum. b ¶Qui fuerunt autores idololatriæ. — a ¶Id eſt illos deſtruam, qui quondam ſacerdotes domini, modo ſimul Deum & idola colunt. — a ¶Solem & lunam & alia aſtra. — ¶Simul. a ¶Idolo Ammonitarum, & illos etiam deſtruam. — ¶Timore. a ¶Ab imminente captiuitate. — a ¶Prope eſt captiuitas prophetata ſub Ioſia. b ¶Captiuitatis & vltionis. — a ¶Subuerſionem Ieruſalem. b ¶Vt ſibi immolentur quos dedicauit ad mortem, quaſi hæc hoſtia placet mihi. — a ¶Captiuitatis Iudaicæ quando totus populus immolandus eſt. — a ¶Qui mane bibebant ſiceram. — a ¶Vel omnes de regia ſtirpe, uel propriè filios Ioſiæ. b ¶Qui pro cultu Dei venerati ſunt Idola.

*Margin:* † præparauit ... tos.

## MORALITER.

✠ intelliguntur contentioſi. j. Cor. iij. a. Cum zelus & cõtẽtio ſit inter uos: nonne hoies eſtis & ſm hoiem ambulatis? Per pecus uoluptuoſi ſignificãtur. Vnde. j. Eth. Vita voluptuoſa vita pecudũ appellatur. Per volatilia uane glorioſi, qui petũt alta. Per piſces maris (quorum maiores deuorant minores) ſignificantur homicidę & raptores: & oẽs iſti congregabuntur in iudicio, ut comburãtur in inferno, Iſa. xxiiij. d. Congregabuntur congregatione unius faſcis in lacum, & clandentur ibi in carcere.

b Et exten am. Hic propheta comminatur peccatoribus ſpecialiter. Et primo ſacerdotibus, cũ dicitur, Et extendam manum meam. Ad puniendum.

d Et diſperdam de loco iſto reliquias Baal. Per Baal, qui deuorator interpretatur, gula ſignificatur. Per reliquias eius luxuria: quia ſemen coitus eſt de ſuperfluo alimenti. ideo dicit Hieron. Venter & genitalia ſunt membra propinqua: & ex uicinitate membrorum deſignatur uicinitas uitiorum.

e Et nomina æditurom. Aeditui dicuntur quaſi tuentes ędem. Et ideo ſignificant caupones & lenones, qui præbent ædem guloſis & luxurioſis, per ſacerdotes intelliguntur mediatores & mediatrices fornicariæ communionis.

f Et eos qui ado. & c. Iſti ſunt uane glorioſi ſemper tendentes ad ſuperiora.

g Et iurant in do. Iſti ſunt falſi & duplices duabus uiis ingrediẽtes.

i Et qui auertuntur. Iſti ſunt apoſtatæ a fide uel religione.

o Et erit in. Hic comminatur principibus mundi per quos ſignificantur ſpiritus maligni, qui dicũtur principes & poteſtates, Eph. vj. Et erit in die hoſtiæ domini. Hęc dies Paraſceue poteſt dici, in quo Chriſtus fuit immolatus, qui bene fuit hoſtia domini.

p Viſitabo ſuper princi. ſ. tenebrarum qui tunc fuerunt debellati.

q Et ſuper filios regis. ſ. æterni, qui tunc de limbo fuerũt liberati.

r Et ſuper omnes & c. veſt. pere. i. alienati a fide Chriſtiana. ✠ Et vi-

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ non eſt ad ſalutem, ſed ad pœnã: quod patet ex fine huius partis, vbi dicitur: Et diſper. Et hoc modo accipitur congregatio ab Habacuc. i. d. Totum in hamo ſublenauit, & congregauit in rete ſuum. Et ſic comminatur pœnam peccatoribus generaliter, cum dicitur:

a Congregans. i. homines peccatores ad pœnã, & quia bruta propter hominem facta ſunt, ideo comminatur, quod hæc pœna extendi debeat ad ipſa, cum dicitur: Et pecus & c.

b Et ext. Hic conſequenter comminatur peccatoribus ſpecialiter. Et primo Iudæis. Secundo populis extraneis cap. ſeq. Prima dividitur in quinq;

*Margin:* Diuiſio



a Ingreditur ſu. li. Iuxta Hebraicã veritatẽ, q tranſiliunt limen quod hiſtorice ſic dicitur: puniam illos qui iuxta librum regum nõ calcant limen idolorum ſuperſtitionibus ſeruiẽtes.

b Et erit in die illa dicit do. vox cla. a por. piſ. & ulu. Porta piſcium vocatur, quæ ducit Dioſpolim & Ioppem & vicinior eſt mari: a ſecunda ſignat portã ſecundi muri in eodem climate a collibus de mõte Sion, & de excelſiori parte urbis, qua ab hoſtibus occupata facilior de ſcenſus erit ad prona. Multi ad Babylonios tpa hæc referunt. Prima porta oculorum qui aperiunt ad cõcupiſcendum. In iudicio ergo cum aperięntur libri tota imago antiquorum ſcelerum exhibebitur ante oculos eorũ. Poſt clamorem huius portæ ſequitur vlulatus ſecũdæ. i. aurium. In his duobus ſenſib. maxime peccat homo, & punietur videns & audiens totum ordinem ſuorum malorum, hoc terrore contereturq dqd in homine fuerit excelſum. Vel in fine mundi. A prima porta piſcium lugebũt, qui ſuum nõ ſeruauerũt baptiſma: a ſecunda q non egerunt pœnitentiam de peccatis, & tunc cõterentur, quia noluerũt humiliari: Per has duas portas introitur vel reditur ad eccleſiam.

*Margin:* 1. Reg. 5. a — Moraliter ... — Tropol. — Alleg. — Moraliter

c Vlulate ha. Deſcripto clamore qui erit in ſuperiori porta urbis, ſupponit & de valle Siloe, quã cõparat pilæ. i. vaſi in quo tundũtur frumẽta, quia de porta piſcium & de ſecũda & de collibus proruens exercitus confundet inferiora loca, Chanaan uocat populum Iudæorum, unde: Semen Chanaan & non Iuda. Vlulate. Vocantur ad planctum, qui in ima ſcelerum ſuorum ſunt demerſi. Quod dicitur: Conticuit omnis po. ſignat in die iudicii ceſſaturam blaſphemiam eorum, qui in cœlum poſuerunt os ſuum: Chanaã commotio hoc nomine vocantur Iudæi, quorum pedes nũquam fixi ſunt ſuper petram.

d Et erit & c. Captiuitatis per Babylonios vel Romanos, qñ nullum peccatum eorum qui legem Dei dimiſerũt impunitum remanebit, quia nullus remanebit abſcõditus, nec in cloacis, nec in ſpeluncis, in quibus reges & ſacerdotes ſe timore mortis abſconderunt.

e Scrutabor Ieruſalem. Tpe iudicii ſcrutabitur Deus cum lucerna eccleſiam ſuam, & puniet contemptores mandatorũ ſuorum, qui (quaſi cum ratione ſe peccare dicentes) blaſphemãt Deum, dicentes q̃ nec pręmia, nec pœnas poſſit reddere, & illis in cæcitate depreſſis apponet lucernam uerbi ſui & rationis, quia omnia in medium uitia proferet.

f Qui di. In die iudicii vel morte cuiuſq;. qd' male erigebatur contra Deum, uaſtabitur, ut ceſſent a malo opere membra q bus prius non bene vtebantur: & domos quas ædificabant in ſanguine deſtruentur, & non in leproſa domo, ſed in bene ædificata habitabitur: Et quia plantabant uineam Sodomorum & non Dei, ideo non bibent vinum earum, ut inebrientur cum Ioſeph in meridie: his prope eſt dies domini ad comparationem æternitatis, vel quia mors uniuſcuiuſq; conſummationem mũdi facit. In utraq; captiuitate exercitus Iudæorum cæſus eſt, domus dirutæ ſunt, argi uineęq; vaſtatæ: Et cũ dicerent ad prophetas: Quod uos comminamini poſt longũ tempus eueniet. dominus veloci plaga cito eos percuſſit.

g Iuxta eſt dies d. In cõſummatione ſeculi uel in exitu cuiuſq; dies dñi erit amara his q male fortes fuerunt (cũ ẽt iuſti per ignem ſaluenẽ) dies miſeriæ cum dicent: Væ nobis, quia miſeri ſumus. dies tenebrarũ, quia eos q lucem oderunt tenebræ ☞ ſequentur,

*Margin:* † Mactheſ. ... — Moraliter.

duti ſunt veſte peregrina. Et viſitabo ſuper omnem, qui arrõganter ingreditur ſuper limen in die illa, qui complent domum † domini Dei ſui iniquitate & dolo. Et erit in diẽ illa dicit dominus, võx clamoris a porta piſcium: & vlulatus à † ſecunda, & contritio magna a collibus. Vlulate habitatores † pilæ. Conticuit omnis populus Chanaan, diſperierunt omnes inuoluti argento. Et erit in tempore illo, ſcrutabo Ieruſalem in lucernis, & uiſitabo ſuper viros defixos in fecibus ſuis, qui dicũt in cordibus ſuis: Non faciet bene dominus, & non faciet male. Et erit † fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in deſertum. † Et ædificabunt domos, & non habitabunt, & plantabũt vineas, & nõ bibent uinum earũ. Iuxta eſt dies do-

a ¶Superbos qui quodam faſtu & dignitatis ſupercilio gradus templi, & ſanctuarij limen aſcendunt. — a ¶Lax. qui ſunt in veſtibulis. i. qui egreſſi ſunt de eccleſia propter peccata. — a ¶Non ſolum idolorum cultu, ſed etiam omni genere propriæ iniquitatis & dolo ad decipiendos ſubiectos implent domum Dei. — a ¶Quando extenta manu Dei ſuper Ieruſalem hoſtiſis exercitus eam vallauerit. a ¶Propter clamorem dicentium: Sanguis eius ſuper nos & ſuper fi. no. circundata eſt a Romanis Ieruſalem cuius captiuitatis typum præceſſerat captiuitas per Nabuchodonoſor. — a ¶Perierunt qui tantas habent diuitias ut eis putent te indutos & teptos. — a ¶Confidentes in uitiis ſuis, quæ fecibus comparantur vel peccatis. a ¶Calumniant Dei prouidentiam: dicentes, q̃ nec bonis bona, nec malis mala poſſit reddere ſed omnia caſu regantur. — a ¶Si quis latronis vel furis vel piratæ fortitudinem diripit, dum infirmos reddit, prodeſt illis ſua infirmitas. — a ¶Immundas, & ideo non habitabunt. — ¶Sodomorum.

b Qui complent domum do. Ibi tractantes negociationes & conſilia, ut patet Ioh. ij. quæ habent iniquitatem & dolum annexa.

c Et erit. Hæc eſt tertia pars in qua comminatur vulgaribus. dicens.

d Vox cla. a por. pi. ſic nominata, quia reſpiciebat mare, & per illam piſces inſerebantur in Ieruſalem, & erat in muro exteriori.

e Et vlulatus a ſecunda. i. a porta ſibi correſpondente in muro ſecundo.

*f* In die il. di. te. *i. eccleſiæ militanti, q̃ nomine Ieruſalẽ deſignatur, Iſa. ij. Et hoc p̃ Apoſtolos et alios p̃dicatores cõfortãdo fideles infirmiores.*
*g* Nolite ti. *A perſecutionibus Iudæorum & tyrannorum.*
*h* Non diſſo. manus tuæ. *Retrahendo te a bono opere.*
*i* Dominus Deus. *Scilicet Ieſus Chriſtus.*
*k* In medio. *Sicut iam expoſitum eſt.*
*l* Ipſe ſaluabit. *Te in preſſuris.*

¶ Gaudebit



rali conſummatione mũdi. Eccleſia vel quælibet aĩa in ſpecu
A la conſtituta lętatur iniquitates a ſe ſublatas, & ſe redemptã ab eo qui oĩa redemit. Pñt hęc oĩa de ſecundo aduentu accipi: ſed cum in Aggęo & Zacharia & Sophonia ſimilis p̃phetia ſit, & Matthęus prophetiã Zacharię in primo aduẽtu completam teſtet̃, qua dr̃: Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ier̃lm, ecce rex tuus venit tibi iuſtus & Saluator. ordine veritatis ducimur non futurum ſperare, ſed factum.

a *Nugas.* Sciamus in Hebręo eãdem eſſe vocẽ: & ideo ſicut eſt in Hebræo, hic ponitur, vt appareat Hebręam linguam matrem eſſe omniũ linguarũ.
b *Ecce ego.* Hoc promittunt ſibi Iudęi in aduentu Chriſti ſui. & putant omnes Gentes interficiendas a dño quæ affixerũt Iſrael, & ſynagogam ſaluãdam: quæ libellum repudij acceperat colligendam: & ponendo eos in laudem & in nomẽ in omni terra in qua fuerant ante captiui & confuſi: & hoc fore cum Ier̃lm reędificata fuerit, & templum & omnis ordo ceremoniarum reſtitutus: & ideo non agunt pœnitẽtiã: Nec mirum quia lippiſcit Lia, nec amatur a Iacob: ſed Rachel ſuccedente negligitur. Vr̃ nos Deus repellere & eijcere, quando relinquit tentationi.
c *Cum conuer.* Cernent captiuitatẽ eorum per quam in hoc ſeculo duro fuerant imperio ſubiugati, reduci in celeſtem Ieruſalem, ſeque reſurgere in confuſionem æternam.

a ¶Gaudium domini fortitudo noſtra eſt. b ¶Reddet tibi lętitiam quam perdidiſti.
ſaluabit. Gaudebit ſuper te in læti- a
a ¶Non inferens pęnam pro peccato. b ¶Non tuo merito. c ¶Habita de te.
d ¶Accipiet laudem a te quaſi pinguiſſimam hoſtiam, vel gaudebit te eſſe laudabilem.
tia, ſilẽbit † in dilẽctione tuã & exũl b
a ¶Ipſe dico dicens. ¶Vanos.
a tabit ſuper te in laude. † Nũgas qui c d
a ¶Peccando. b ¶Ad te pertinebant ſecundum prędeſtinationem. ¶De eis perditis.
a lege rẽceſſerãt cõgregabo: quia ẽx e f
te erant, vt non vltra habeas ſuper eis g
a ¶Et eos qui prius tibi improperabant, damnabo.
b opprobrium. Eccẽ ego interficiam h
a ¶Homines, vel dęmones. ¶In fine.
õmnes qui afflixerunt te in tempore
a ¶Olim a via Dei. b ¶Eccleſiam.
illo, & ſaluabo claũdicãtem, & eãm i k
a ¶In tentationibus. ¶Opinione. b ¶Suſcipiam in fine.
quæ eiẽcta fuerat cõgrẽgabo. Et po- l m
a ¶Vt laudetur, & nomen eorum magnificetur.
nã eos in lãudem, & in nomẽ in om n
a ¶Vnde: Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum.
ni tẽrra confuſionis eorum, in tẽpo- o
a ¶Quando ſuſcipient eiecta.
re illõ quo adducã uos, & in tempore quo congregabo uos. Dabo enim
¶Gloriatur Deus in Athletis ſuis cum eos uiderit coronati.
uos in nomen & in laudẽ omnibus
a ¶In patriam. b ¶Qui mundi miſerijs & vinculis carnis tenebatur, vnde: Cum conuerterit dominus cap. ple. ſuæ, exultabit Iacob, & lę. Iſrael.
c populis terræ, cum conuẽrtero cãpti p
a ¶Spiritualibus & carnalibus.
uitatem ueſtram coram oculis ue-
¶Non dubie, non ſpe, ſed in re.
ſtris. dicit dominus. q

## NIC. DE LYRA.

¶ *a* Gaudebit ſuper te. *propter perſeuerantiam in fide.*
*b* Silebit in di. *ſ. peccata tua præterita.*
B *c* Nugas. *i. homines uanos.*
*d* Quia lege re. *i. a fide Chriſti & deuotione, decepti per ſacerdotes & ſcribas, ut prædictum eſt.*
*e* Congregabo. *ad fidem Chriſti reducẽdo, vnde prædicante Petro ſic reducti ſunt ex illis tria milia die una, Act. ij. & alia die quinque milia, Act. iiij.*
*f* Quia ex te erant. *i. de numero prædeſtinatorum ad fidem.*
*g* Vt non ul. ha. ſuper eis op. *ſ. ſuæ infidelitatis.*
*h* Ecce ego inter omnes qui affli. *Primitiua enim eccleſia valde afflicta fuit a Iudæis in perſecutione quæ facta eſt ſub Stephano Act. viij. & iſti fuerunt omnes interfecti per Romanos, vel in ſeruitutem redacti per captiuitatem, quæ ſeruitus eſt mors ciuilis.*
*i* Et ſaluabo clau. *In perſecutione enim ſub Stephano credentes pro maiori parte diſperſi fuerunt per regiones. apoſtolis in Ieruſalem remanentibus, qui erant fortiores: & ſic eccleſia uidebatur quodammodo claudicare in debiliori parte.*
*k* Et eam quæ eiecta fu. *per diſperſionem prædictam.*
*l* Congregabo in uni. charita. *Vel quia poſt deſtructionem Ieruſalem per Titum Aelius Adrianus eam reædificauit, & ſolis Chriſtianis habitare conceſſit: & ſic multi de Chriſtianis qui erant diſperſi per regiones, ibi fuerunt iterum congregati.*
*m* Et ponam eos in lau. *quod maxime fuit impletum a tempore Conſtantini, & citra.*
*n* In omni terra confuſionis eorum. *id eſt ubi prius fuerant confuſi, quia ante reputabantur malefici & ſacrilegi, ut patet ex geſtis apoſtolorum & martyrum.*
*o* In tempore &c. *de locis occultis ad publicum, ſicut patet de ſancto Silueſtro, & multis alijs latentibus propter rabiem perſecutionis, qui per Conſtantinum & alios principes fideles fuerunt aſſecurati, & valde exaltati.*
*p* Cum conuertero. &c. *Prius enim illi qui deprehendebantur tanquam Chriſtiani, occidebantur vel damnabantur ſicut captiui, ad fodiendum arenam & alia opera ſeruilia & dura, ut patet ex geſtis multorum martyrum.*
*q* Dicit dominus. *qui eſt ipſa veritas, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.*

In ca. iij. Sophoniæ. vbi dicitur in Poſtil. Væ prouocatrix & redempta ciuitas columba.

### ADDITIO I.

Vbi in tranſlatione noſtra dicitur redempta: in Hebræo ponitur quædam dictio æquiuoca, quæ vno modo ſignat redemptam, & alio modo ſignat pollutam. Similis enim dictio ponitur, hic & C Malach. j. vbi dicitur: Offertis ſuper altare meum pollutum panem. vnde & in ſecunda ſignificatione accipiunt hic Hebræi iſtam dictionem, quod videtur magis conſonum literę.

In eodem ca. vbi dicitur in poſtil. Diſperdidi Gentes &c.

### ADDITIO II.

Hoc quod dicitur hic, Diſperdidi Gẽtes &c. aliter poſſet exponi, & forte melius. Ad quod ſciendum, q̃ prout prouerbialiter dicitur: Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum: Sic Deus intendens correctionem populi Iſraelitici, puniebat alias Gentes manifeſte pro peccatis eorum, ut inde ſumeret populus ille eru ditionem ad timendum Deum, ne ſimiliter eis contingeret. & hoc eſt quod dicit propheta in perſona Dei: Diſperdidi Gentes. ſ. alias Gentilium nationes. Diſſipati ſunt anguli eorum, ad oſtẽdendum, q̃ acriter fuerunt puniti, & totaliter deſolati, ſic q̃ nullus remaneret ibi. vnde dicit: Non remanente viro nec vllo habitatore. Et quia ex hoc exemplo debuiſſent erudiri ad timendum Deum, ſaltẽ timore ſeruili, ne eis ſimilia contingerẽt. Ideo ſubdit in perſona Dei: Dixi attamen timebis me, ſuſcipies diſciplinam. ſ. ex flagellis aliorum. Et non peribit habitaculum eius &c. Sed quia talem diſciplinam non ſuſceperunt, ſed magis obdurati ſunt. ideo ſubdit: Diluculo ſurgentes . i. ſollicite. Corruperunt omnes cogitationes ſuas. Et quia talium obſtinatorum pœna correſpondens præcipue ad finale iudicium reſeruatur: ideo ſubdit: Quapropter expecta me in die reſurrectionis meę in futurum ſcilicet in die reſurrectionis generalis, quę dicitur reſur- D rectio Dei inquantum a Deo mirifice efficitur. Et exponantur cætera prout in Poſtil.

Poeta — † Afflictos de cętu auferam.

In eodem ca. vbi dicitur in poſtil. Vltra flumina Aethiopiæ.

### ADDITIO III.

Hoc quod dicitur hic: Vltra flumina Aethiopiæ propriè dicitur de terra illa ubi decem tribus fuerunt tranſmigratæ per Salmanaſar regem Aſſyriorum, qui poſuit eos iuxta fluuium Gozan, ut habetur. iiij. Regum. xvij. qui tempore Alexandri magni recluſi fuerunt miraculoſe. creditur tamen ipſos egreſſuros circa finem mundi, prout habetur in hiſtoria Scholaſtica. & tunc reducendi ſunt ad uerum cultum diuinum, ſicut & aliæ Gẽtes remanentes, ſicut dicitur ſupra. Tunc reddam omnibus labiũ electum, vt inuocent omnes in nomine domini. Qui quidem ſic tranſmigrati dicuntur hic ſupplices mei. ſ. Dei, inquantum per pęnitentiam de pręteritis humiliabuntur. Dicuntur etiam filij diſperſorum meorum, eò q̃ deſcenderunt ab illis qui diſperſi fuerunt per diuinam ſententiam. De iſtis ergo concludit hic propheta, q̃ deferent Deo munera, ſicut ſupra. Iſa. xviij. dicitur de eiſdem. In tempore illo deferetur munus domino exercituũ a populo diuulſo &c. Quod intelligitur de prædictis, ut ibidem fuit largius in additione declaratum.

### REPLICA.

In tertio cap. Sophoniæ ubi dicitur diſperdidi Gentes &c. Poſtilla. exponit de Iudæa, ſicut totum capitulum de ea loquitur: Burgen. autem per uiam digreſſionis exponit pro cautela Iudæorum de punitione Gentilium, iuxta illud: Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum. Sed modicum colorem habet illa digreſſio, quia per oppoſitum Iudæi ex punitione Gentium raro vel nunquam facti ſunt cautiores, ſed ſecuriores, per conſequens ad uitia procaces. iuxta illud Deutero. xxxij. b. Incraſſatus populus recalcitrauit. Et ſequitur: Dereliquit Deum factorem ſuum &c. tempore enim proſperitatis quæ ortum habuit ex Gentium deſtitutione, ad uicia defluentes, in tribulationibus ad Deum recurrerunt, prout uideri poterit ex ſerie veteris teſtamenti.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Incipit expoſitio prologi in Aggæum prophetam.

Diuiſio

IEremias propheta ob cauſam periurij Sedeciæ regis, ut hiſtor.&c. *Iſte prologus diuiditur in duas partes. In quarum prima inſinuatur miſſio prophetæ. ad denunciandum tempus domus domini ædificandæ populo reuerſo de Babylonica captiuitate. In ſcđa oſtenditur materia prophetiæ, ibi, Oĩa aũt quę textu. In prima proceditur ſic. Primo tãgitur de captiuitate ſcđo, de reuerſione, ibi: Sexageſimo itaq; ſcđo anno, Tertio tãgitur miſſio ꝓphetæ, ibi: Cumq; a populo Iſrael & a ſenioribus &c. Item in prima parte primo tãgitur diuerſa cã captiuitatis. ſcđo, tãgitur cã durationis, ibi: Sed cũ memoratus populus. Dicit igitur:* Ieremias. *libri ſecundi Para. xxxvi. ubi dicitur: A rege quoque Nabuchodonoſor receſſit qui adiurauerat eum per Deum.*

## *Incipit prologus ſancti Hieronymi in Aggæum Prophetam.*

IEremias propheta ob cauſam periurij Sedeciæ regis: ut hiſtoria ſecundi libri Paralipomenon indicat, qui fidem promiſſam Nabuchodonoſor regi Chaldęorum nõ ſeruauerat, populum Iſrael refert cum memorato rege Ieruſalem, expugnata Ieruſalem captiuũ in Babylonem fuiſſe perductum. Sed cũ memoratus populus multis temporibus idolis ſeruiendo etiam effuſione ſanguinis innocentũ ſe grauiter impiaſſet, uolẽs Deus generationẽ uniuerſam eiuſdẽ populi ob cauſas memoratas penitus deperire, ſeptuaginta annorum captiuitatẽ eundem populum in regno Chaldæorum ſtatuit ſuſtinere: hac ratione, ut completo numero annorũ, nouus populus a memoratis peccatis immunis ad renouationẽ Ieruſalẽ perueniret. Sexageſimo itaque ſecundo anno regni Cdaldęorũ ſubuerſo cui adhuc octo anni ad regnandũ reſtabãt, quod ẽt ſexta uiſio Danielis oſtẽdit, cũ propter cauſam ſacrilegij quæ in eadẽ uiſione cõtinetur, fuiſſet extinctum, Darius q Mędis imperabat (ut ſeptima uiſio Danielis oſtendit) memoratus in regno ſucceſſit. Cuius primo anno regni (ut decima uiſio Danielis manifeſtat) Daniel ſupputatis annis, uidens appropinquare tẽpus reuerſionis quæ per Ieremiã fuerat promiſſa, orãs tã pro ſe quã ꝓ populo: eandẽ ꝓmiſſionẽ a Deo poſtulabat impleri, cui per archãgelum Gabrielem in eadem viſione iuxta preces eiuſdem uniuerſa eſſe completa Deus dixit. Nam moriẽte ſupradicto Dario rege Mœdorum, & ſuccedente in regno Cyro rege Perſarum promiſſione Dei completa per eundẽ regẽ populũq; Iſrael in Ieruſalem reductum, hiſtoria ſecundi libri Paralipomenon & initium Eſdræ prophetæ confirmant. Cumque a populo Iſrael & a ſenio-

b Populũ. *Iere. xxxiiij. Nec intelligendum eſt, ꝙ referat cãm. ſ. periurium Sedeciæ, ſed trãſlationẽ in captiuitatem. vnde ſic dicitur ibi: Hæc dicit dominus: ego tradã ciuitatem hanc in manu regis Babylonis, & ſuccendet eam igni. & tu nõ effugies de manu eius: ſed comprehenſione comprehenderis, & in manu eius traderis.*

Diuiſio

c Sed cum me. *Hic tangitur cã durationis captiuitatis. primo ergo exprimitur cã meritoria, ſcđo, cã efficiẽs. ibi: Nolẽs Deus. Tertio cã finalis, ibi. Hac rõne. Dicit igitur:* Sed cũ me. po. *ſ. populus Iſrael. Hoc refertur ad duas tribus vel ad aliquos relictos de decem.*

d Multis tem. *Iere. ij. d. A ſeculo confregiſti iugũ, rupiſti vincula, & dixiſti, nõ ſeruiã. In omni colle ſublimi & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix.*

e Et ef. ſan. *& maxime in tpe Manaſſe. iiij. Reg. xxi. c. Inſuper ſanguinẽ innoxium ſudit Manaſſes multũ nimis, donec impleretur Ieruſalẽ vſq; ad os, Iere. xix. b. Libauerũt dijs alienis in Ennon quos neſcierunt ipſi & patres eorum & reges Iuda: & repleuerunt locum iſtum ſanguine innocentum.*

f Se grauiter impiaſ. *i. impium feciſſet. Et ſumitur hic impietas prout dicitur oppoſitum pietati, quæ eſt cultus Dei.*

g Ob cau. me. *ſ. culturam idolorum & effuſionem ſanguinis innocentium.*

h Septuaginta anno. *de quibus dicitur Ie. xxix. c. Cum cœperint impleri in Babylone. ſeptuaginta anni, viſitabo vos &c.*

i Hac ra. &c. lxx.

Pſ. 89. k Nouus populus. *quia vita hominis raro excedebat lxx. annos. Pſal. Dies annorum noſtrorum in ipſis. lxx. anni.*

Diuiſio

l Sexa. ita. ſe. an. *Hic tãgitur reuerſio a captiuitate Babylonica: Et primo tãgitur occaſio reuerſionis. ſ. ſubuerſio regni Chaldæorum & ſucceſſio regis Mædorũ in regnũ Babylonicũ. ſcđo tãgitur cã meritoria reuerſionis ibi. Cuius primo anno, tertio euẽtus reuerſionis ibi: Nã moriẽte. Itẽ in prima parte primo tãgitur deſtructio regni Chaldęorum. ſcđo, ſucceſſio regis Mædorum, ibi: Darius qui Mędis &c. Dicit igitur:* Sexageſimo itaq; ſecundo anno &c. *durationis captiuitatis Iudęorum. ecce tempus ſubuerſionis.*

m Regno Chaldæorum ſubuerſo. *i. deſtructo: & hoc interfecto Balthaſar rege, Danie. v. Cui regno ſcilicet Chaldæorum.*

n Adhuc oct. *i. ad ꝑſiſtẽdũ in honore regio.*

o Reſtabant & cætera. *ſecundum præuiſionem Ieremiæ. unde Iere. xxv. cap, Cumq; cõpleti fuerint ſeptuaginta anni, uiſitabo ſuper regem Babylonis: ſed blaſphemia et alia peccata abbreuiauerunt tempus iſtud:*

p Quod etiam & cætera. *ſ. regnum.*

q Sexta uiſio Danielis oſtendit cum propter cauſam uiſio. &c. *Danie. v. De prima enim viſione habetur Dan. ij. De ſecunda. iij. cap. quæ ſicut dicit magiſter in hiſtorijs, ob hoc uiſio dicitur ꝙ uidit in ea rex in fornace quartum ſimilem filio Dei: Et dicitur uiſio Danielis, quia ſcribitur in libro Danielis. De tertia habetur iiij. cap. quam nõ ſcripſit Daniel, ſed eſt epiſtola regis quam ſcripſit in uniuerſo regno ſuo poſt quam de beſtia reſtitutus eſt in hoĩem & in regnum. De quarta habetur vij. ca. quæ dicitur quarta uiſio Danielis, non ſecundum ordinem libri, ſed ſecũdum hiſtoriam. ſ. anno primo Balthaſar. De quinta habetur. viij. ca. ſ. anno tertio Balthaſar: & hæc ſcripta fuit Hebraice, præcedẽtes uero Chaldaice. De ſexta habetur. v. ca. de qua dicit magiſter in hiſtorijs.* Sequitur: Sexta uiſio Da. *quæ quarta eſt in Daniele. ſed Hieronymus ſextam uocat eam in prologo Aggæi: & hæc Chaldaice ſcripta eſt, & dicitur ſexta uiſio ſecundum ordinem hiſtoriæ, non ſecundum ordinem libri.*

r Propter cãm ſa. *Ecce cauſa ſubuerſionis. Sacrilegium. n. commiſit Balthaſar, bibens vinum in uaſis templi diuino cultui mancipatis, cum uxore & concubinis ſuis, Dan. v.*

ſ Quæ. *ſcilicet cauſa.*

t Eadem uiſio. *quinto ca. uel in loco in quo tangitur ſexta uiſio, quæ exprimitur conſequenter ibidẽ, cũ dicitur: In eadẽ hora apparuerũt digiti, quaſi manus hoĩs ſcribentis cõtra candelabrum in ſuperficie parietis aulę regię, & rex aſpiciebat articulos manus ſcribentis.*

u Cuius primo. *Hic tãgitur cã meritoria reuerſionis. ſ. oratio Danie. Primo aũt tangitur hic tempus in quo facta eſt oratio. Scđo orationis occaſio, ibi. Supputatis annis. Tertio tangitur orationis actio, ibi: Orans tã ꝓ ſe. Quarto orationis exauditio, ibi: Cui per Gabrielẽ. Dicit igitur:* Cuius. *ſ. Darij. Nota ꝙ multi fuerũt Darij. Primus fuit filius Aſtyagis, qui Darius fuit auunculus Cyri, qui regnum Chaldęorũ expugnatum Dario, ut pote maiori ætate reddidit: quo mortuo regnum Chaldæorũ ad Cyrũ nepotem eius deuolutũ eſt. Alius fuit Darius filius Hiſtaſpis, qui regnauit. xxxvij. annis cuius anno ſexto renouatũ eſt tẽplũ & conſummatũ eſt. 1 Eſd. vi. Seniores Iudæorũ ædificabãt & proſperabantur iuxta ꝓphetiã Aggęi & Zachariæ filij Addo, & ædificauerunt, & conſtruxerunt iubente Deo Iſrael, & iubente Cyro & Dario & Artaxerxe regibus Perſarum & complcuerunt domum Dei &c. Huius Darij Hyſtaſpis filius Xerxes. ĩ cuius oculis Eſdras inueniens gratiam obtinuit: ut in Ieruſalem reuerteretur cum multis donarijs. 1. Eſdræ. vij. Huius etiã regis pincerna fuit Neemias, qui cum multa turba reuerſus eſt in Ieruſalem, data ſibi licentia a rege ad inſtaurandum Ieruſalem. & muros eius dirutos, Neemię. ij. Tertius Darius dictus eſt cognomento Nothus, quem præceſſit ſecundus Xerxes. Quartus fuit Darius filius Araſami, quem interfecit Alexander macedo, qui Darius ultimus fuit de regibus Mædorum et Perſarum. Quod ergo hic dicitur, intelligitur de primo Dario ſcilicet cui ſucceſſit Cyrus in regnum.*

Multi Darij

x Vt decima uiſio Danielis ma. &cæte. *Danielis nono.*

y Supputatis annis &c. *captiuitatis Iudæorum.*

z Quæ per Ieremiam fue. præ. *Iere. xxv. & xxix.*

a Orans tam pro ſe quàm pro populo, eandem promiſ. &c. *Danie. ix.*

b Per Ga. ar. *Dan. ix. Adhuc loquente me in oratione mea, ecce uir Gabriel quem uideram in uiſione in principio, cito volans tetigit me &c.*

c In eadem uiſione. *Danie. ix.*

d Nã moriente ſupradicto Dario re. &c. *Hic tãgitur actus reuerſionis ſiue euentus. Primo igitur notatur ordo reuerſionis, cũ dicitur:* Nam morien. ſupradicto rege Męſ. *Dario:* Et ſuccedente in regno Cyro. *Secundo notatur efficiens cauſa cum dicitur.*

e Per eundem re. *i. Cyrũ. 1. Eſdræ. 1. Tertio notatur ipſa reuerſio, ibi: Populũq; Iſrael in Ieruſalem reductum. Quarto ſubditur ipſius reuerſionis certificatio, ibi:*

f Hiſtoria ſecundi libri Parali. *vlti.*

g Et initium *Eſdræ. 1. ca.*

h Cum. a po. Iſ. *ic ſubditur de miſſione prophetę. & primo tangitur ꝙ eſt miſſus*



ribus templũ Dei ędificari cępiſſet, mortuo Cyro rege ac regnãte Dario rege Perſarum, qui memorato Cyro ſucceſſerat, uicinę Gentes ciuitatis Ieruſalem (ut idem Eſdras refert) reſtaurationem templi & ciuitatis reſiſtendo impedire cęperunt. Qua ratione deterritus populus Iſrael, reparationem ſupradicti templi domini necdum iuxta promiſſionem cõceſſam eſſe credebat. Propter quod in ſecundo anno regni memorati Darij regis Perſarum, Aggæus propheta a Deo miſſus ad Zorobabel, qui de tribu Iuda erat, qui poteſtatẽ regni ſuſcepturus erat, & Ieſum filium Ioſedech ſummum ſacerdotẽ admonet, ut credant cõpleto numero annorum tempus reſtaurationis Ieruſalem adueniſſe: hoc ẽt addito, ne incredulitatẽ populi uellent imitari, de quo Deus dixit per eũ: Populus hic dicit: nondũ uenit tp̃s ut ædificetur domus Dei. Omnia autem quę in textu huius prophetiæ continentur, reuerſionem populi, ędificationem templi, renouationem ciuitatis, obſeruantiam ſacerdotalem, & interitum regnorum Gentium exterarum ſignificant.

*eſt miſſus. ſecũdo tangitur miſſionis actus vel euentus, ibi: Propter quod in ſecũdo anno. tertio, ad quid eſt miſſus, ibi: Vt credãt completo numero. Item in prima parte duo tãgũtur: impedimẽtũ reſtaurationis ciuitatis & tẽpli, & incredulitas populi, de inſtãtia tẽporis reædificationis, ibi: Qua ratione &c. Dicit igitur: Cumque a populo Iſrael & a ſenioribus templum Dei ædificari cępiſſet. 1. Eſdræ. iij.*

a Mortuo Cyr. *q. ſ. dolo circũuentum interfecit regina Scytharũ. Legitur enim in chronicis, ꝙ Cyrus multis regnis impugnatis & principibus ſuperatis, Scythas bello impetebat. Tamyris autem regina Scytharum, diſſimulato dolore filij ſui, quem iam Cyrus in bello truncauerat, doloſe conuiuium præparauit, ubi temulentum cum ducentis militibus Perſarum enecauit: caput uero Cyri amputari, atque in utrem humano ſanguine plenum proijci iuſſit, non muliebriter increpitans: Satia te, inquit, ſanguine quem ſitiſti.*

b Ac reg. Da. *filio Hyſtaſpis. de quo. 1. Eſd. v. & vi.*

c Qui memo. *ſ. Cyro ſucceſſit. licet plures fuerint intermedij. ſ. Cambyſes, ſiue Artaxerxes, & Ermeides, & frater Ermeidis quem Ermeides moriens ſibi ſubſtituit, ſicut ſcribitur in hyſtorijs.*

d Vt idem. *1. Eſdræ. iij. & iiij.*

e Qua ratione. *i. qua cauſa.*

f Deterritus. *vel detentus ſecundum aliam literam: unde impeditus fuit. unde credebat nondum adueniſſe tempus reædificationis. unde Aggęi. 1. a. Populus iſte dicit: Nondum venit tempus domus domini ædificandæ.*

g Propter. *Hic notatur euentus ſiue actus miſſionis. Tangitur ergo tempus miſſionis, cum dicitur: In ſecundo anno regni memorati Darij filij Hiſtaſpis. Qui miſſus. ſ. Aggęus propheta. & a quo, quia a Deo: & ad quem quia ad Zorobabel &c. Illud habetur in principio Aggæi, vbi dicitur: In anno ſecundo Darij regis Perſarum in menſe. vi. in die una menſis, factum eſt uerbum domini in manu Aggæi prophetæ ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda &c.*

h Vt cre. *Hic tangitur ad quid ſit miſſus: & ſunt duo. Primum eſt admonitio de credulitate completionis numeri annorum reparationis Ieruſalem. Secundum eſt diſſuaſio imitationis populi non credentis, ibi.*

i Hoc etiam. *Litera plana eſt.*

k Omnia au. *Hic tãgitur materia ꝓphetiæ.*

l Reuer. po. *Hoc non dicit, quia aliquid tãgatur de reuerſione populi actuali. Sed quia populo reuerſo fiebat prophetia ad ædificationem templi, Aggæi cap. 1. b. Aſcendite in montem, porta e ligna & ædificate domum. Et in fine eiuſdem capituli habetur de hoc. Et ingreſſi ſunt, & faciebant opus in domo domini.*

m Renouationem. *Aggæi. 1. a. Nunquid tempus eſt, ut habitetis in domibus laqueatis? &c.*

n Obſeruantiam. *Aggæi. ij. Interroga ſacerdotes legem &c.*

o Et int. *Aggæi. ij. Subuertam ſolium regnorũ, & conterã fortitudinem regni Gentium.*

*Incipit argumentum.*

AGgęus feſtiuus & lætus, qui ſeminauit in lachrymis ut in gaudio meteret, deſtructum templum reædificat, Deumque patrem inducit loquentem. Adhuc unum modicum eſt, & ego cõmouebo cælum & terram, mare & aridam, & mouebo omnes Gentes, & deſideratus ueniet cunctis Gentibus.

GLOS. ORDIN. CAP. I.

IN an. ſec. Cũ Cyrus rex Perſarũ occiſo Balthaſar occupaſſet regnum Babiloniorum cum Dario patruo ſuo rege Mœdorum, primo anno regni ſui remiſit in Ieruſalem circiter .l. milia Iudæorũ, quibus præfecit Zorobabel & Ieſum filium Ioſedech, & ꝓcepit ut reędificarent templum dñi Illi aũt extructo altari, fundamẽta tẽpli iecerũt. Sed interea mortuo Cyro, Artaxerxes illi ſuccedens, mandauit Gentibus quę erãt circa Ierl'm ne tẽplũ reædificari ꝑmitterent. Remanſit itaq; opus imperfectum vſque ad annum ſm Darij filij Hyſtaſpis. Hoc anno Aggęus & Zacharias prophetę, nõ timentes ædictũ regis, nec inimicicias circumiacentiũ populorum, hortati ſunt Zorobabel & populum qui cum eo erat, ut templum reædificarent, quia iam erat tp̃s quo Ieremias ꝓphetauerat templũ eſſe reædificandum. Zorobabel aũt & populus magis obedierunt ꝓphetis hortantibus q̃ regi vel populis ꝓhibentibus. Darius interpretaĩ gñationes, & ſignat amatorem coitus & carnalis gñationis. Congrue ergo tpe Darij hæc uiſio cerniĩ populo, q reuerſus de captiuitate, nondum extruxerat templum, nec habebat gloriã priſtinę Ieruſalẽ: ſed habitabat in domibus cõcauis & depreſſis. Merito ẽt cernitur in anno ſecundo, qa binarius immundus numer⁹ eſt, q primus a uirginitate vnitatis deſcedẽs, princeps eſt totius alternitatis. Vñ in Geneſi nõ dĩ poſt cõſummanẽ operũ ſcđę diei, qđ addiĩ poſt cõſummationẽ operũ aliorũ dierũ. Et uidit Deus ꝙ eẽt bonũ. Mẽſis ẽt ſextus cõgruit, qa hic mẽſis nõ hẽt aliquas ſolẽnitates Dei ſicut ſeptimus: ſimilis eſt ſex dierũ qbus factus eſt mũdus, in quo laboraĩ, et panis ſub ſudore comediĩ. Sed qa altare iã erat extructũ, in una die fit verbũ, vt ppl's deſerẽs phanũ Darij & ſextũ mẽſem, reuertaĩ ad vnitatẽ fidei. Aggęus ſolẽnis'. in manu cuius fit ſermo Dei. Sic oĩs q celebrat feſtiuitates Dei ĩ azymis ſinceritatis, ꝑt recipere ſermonẽ Dei. Nõ fit ad eos ſermo Dei q occiderunt

## *Incipit Aggæus propheta.*

CAP. I.

IN anno ſcđo Darij, regis in mẽſe ſexto in die una menſis, factum eſt uerbũ domini in manu Aggæi pro-

a ¶ Quærens ad quem ueniret, & quem doceret.

¶ Inſpirat Deus prophetam bona opera habentem, ut per eum doceatur populi princeps.

Poſtilla uenerabilis patris fratris Nicolai de Lyra ſuper Aggæum prophetam incipit.

CAP. I.

IN anno ſecundo. *Incipit prophetia Aggæi, quæ diuiditur in duas partes, ſcilicet in proemiũ & tractatum: quæ incipit ibi: Hęc dicit. In proemio uero ponitur primo huius prophetiæ tempus cum dicitur: In anno ſecundo Darij regis. Secundum Ioſephum. xi. li. antiquitatis Iudaicæ: iſte Darius fuit filius Hyſtaſpis, & fuit amicus Zorobabel & fauorabilis Iudæis, ut patet. 1. Eſdr. vi. Et hoc maxime fuit vt dicit Ioſephus, quia antequã promoueretur ad regnũ Perſarum fecit uotũ, ꝙ ſi contigeret eũ ſic promoueri, faceret tẽplũ in Ieruſalẽ ædificari, et ibi vaſa deferri. Scđm uero Ra. Sa. iſte Darius fuit filius Aſſueri regis, & Eſther regina: & ſic fuit fauorabilis Iudæis rõne matris ſuæ quæ fuit Iudæa. Et iſtud ſcđo dictũ uidetur mihi probabilius: ſicut declaraui diffuſius ſuꝑ primũ capitulũ libri Eſther. tamẽ ſcđm vtrumq; dictum Aggęus prophetauit poſt reditum captiuitatis Babylonicæ: quoniam uterque (ſi tamen duo fuerunt) regnauit poſt Cyrum.*

Ioſep. 11. li. antiqui. c. 4

b In die una mẽ. *i. prima die illius menſis, eo mõ loquendi, quo dicitur Gen. 1. a. Et factum eſt ueſpere & mane dies unus. i. primus. Secundo ponitur nomen prophetæ, cum dicitur.*

c Factũ eſt uer. do. in ma. Ag. *i. per ipſum Aggæum tanquam per Dei miniſtrum. Iſte enim eſt modus loquendi Hebraicus. Poteſt etiam dici quòd in hoc exprimitur donum prophetiæ datum Aggæo per ſimilitudinem doni corporalis, quod ponitur in manu recipientis. Tertio ponitur*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

deſiit ſermonẽ.i.filiũ Dei: qa manus eorũ plenę sũt sãguine.
E Zorobabel typus eſt Saluatoris: q deſtructum patri ædificat tabernaculum, tam de reliquijs Iudæorum, q̃ de multitudine Gentium, Zo, iſte: ro, magiſter: Babel.i. Babilonię.i. Iſte magiſter Babilonię, q natus eſt in Babylone. De Babylone reducit pplm̃ in terram promiſſionis, de qua fuerant adducti captiui. Vel Zorobabel, fluxus expoſitus. Hic eſt fluxus Ieſu, q nobis de largiſſimo fonte expoſitus eſt ad bibendum. Vñ ipſe ait: Si qs ſitit, veniat ad me & bibat. Hunc fontem concipimus pijs petitionibus. Vñ Zorobabel filius eſt Salathiel, q interpretatur petitio Dei. Ioſedech, iuſtus dominus.i. Deus pr̃, cuius filius eius Ieſus.i. Saluator, ad cuius cõparationẽ oẽs ſacerdotes minimi inueniuntur.

Ioan. 7.f

a *Populus iſte dicit.* Qui captiui tenentur extra Ieruſalem differunt ædificare tẽplum dñi, & dñt: *Nondum uenit tempus domus domini ædi.* Cum aliquis per uitium egreſſus de eccleſia diſponit reędificare templum Dei in ſe, & tamẽ de die in diem protrahit, de eo põt dici: Iſte dicit. Nondum tempus eſt ædificandæ domus Dei. Sed omne tempus ædificationi eſt congruum, Nec poſſunt hoſtes impedire eum qui conuerſus ad Deum clamauerit.

b *Et fac. eſt ver.* In eadem die qua ſupra rurſus vr̃ hæc viſio: & proficientibus prophetæ operibus, pphetię quoque dona ſuccreſcunt, & habito pauliſper ſilentio quaſi cogitata domini fit reſponſio.

c *Nunquid tps.* Ergo ne tempus eſt, ut uos habitetis in domibus in ualle poſitis, & mea domus quæ in monte eſt deſerta erit? Vel, *vt habitetis in domibus laquea.* i ornatis & delicioſis, & ſancta ſanctorũ pluuijs & iniurijs omnibus

F patebunt. Omne tempus quo in ualle.i. in uitijs & luxu ſeculi habitare eligimus, quaſi nihilum reputatur, & nõ inuenit in nobis deus ubi caput ſuum reclinet.

Luc. 9.g d *Ponite corda.* Nihil ſine conſilio & præcogitatione faciatis, ſed lux diuinæ legis luceat ante pedes ueſtros.

Eccl. 31.d Myſtice. e *Seminaſtis multum.* Non ideo uenit fames, ꝙ agricola ceſſauerit ab agricultura. Myſtice Qui de Babylone reuerſi ſunt, & ædificationem domus Dei differunt, dicentes: Nondum eſt tempus ædificandæ domus domini, nec captiui ſunt, nec plene liberi, ſed velut in medio poſiti. Seminãt & parum metunt, quia ſi inter multa peccata aliqua iuſta opera faciunt, nõ eſt Deus iniuſtus, ut propter multa mala paucorum bonorũ obliuiſcatur, ſed faciet eum metere, & in horrea congregare, quæ in bona terra ſeminauit. Qui penitus nihil operatur, nil comedit, ſed fame perit. Qui vero ſeminat multa et infert pauca, parum comedet non in ſatietate uel ſuauitate. Sanctus uero uſque ad ſatietatem comedet.

f *Operuiſtis uos, & non eſtis calefacti.* Qui habet pallium id eſt occultam ſcientiam myſteriorum Dei, ſenſibus uerbiſque cõtextum, non ſinit feruentes ſpiritu amittere dilectionis calorem, & pati frigus. Qui uero non adeo feruet, habet quidem pallium ſenſuum & operũ ſuorum, ſed non calefit, nec totus cooperitur. Qui uero propter animæ paupertatem nõ habet pallium, quia ex multiplicata iniquitate charitas in eo refrixit ideo frigore perit.

Saccus pertuſus. g *Et qui mercedes congregauit, miſit eas in ſacculum pertuſum.* Qui operatur bona quæ remuneratione digna ſunt, & bona bonis adiungere non deſiſtit, mittit mercedes in ſaccum non pertuſum. Qui uero priora bona uitijs ſequentibus ſordidat, in ſaccum congregat pertuſum.

h *Ponite corda ueſtra ſuper uias ueſtras. Aſcendite in montem, por. lig. &c.* Mentiuntur Hebræi ſola tantum ligna ad congregandum fuiſſe neceſſaria, ſtantibus muris templi poſt incendium. Myſtice. Poſtquam poſita ſunt corda ſuper

Myſtice. uias, præcipimur aſcendere in montem, id eſt in altitudinem diuini ſermonis, ut ex eo præcidamus nobis ligna, id eſt teſtimonia, & uaria uirtutum genera, ad ædificandam in nobis domum ſapientiæ, vt Deo placeat, & glorificetur in nobis.

Conſiderate

a ¶Qui natus eſt in Babylone, & Chriſtus in mundi confuſione.

phetæ ad Zorobabel filiũ Salathiel a

a ¶Quia de ſtirpe erat Dauid. b ¶Qui de tribu ſacerdotali. ¶In his duobus unus Chriſtus ſignatur rex & pontifex.

ducem Iuda, & ad Ieſum filiũ Ioſe- b c
dech ſacerdotem magnum dicens:

a ¶Non Zorobabel, non Ieſus, ſed populus dicit, qui ſub Dario iugum ſeruitutis nondum recuſat.

a Hęc ait dñs exercituum dicens: Po- d e
pulus iſte dicit: Nondum uenit tem
b pus domus domini ædificandæ. Et
factum eſt uerbum domini in ma-
c nu Aggæi prophetæ, dicens: Nun- f
quid tempus uobis eſt, ut habitetis

a ¶Lxx. concauis.

in domibus laqueatis: & domus g

a ¶Abſque mora præcepta mea in opus uertite.

iſta deſerta? Et nũc hęc dicit domi-

a ¶Cuius non leue eſt imperium. b ¶Quę huc uſque per diuerſa uitia diſtrahebantur.

d nus exercituum: Ponite corda ue- h

a ¶In memoriam reducite quæ feciſtis, & quæ paſſi eſtis.

e ſtra ſuper uias ueſtras. † Seminaſtis i

a ¶In horrea. b ¶Minus recepiſtis quàm ſeminaſtis. c ¶Ne quis dicat uoluntarium fuiſſe ieiunium.

multum, & intuliſtis parum. Cõ- k

a ¶Quia paruos fructus habuiſtis.

mediſtis, & non eſtis ſatiati. Bibi- l

a ¶Exhilarati. b ¶Habuiſtis pallium: ſed quod nec repelleret frigus, nel ſeruaret calorem.

f ſtis, & nõ eſtis inebriati. Operuiſtis m

a ¶Si quis uel negociatione uel mercenaria manu mercedes congregauit, illę pecuniæ ita defluunt, ac ſi mitterentur in ſaccum pertuſum.

g uos, & nõ eſtis calefacti. Et † qui mer n o
cedes congregauit, miſit eas in ſac- p

a ¶Idem dominus ad idem quod prius hortatur.

culum pertuſum. Hæc dicit domi- q
h nus exercituũ: Ponite corda ueſtra r

¶ *tio, ponitur quibus prophetauit, cum dicitur.*

G

a Ad Zorobabel filium Salathiel. *Et ſic iſte Zorobabel fuit nepos Ioachin, Matt. 1. quem Euilmerodach leuauit de carcere, & poſuit thronum eius ſuper thronum regum, qui erant cum eo in Babylone. iiij. Regum ultimo.*

b Ducem Iuda. *eò ꝙ erat de tribu Iuda.*

c Et ad Ie. filium &c. *Iſti enim duo erant principaliores in populo, & ideo prophetia Aggæi dicitur eis facta principaliter, & reliquo populo conſequenter.*

d Hæc ait. *Hic conſequenter incipit tractatus. Circa quod ſciendum, ꝙ populus rediens de Babylone, ſtatim fundauit templum in Ieruſalem. primo Eſdrę. iij. ſed ſtatim fuit impeditus a uicinis Gentibus: propter quod dicebat nondum aduenisse tempus reædificandi templum. Si enim placeret domino protunc illa ædificatio. tolleret impedimenta, vt dicebat, propter quod fuit negligens de illa ædificatione uſque ad tẽpus Darij regis, in quo Aggæus ſpirituſancto illuſtratus, reprehendit eorum negligentiam, exhortans ad templi ædificationem: quod cõpletum fuit ſexto Darij anno. 1. Eſd. vi. Secundum Ioſephum uero anno eius. viij. quia fuerũt diligẽtes in operãdo. Sic igitur iſte tractatus in duas partes diuiditur, quia primo arguitur præcedẽs negligẽtia. ſecundo, confortatur ſequens diligentia, cap. ſeq. Prima in duas, quia primo ponitur argutionis actus, ſecundo, eius effectus, ibi: Et audiuit. Circa primum dicitur.*

e Populus iſte dicit: Nondum ue. *Hoc dicebant propter impedimenta ſuperuenientia a Deo permiſſa, ut dictum eſt: ſed hoc nõ ualebat. Deus enim aliquando permittit in opere ſibi placito impedimenta occurrere, ut maius meritum habeatur in maiori labore. ideo ſubditur.*

f Nunquid tempus uobis eſt, ut habitetis in domibus laqueatis? *Id eſt ut faciatis ædificia curioſa.*

g Et domus iſta deſerta? *Quaſi diceret: Non: Quod probat per effectum.*

H

h Ponite corda ueſtra ſuper uias ueſtras. *id eſt cogitate de operibus pro ueſtris neceſſitatibus, & inuenietis defectum notabilem propter operis templi negligentiam, ut habetur infra. ideo ſequitur.*

i Seminaſtis multum. *ſcilicet reſpectu fructus inde ſequentis, ita quòd non habuiſtis cibum ad ſufficientiam, nec potum, nec operimentum.*

o Et qui mercedes congregauit *vt inde lucraretur.*

p Miſit eas in ſacculum pertuſum. *Id eſt, paruum aut nullum habuit inde lucrum propter negligentiam ędificandi domini templum. Ideo conſequenter inducit ad hoc ædificandum dicens:*

¶ Aſcendite

MORALITER.

✱ e *Populus iſte dicit: nondum uenit tempus domus domini ædificandæ &c.* Prophetat ad literam contra eos qui negligebant opus domus domini, & de proprijs negocijs erant ualde ſolliciti: per quos myſtice ſignificantur illi prælati qui de ſpirituali ædificio eccleſię quod fit per ſanam doctrinam & bonam uitam, parum curant: & de leuandis pecunijs magnam ſollicitudinem habent. Sed quoniam aliqui doctrinæ & prædicationi intendunt ſollicite, principaliter propter quæſtum uel famam hominum, ideo ipſis dicitur.

i *Seminaſtis multum, & intuliſtis parum.* quia cupiditas & uana gloria abſtulerunt fructum.

k *Comediſtis, & non eſtis ſatiati.* in comparando uobis curioſa, auditoribus placita, quæ mentem non reficiunt, ſed famelicam relinquunt: eò quòd talis ſcientia inflat, & non ædificat.

l *Bibiſtis, & non eſtis inebriati.* nam aqua ſapientię terrenæ ſitim non ſedat, ſed magis augmentat.

m *Operuiſtis uos.* uerborum curioſitate.

n *Et non eſtis calefacti.* charitate.

o *Et qui mercedes congregauit.* i. opera bona de genere.

p *Miſit eas in ſacculum.* propter defectum intentionis rectæ.

q *Hæc dicit dominus.* Hic inducit ad ſpirituale ædificium domus Dei dicens.

r *Ponite corda ueſtra ſuper uias ueſtras.* ad Dei opera dirigendo. Et ſubdit modum dicens.

✱ *Aſcendite*



Conſiderate cuncta quæ geritis, & relinquentes ſtudium do
A morum veſtrarum humilium, aſcendite in montem, vbi ſunt ligna quæ non comburantur, ſed ad opera domus meæ proficiãt, & ut hoc libẽtius agatis, ſcitote ꝙ in his mihi placebitis.

a *Reſpexiſtis ad amplius, & ec. fa. &c.* Sępe multa bona de multis ſperantur, quorum doctrina & cõuerſatio bona vr̃. Sed ubi tempus meſſium uenerit. i. cum tempus docendi habent, & exemplo uitæ alios inſtruẽdi oportunitatem conſequuntur, uel parum uel nihil eſt in eis inuentum, et ſurrepente pauiatim negligentia, hoc parum quod uidebantur habere perdunt. Quod ideo eis euenit, quia in priſtinis domibus ſuis ſecuri fuerũt & non aſcenderunt in montem ſcripturarum, nec ſe in domum domini extruxerunt:

b *Et intu. in do.* Ecce aliud incommodum quod contigit differentibus ædificationem, cum iam tpe meſſis putarent ſe tenere frumenta in manibus, uacuos culmos ſine frugibus congregabant, & illud tantillum quod ſupererat, inferebãt in domum: ſed Dei uirtus exufflabat. i. ad nihilum redigebat, quia folliculi vacui & frumentum uacuum farinam non habebat.

c *Rorem.* Myſtice. Ros eſt cæleſtis gratię bñdictio, quę non de aere, ubi multæ perturbationes ſunt, ſed de cælo deſcendit ad rigãdas aĩas iaculo diaboli vulneratas, uel in pſecutione ęſtuãtes.

d *Et vo. ſicci. ſu. ter.* quidquid ſine autoritate ſcripturę, quaſi apoſtolica traditione ſpõte cõfingunt hæretici, percutit gladius Dei. Myſtice. Gladius uel urens uentus, ſermo Dei, acutior omni gladio, qui aridam terrã. i. negligentem aĩam: & in concauis habitantem,

B ne fructũ ferat, diſpergit. Vocat̃ & ſup mõtes, qui cõtra ſcientiam Dei ſe eleuãt. Deſtruit ẽt triticum & uinum & oleum, qbus quaſi cibo & potu hæretici deceptis populis: blandiuntur: Panis eorũ panis doloris: vinum eorũ fel draconũ, oleũ eorũ qđ impinguat caput pctõris. Per hoĩes ſenſus & cogitationes eorũ, uel per hoĩes, docti, per iumenta, indocti, qui cum operibus manuum. i. ieiunijs & uarijs obſeruationibus pereunt. Pñt hæc intelligi de malis doctoribus eccłię, qui carnalia quærentes, nec in ſe nec in alijs domũ Dei dirutam quærũt reędificare, ſed multos uerbo & exemplo ſcandalizant.

e *Et audiuit.* Per Zorobabel & Ieſum ſignatur unus Chriſtus rex & ſacerdos, & ideo illi non timent ſed ſolus populus timet.

f *Et dixit Aggæus.* Hie. Quidam putãt Iohãnem Baptiſtam, & Malachiam, qui angelus dñi interpretatur, & Aggæum fuiſſe angelos, & ob diſpẽſatione iuſſu Dei aſſumpſiſſe humana corpora, & inter homines conuerſatos. unde dicunt Iohannem baptiſtam ad uocem Marię in utero matris exultaſſe. Nos uero dicimus nuncium Dei i. angelum qui Hebraice Malachi dicitur, prophetam appellari, quia Dei uoluntatem nunciat hominibus.

g *Ego uo. ſum dicit do.* Ego ero veſter adiutor: Aedificate domũ meam quę in uobis eſt deſtructa, me in medio ueſtri conſtituite, nemo ædificationem ueſtram poterit prohibere.

h *Et ſuſcitauit dominus ſpiritum Zorobabel filij Salathiel ducis Iuda, & ſpiritum Ieſu filij Ioſedech ſacerdotis magni, & ſpiritum reli. &c.* Iam uerus Zorobabel de genere Dauid, & Ieſus ſacerdos in ęternum, ſuſcitatus eſt uirtute patris. quo adiuuante debemus ſuſcitari ad ædificandam ſpiritualem domum Dei, In quam ingreſſi ſpirituales hoſtias offerre debemus. & opera digna templo Dei facere debemus, quę tamen facere non poſſumus niſi prius dominum timuerimus. Quia uero in ſeculo ſumus & ſub Dario generationi coniugijſq; ſeruientes ædificamus, ideo ſexto numero quo factus eſt mundus, & ſecundo anno qui diuiditur ab vnitate, ingredimur domum Dei. Cum uero in ſenario factus ſit mundus, duplicari oportet ſenarium, ut reædificetur mundus: & ſic duodenario eſt ſobolis humanæ reparatio, quæ ut de utroque populo facta oſtendatur, duodenarium duplicamus. & ſic in uiceſimaquarta die ædificata eſt eccleſia, tam de Gẽtibus quàm de circumciſione. Vel octonarius ad circũciſionem, ternarius ad fidẽ trinitatis refertur. Per fidem trinitatis fit uera circuncifio uitiorum. Ideo multiplicato octonario per ternarium in uiceſiquarta die ædificamus domum.

C

In die

ſuper uias ueſtras: Aſcendite in mõ a
tem, portate ligna, & ædificate do- b
mum, & acceptabilis mihi erit, & c
a glorificabor, dicit dominus. Reſpe- d
xiſtis ad amplius, & ecce factũ eſt
b minus. Et intuliſtis in domum &

a ¶ Hæc mala contingunt uobis.

exufflaui illud: quã ob cãm dicit

a ¶Et uos habitatis vnuſquiſque in domo ſua.

dominus exercituũ. Quia domus
mea deſerta eſt, & uos † feſtinatis e
unuſquiſq; in domũ ſuam. Propter f

a ¶Non ſolum non dant pluuiam ſuam, ſed nec nocturnũ torem, ut ſaltem modico humore agri temperentur.

hoc ſup uos prohibiti ſunt cęli ne g

a ¶Quæ ſponte ſolet gignere, auaro ſinu credita retinet.

c darent rorem, & terrã prohibita eſt h
d ne daret germen ſuũ. Et uocaui ſic- i

a ¶Vrentem uentum. Lxx. gladium, quod melius. b ¶Super montes uocatur ſiccitas, ne proferant triticum, vinum & oleum, uel quæcumque humus ſponte generat.

citãtẽ ſuper terrã & ſuper montes,
& ſuper triticũ, & ſuper uinũ, & ſu-
per oleum: & quęcunq; profert hu-

a ¶Præcedente fame. conſequenter ſuper homines & iumenta mors uenit.

mus, & ſuper homines, & ſuper iu-

a Id eſt urens uentus omnia conſumit, quæ manus hominum laborauerunt.

menta, & ſuper omnẽ laborem ma k

a ¶Iſti qui uenerunt in uirum perfectum, audiũt, obediũt, non timent, quia charitas foras mittit timorem.

e nuum. Et audiuit Zorobabel filius l
Salathiel, & Ieſus filius Ioſedech ſa-
cerdos magnus, & omnes † reli-
quiæ populi uocem Dei ſui, & uer-
ba Aggæi prophetæ, ſicut miſit eũ
dominus Deus eorum ad eos, & ti-

a ¶Qui non peruenerunt in uirum perfectum.
b ¶Sciens quia facies domini ſuper facientes mala: ut perdat de terra memoriam eorum.

f muit populus a facie domini. Et di m

a ¶Vnus de nuncijs, propheta de prophetis.

xit Aggæus nuncius domini de nun

a ¶Non loquitur ad Zorobabel, uel Ieſum, cum quibus & in quibus ſemper erat, ſed populo timenti qui accepit mercedem pro timore Dei, ut dominus ſit cum eis.

g cijs dñi populo, dicens: Ego uobi- n

a ¶Quaſi prius dormientem.

h ſcũ ſum, dicit dñs. Et ſuſcitauit dñs o

a ¶Non corpus, non animam, ſed ſpiritum, qui magis ſcit ædificare templum domino.

ſpiritum Zorobabel filij Salathiel

¶Vt regnum & ſacerdotium Deo ædificarent templum.

ducis Iuda, & ſpiritũ Ieſu filij Ioſe-
dech ſacerdotis magni, & ſpm̃ reli-

NIC. DE LYRA.

¶ a Aſcendite in montem &c. *ſ. Libani, ubi erant ligna huic ædificio apta. Cætera patent in litera uſque ibi.*

e Vt uos feſtinatis unuſquiſque in domum ſuam. *i. cum magna diligentia intenditis vtilitatibus ueſtris. Et quia nõ ualet talis diligentia ſine Dei prouidentia. ideo ſubditur.* † feſtinaſtis.

f Propter hoc. *i. propter nimiam diligentiam in operibus ueſtris, & negligentiam in diuinis.*

g Super uos. prohibi. ſunt cæli &c. *ſufficientem ad terræ fœcundationem, & per conſequens impedita ſunt terrænaſcẽtia, & per conſequens homines et iumenta ſufficiẽs nutrimentum non habentia: quod requiritur ad multiplicationem hominum & iumentorum, quia ſemen eorum eſt de ſuperfluo alimenti. Virtus enim nutritiua materiam miniſtrat generatiuæ. ij. de anima.*

k Et ſuper omnem lab. &c. *quia homines non poſſunt bene laborare niſi habeant ſufficiens nutrimentum.*

l Et audiuit Zoro. *Hic conſequenter ponitur argutionis effectus, quia ad uocem prophetæ dux populi & ſacerdos magnus, & conſequenter totus populus conceperunt uoluntatem & conſtantiam ædificandi domum domini. Et patet litera paucis exceptis, quæ diſcurrentur.* D † reliqui

m Et dixit Ag. *i. de numero prophetarum a Deo miſſorum.*

n Ego uobiſcum ſum. *paratus uos auxiliari in ædificio templi.*

o Et ſuſcitauit dominus ſpiritum. *i. uoluntatem & conſtantiam ad ædificandum.*

¶ In die

MORALITER.

✱ a *Aſcendite in montem.* ſ. perfectionis uitæ.

b *Portate ligna.* i. ſacra uerba & exempla ad ædificationem eccleſiæ.

c *Et acceptabilis mihi erit.* ſ. ædificatio ueſtra. Et reuertitur ad arguendum negligentiam priſtinandi.

d *Reſpexiſtis ad amplius, & ecce factum eſt minus &c.* Et eſt eadem ſententia cum illa quæ poſita eſt parte præcedenti. Et ſubditur pœna cum dicitur.

f *Propter hoc ſuper uos prohibiti &c.* i angeli, qui ſunt ciues cæli retraxerunt a uobis auxilium ſuum. ſicut Ierem. lj. dicitur in perſona angelorum: Curauimus Babylonem, & non eſt curata: derelinquamus eam.

h *Et terra prohibita eſt, ne daret germen ſuum.* Per terram ſignificantur laici terrenis intenti. ipſi uero frequenter retrahuntur a bono propter malitiam cleri.

i *Et uocaui ſiccitatem ſuper terram & ſuper montes, & ſuper triticum, & ſuper uinum, & ſuper oleum: & quæcunq; profert humus &c.* quaſi dicat propter hoc uenit defectus deuotionis in paruis, mediocribus, & magnis.

l *Et audiuit Zorobabel filius Sal.* Per hoc autem ꝙ principes & pontifex primo acquieuerunt monitioni prophetæ, & alij conſequenter, ut hic dicitur: oſtenditur ꝙ quando principes & prælati incipiunt bonum opus, alij de facili eos conſequuntur. ideo ſequitur: Et faciebant opus in domo domini.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

a *In die ui.* Eodem anno Darij & eodem menſe qui in principio poſitus eſt, ſed nõ eodẽ die. Ibi.n.dr̃: In una die menſis: hic dr̃ in uiceſimaquarta, ut inter primum diem quo dñs loquitur per Aggæum, & uiceſimumquartũ, quo ingreſſi ſunt. xxij. dies medij fuerint, quibus timuit populus dominum.

## NIC. DE LYRA.

a In die uiceſima. *Poſtquam reprehẽſa eſt populi negligentia. hic conſequenter confortatur eius ſequens diligentia. Et diuiditur in duas partes: quia primo confortatur de operis profectu. ſecundo, de Chriſti aduentu, ibi: Nolite timere. Circa primum ponitur primo continuatio reſpectu prædicti. ſecundo executio propoſiti, ibi: In ſeptimo. Circa primum dicitur:* In die uiceſima & quarta &c. *Immediate enim præmiſerat propheta: Et faciebant opus in domo domini exercituum Dei ſui. & non dixerat quo tempore incœperant illud opus, ideo hic manifeſtat quantum ad annum, cum dicitur. In anno ſecundo Darij: & quantum ad menſem, cum dicitur.* Diuiſio

a ¶ Foris enim fuerant.

quorũ de omni populo, & ingreſſi

a ¶ Quod dignum erat penetralibus domus Dei.

ſunt, & faciebant opus in domo domini exercituum Dei ſui, in die uiceſima & quarta menſis, in ſexto menſe, in anno ſecundo Darij regis.

b In ſexto menſe. *Et dicunt aliqui. quòd iſte fuit menſis Septembris, quia ſecundum eos primus menſis apud Hebræos eſt Aprilis. Sed oſtenſum fuit Gene. vij. & Exo. xij. quòd primus menſis apud Hebræos eſt Martius, tamen aliquãdo concurrit cum Aprili noſtro, quia faciunt mẽſes per lunationes: & ſecundũ hoc iſte mẽſis eſſet Auguſtus, qui eſt ſextus a Martio. Sed quia xxiiij. dies Auguſti non eſt tempus in quo ſolent ædificia magna inchoari, ſed magis circa principium ueris: & adhuc minus eſt apta xxiiij. dies menſis Septembris. ideo aliter dicendum, quòd licet Martius ſit primus menſis apud Hebræos, ſecundum ordinem feſtorum per anni circulum, tamen September eſt primus ſecundum ordinem negociorum: quia eſt primus ſimpliciter ſecundum eos: eò quòd in ipſo fuit creatus mundus, ſicut declaratum fuit diffuſius Geneſ. vij. Et ſecundum hoc menſis ſextus hic accipitur Februarius. cuius. xxiiij. dies eſt in principio ueris, quia eſt tertia dies eius, & in illo tempore ſolet materia diſponi ædificiorum in ueré exequendorum.* G

In

## GLOS. ORDIN. CAP. II.

IN *ſe.mẽ.* Eodem anno, ſed in mẽſe ſeptimo in quo ſunt ſolẽnitates Dei uiceſimaprima die menſis. i. tribus hebdomadibus cõpletis, & pfecta rege in myſterio trinitatis, tertio fit verbũ Dei ad Aggęũ q ſemper ad hoc laborabat, vt ſermo dñi in eo fieret. Fit ſermo Dei ad eos qui cœperãt opari in domo Dei iã in requie. i. in menſe ſeptimo, & in pleno trinitatis ſacro. i. xxj. mẽſis ad Aggęũ feſta Dei celebrantẽ: ad Zorobabel filium Salathiel, q pro nobis homo fieri dignatus eſt, & ſacerdos, & ad reliquos populi. Ad cõparationẽ totius mũdi parua pars fuit in principio credentiũ. *Quis in vo.* Quondã fuit Iudæa domus Dei ſeruiẽs uni Deo ſm̃ præcepta legis, & dilecta in patribus Abrahã, Dauid & cęteris: ſed iã excęcata F cępit eſſe, nõ dilecta, nec popul⁹ Dei. Hæc domus in conſpectu Chriſti & populi credẽtis reputatr̃ quaſi non ſit. Prouocatr̃ ergo Chriſtus, vt regnum ſuũ & ſacerdotiũ corroboret. Vocatr̃ ergo & populus q in cõcauis terrenorũ habitabat, vt faciat opus ſpũale in domo Dei, & ſciat Deũ eſſe pñtem ſibi, & faciẽtem ſpũaliter in ipſis: quod quõdã in figura paciſcebatr̃ de Aegypto egrediẽtib⁹. Promittit ẽt ſpm̃ ſuũ adiutorẽ eorũ q operãtr̃ in domo ſua, & iplẽt ſermonẽ pacti ſui. Moui cælũ, qñ de cælo audita eſt uox mea: & terrã, qñ priori pplo dedi teſtm̃: & in aduentu meo caligo, turbo, tenebræ, cernebantr̃. Moui mare, qñ pſtiti uiã pplo tranſeunti. Moui aridã. i. Aegyptũ p plagas, cũ eſſet a cultu Dei uacua. uel ſolitudinẽ quã ppl̃s. xl. annis circumiuit. Et q hæc feci in datione ueteris legis, adhuc mouebo cælũ & terrã tpe paſſionis. Cælum, qñ ſole obſcurato tenebrę factę ſunt. Terrã, qñ petrę ſciſſę ſunt, & monumẽta apta sũt. Mare, interfecto dracone q in eo erat. Aridã infructuoſã Gẽtiũ multitudinẽ: Et illis cõmotis mouebo ad fidẽ oẽs Gentes, qa in oẽm terrã exiuit ſonus eorũ. Et hoc erit, qñ veniet deſideratus cũctis Gẽtibus. In cuius aduẽtu implebitur eccl̃ia gl̃ia maiore q̃ fuit in ſynagoga, ſicut maior eſt Chriſtus filius in eccleſia, quã Moyſes ſeruus in ſynagoga. Et hæc gloria dabitur per argentum. i. eloquia ſcripturarum, & aurum. i. occultum ſenſum, qui verſatur in pectore ſanctorum.

Matt. 27.f

Pſ. 18.a

† Hebr. 12. g

Hebr. 3.a

b *Quis in vo. eſt.* Fuit olim in Iſraël domus Dei, quæ tunc ita deſerta erat, ut in aſpectu uidentium reputaretur quaſi nõ fuerit. Quod non ſolum de ædificijs templi debet accipi, ſed de omnibus quæ quondam præclara habuerunt Iudæi.

c *Et ego mo.cæ.& ter.* Qñ dedi primũ teſtm̃ in Sina Moui cælum & terrã, & mare rubrũ & deſertũ, ut uobiſcum ponerem teſtamentum. nunc autem polliceor, quòd adhuc ſemel mouebo cęlum, & terram, ut illis commotis moueãtur omnes Gẽtes: & tunc

Exo. 19.d

## CAP. II.

a IN ſeptimo mẽſe uiceſima & prima mẽſis, factum eſt

a ¶ Operando merebatur, ut in eo ſermo Dei amplius fieret.

uerbum dñi in manu Aggęi prophetę, dicens: Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Ieſum filium Ioſedech ſacerdotem magnum, & ad b

a ¶ Qui uiderunt antiquam domum Dei: & nunc interſunt reſtaurationi.

b reliquos populi dicens: Quis in uobis eſt derelictus, qui uidit domum iſtam in gloria ſua prima? Et † quid c d

a ¶ Quaſi nihil ad comparationem prioris.

uos uidẽris hanc nunc? Nũquid nõ eſt ita, quaſi non ſit in oculis ueſtris? e

a ¶ Sed nolite deſperare.

Et nunc confortãre Zorobabel, dicit dominus, & confortare Ieſu fili Ioſedech ſacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit f

a ¶ Opus in mea domo.

dominus exercituum, & facitẽ quo

a ¶ Pater.

niam egò uobiſcum ſum, dicit do-

¶ Filius.

minus exercituum. Verbum quod pepigi uobiſcum cum egrederemi- g h

a ¶ Sanctus. ¶ Ego qui iubeo omnipotens ſum, cuius dicere eſt facere.

ni de terra Aegypti, & ſpiritũs meus

a ¶ Medius ueſtrum ſtetit, quem uos neſcitis.

erit in mẽdio ueſtrum. Nolite timere: quia hæc dicit dominus exercituum: † Adhuc unum modicum i k

a ¶ Tempore paſſionis ſol obſcuratus eſt.

c eſt, ẽt ego commouebo cœlum l

## NIC. DE LYRA. CAP. II.

IN ſe. mẽ. *Hic cõſequẽter exeqtur propoſitum, circa qđ primo ponitur tp̃s cũ dicitur: In ſeptimo menſe. ſecundo ſubditur confortatio operantium cum dicitur:*

b Lo.ad Zo. *dirigendo primo ſermonem ad principales: & ſecundo ad totum populum.*

c Quis in uo. &c. *ſ. in uita. Qui uidit domum iſtam a Salomone ædificatam nunc tamen deſtructam?*

d In glo. ſua pri. *ſ. tpe Sedeciæ. Viuebant. n. adhuc aliq reuerſi de captiuitate Babylonica, q tpe Sedeciæ uiderant templũ a Salomone ædificatum, antequam deſtrueretur per Nabuzardan, ut habetur. 1. Eſd. iij.* H

e Nunquid non ita. *q.d. Sic, quia redeũtes de Babylone, ſtatim incęperunt reędificare templum: ſed impediti ab aduerſarijs modicum fecerũt uſq; ad ſecundum Darij annũ. ita quòd illud quaſi nihil erat computandum.*

f Et nunc confortare &c. *quaſi diceret proficietis in opere mea aſſiſtentia.*

g Verbum quod pepigi uobiſcum. *i. cum patribus ueſtris.*

h Cum egre. de ter. Ægypti. *in ipſis: quia filij prẹexiſtunt in parẽtibus uirtualiter ſeu originaliter. Promiſit enim populo aſſiſtere, dum tamen ſeruiret ei fideliter, ut patet in Exo. & Deu. in pluribus locis.*

i Nolite ti. *Hic cõſequenter ponitur populi cõſolatio de aduẽtu Chriſti: Et diuiditur in duas ptes, qa primo ponitur cõſolatio populi de Chriſti aduentu: ſcđo, de multiplici terræ fructu, ibi.* In uiceſi. *Circa primum dicitur.* Diuiſio

k Adhuc unum. *i. tempus breue reſpectu præcedentis durationis mundi.*

l Et ego commoue. cæ. *Iſtud fuit impletum, quando ſtella noua in natiuitate Chriſti apparuit: Matthæ. ij.*

¶ Et terram

## MORALITER.

a *In ſe. men.* In hoc capitulo ſm̃ ſenſum literalem deſcribitur profectus ædificationis domus Dei per Zorobabel & ſocios eius. Myſtice uero ſignificatur profectus eccleſiæ per Chriſtũ, q uocatr̃ Zorobabel in fine huius capituli, & p Chriſti diſcipulos. Circa qđ ſciẽdũ, quòd domus prima ędificata per Salomonem, ſignificauit ſynagogã cuius legiſlator fuit Moyſes. Secunda uero domus ædificata per Zorobabel, ſignificat eccleſiam, cuius legiſlator fuit Chriſtus: propter quod eccleſia dignior eſt ſynagoga, quanto Chriſtus dignior eſt Moyſe. Et hoc declarat apoſtolus Hebræ. iij. a. Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus habitus eſt &c. Et ideo de aduentu eius ſubditur.

k *Adhuc unum modicum eſt.* Quod fuit adimpletum in orbis deſcriptione imminente Chriſti natiuitate, ideo ſubditur.

✱ *Et veniet*



& tunc veniet deſideratus cunctis Gentibus. i. Saluator: & A tunc implebo domum iſtam maiore gloria quam prius.

a *Et in loco iſto.* Quia ad ędificationem inclytę domus nihil tantũn valet quãtum pax. ſpondeo pacem dandam in loco iſto: ut in pace quę exuperat omnem ſenſum, ſit locus meus.

b *Noni menſis.* Hic numerus nunquã in bono accipitur: Omnis ſolennitas finitur octauo die, nec ad nonum peruenit. Ieruſalem apud Ieremiam nono menſe à Babylonijs expugnatur. Quia ergo de immũditia populi, pphetia erat futura, ſecundo anno Darij iungitur nonus mẽſis: ſed quia datur locus pœnitentiæ poſt correctionem immunditię, die xxiiij. fit ſermo domini ad Aggæum, vt quaſi ex perſona domini quęſtionem à ſacerdotibus ſciſcitetur ex lege veniẽtẽ. Viginti p quaternariũ multiplica & erũt octoginta, q numer⁹ bis habet. xl. quadragenarius verò pñiam notat: quæ non ſolũ debet eſſe corporis, ſed etiã ſpiritus, qđ octogenarius prætendit.

c *Ad Aggæum.* Non in manu Aggæi vt ſuprà. Ibi enim pfectum habebat & tm̃ munda opa. Cor verò eius necdum plenam ſapientiam receperat. Vel quia adhuc habitabat inter eos qui dicebant: Nondum venit tempus do. do. ędi In operibus tamẽ eius factus eſt ſermo domini. Nunc verò iacta ſunt fundamenta templi: & ingreſſus populus cum principibus, facit opus Dei, & audit myſteria. Mouebo omnes Gentes, & plenus eſt vaticinio, & ideo ad totum Aggæum fit ſermo.

d *Si tulerit.* Carnes oblatas in altari, alias ſacerdotes in abditis templi comedebant, alias propinqui eorum domi. alias qui de ſacerdotibus videbantur maculati. alias Iſraelitæ qui nullam habebant immunditiam. Im-B mundus vero dicebatur qui hominem mortuum tetigerat. Quàmdiu enim anima eſt in corpore corpus humanum nõ eſt immundum, ſed quàm cito anima recedit. Quærit autem propheta, ſi quilibet homo tulerit carnem ſanctificatam, & ligauerit eam in ſummitate veſtimenti, & ipſa ſummitas tetigerit panem vel aliquid quo poſſit homo veſci, nunquid ex illo tactu cibus ille ſanctificari poteſt? Reſpondetur, quòd nõ ſanctificatur. Anagoge. Vir eccleſiaſticus qui immolat agnũ immaculatum, & indutus eſt Chriſto, ligat ſanctam carnem in pallio, quando de exterioribus ſacramentis auditores informare intendit. Et hoc pallio contingit, exponendo diuinam ſcripturam: Quæ eſt panis, confirmans cor hominis: Et eſt pulmentum id eſt coctio ſicut ſunt apoſtolicæ epulæ, quæ condiunt & decoquunt carnes veteris legis, & conditas præbent eſui. Eſt etiam ſcriptura, vinum lętificans cor hominis. Eſt etiam oleum, exhilarans faciem: Eſt etiam cibus lactis, quo alũtur & paruuli, & alia huiuſmodi. Sed dũ auditores p ſcripturã de exteriorib⁹ ſacr̃is erudiuntr̃, nõ vt ſc̃tĩficatũ cibum comedunt

& terram & mare & aridã, & mo- a b

a ¶ Contrarias poteſtates, ſplendorem domini ſuſtinere non ualentes.

uebo õmnes gentes, & ueniet deſideratus cunctis Gentibus. Et implebo domum iſtam gloria, dicit do- c d

a ¶ Ne putetis ſponſorem infirmum.

b ¶ Id eſt omnes opes, quas ego donabo vobis in ornamentum templi, vt gloria huius domus ſit maior quam prioris.

minus exẽrcituum. Mẽum eſt argentum, & meum eſt aurum, dicit dominus exercituũ. Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ pluſquam primæ, dicit dominus exercituum. e f g

¶ Quæ exuperat omnem ſenſum.

a Et in loco iſto dabo pacem, dicit do- h

¶ Vt ſupra.

minus exercituum. In uiceſima & i

¶ Vt ſupra.

b quarta noni menſis in anno ſecũdo Darij regis factum eſt uerbum do-

c mini ad Aggæum prophetam, dicens: Hęc dicit dominus Deus exer-

a ¶ Sacerdotis eſt legem domini ſcire, & ad interrogationem domini de lege reſpondere: ſi ſacerdos eſt, legem ſciat domini, ſi ignorat legem, ipſe ſe arguit nõ eſſe ſacerdotem domini.

cituum: Interrogã ſacerdotes legem, k

d dicens: Si tulerit homo carnem ſan- l

monis Machabęi filius impoſuit ſibi diadema regiũ: et durauit illud regnum vſq; ad Herodem, qui fuit alienigena, prout diffuſè declaratur in Scholaſtica hiſtoria. C

e Meum eſt argentum & meum eſt aurum. *q.d. vobis prouidebo de expenſis pro ędificio domus meę.*

f Magna erit. *quam incœpiſtis reędificare.*

g Pluſquam primæ. *per Salomonem ædificatæ: iſta verò gloria maior non poteſt intelligi de ædificijs, nec de ornamentis ſeu diuitijs: Iſta enim modica fuerunt in ſecunda domo reſpectu primæ. Arca enim teſtamenti, de qua ſummæ gloriabantur Iudæi, fuit in prima & non in ſecunda, ſecundùm catholicos & Hebræos: & ideò in nullo potuit dici gloria domus ſecundæ maior gloria domus primæ, niſi ex præſentia Chriſti, ut prædictum eſt qui eſt ſanctuſſanctorum: Dan. ix.*

h Et in loco iſto dabo, *p. unde nato Chriſto angeli cantauerunt: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus &c. Lucæ. ij. Reſpondent tamen aliqui Hebræi ad hoc, quòd iſta maior gloria intelligitur de annis, quia iſta ſecũda durauit. ccccxx. annis, prima uero. ccccx. Sed hoc non ualet: quia ſi computentur anni per tempora regum ab anno in quo Salomon conſummauit templum uſque ad deſtructionem eius p Nabuzardan, inueniũtur anni ccccxxij. & ſic prima domus plus durauit quam ſecunda duobus annis. Deductionem autem huius omitto propter prolixitatem: Et quia poteſt faciliter uideri diſcurrendo per iij. & iiij. Reg. quantum ad annos intermedios regum Iuda. Præterea dato, quòd ſecũda domus duraſſet plus quàm prima decẽ an. ut iſti dicunt, iſta tamen gloria quaſi nulla eſſet reputãda, maxime quia p plures annos iſta domus fuit uilificata tempore Antiochi, qui poſuit ibi abominandum idolum, ut habetur. 1. Macha. Et ideo alij exponunt de templo per regem Meſſiam ædificando, quem Iudæi expectant uenturum. Sed patet falſum per hoc quod hic dicitur: Et implebo domum iſtam gloria. Ex quo patet, quòd propheta loquebatur, de domo quæ ædificabatur, & quam digito oſtendebat. Item per hoc quod ſubditur: Iſtius domus nouiſſimæ: ex quo patet quòd non eſt alia tertia domus materialis expectanda. Ex hoc manifeſte oſtenditur primus aduentus Chriſti completus, qui prophetatur hic uenturus domo illa ſtante & eam ſua præſentia glorificaturus. Ipſa autem deſtructa fuit per Romanos iam diu eſt. ſ. anno. xlij. poſt paſſionem Chriſti.* D

i In uiceſima quarta die. *Hic conſequenter ponitur populi conſolatio de multiplicatione fructuum terræ: Et diuiditur in duas partes, quia primo oſtendit multiplicationem fructuum: ſecundo redit ad denunciãdum Chriſti aduentum, ibi: Et factum eſt. Prima in duas: quia primo quędam parabola ponitur: ſecundo ad propoſitum applicatur ibi: Et reſpondit. Circa primum ponitur primo tempus determinatum, cum dicitur:* In uiceſima & quarta die men. &c. *ſecundo ſubditur parabola per modum interrogationis, cum dicitur:* Diuiſio

k Interroga &c. *quia ex officio tenentur ſcire eam.*

l Si tulerit &c. *& patet litera: Et ſubditur reſponſio, Dixerunt, Non: Et ſubditur ſecunda quæſtio de oppoſito, cum dicitur:*

¶ Si tetigerit

## NICOLAVS DE LYRA.

a Et terram & mare. &c. *quod fuit impletum per victoriam Romanorum in omni terra, & in inſulis maris.*

b Et mouebo omnes Gentes. *& hoc fuit impletum imminente Chriſti natiuitate: propter quod tunc exijt ędictum à Cęſare Auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis redactus ſub dominio Romani imperatoris, propter quod ibant ſinguli ad ciuitatem ſuam, & tunc Chriſtus fuit natus, Lucę ſecundo. ideò ſubditur:*

c Et ueniet deſideratus cunctis Gentibus. *id eſt Chriſtus pro ſalute omnium Gentium mittendus.*

d Et implebo domum iſtam gloria. *quia in templo per Zorobabel reædificato Chriſtus fuit à matre oblatus, & ibi pluries prædicauit & multa miracula fecit: ex quibus domus illa fuit ſummè glorificata. Et huic dicto concordat expoſitio Rabbi Aaquiba, de quo dicitur in libro Canhedrin, q apud Hebręos autẽticus eſt: q ſic exponebat paſſum iſtũ. Adhuc vnũ modicũ eſt ſcilicet regni vẽturi Iſrael poſt deſtructionẽ primę domus & poſt illud regnum: Commouebo cælum & terram, & mouebo omnes Gentes, & veniet Meſſias: quia poſt paucos reges de genere Machabæorum Chriſtus venit tempore Herodis, omnibus terris ſub dominio Romani imperatoris redactis. Ioannes enim Hircanus Simonis*

## MORALITER.

✱ c *Et ueniet deſideratus cunctis Gentibus, & implebo domum iſtã gloria.* Quod fuit impletum, quando Chriſtus fuit oblatus in ea: & ſic modo impletur eccleſia gloria, quotidie per oblationem Chriſti in ſacramento euchariſtiæ.

e *Meum eſt argentum, & meum eſt aurum, dicit domi.* Per aurum ſapientia, per argentum eloquentia deſignatur: quibus ornata fuit eccleſia in ſui principio, quando ſpirituſſanctus deſcendit ſigno uiſibili ſuper centum uiginti credentes, replens eos auro ſapientiæ, & argento eloquentiæ, intantum, quòd intelligebant ſacras ſcripturas lucide, & loquebantur omni idiomate, ut habetur Act. ij. ideo ſubditur.

f *Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ &c.* Id eſt eccleſiæ.

h *Et in loco iſto dabo pacem.* propter quod Chriſto nato pacem iſtã angeli clamauerunt dicentes: Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis.

k *Interroga ſacerdotes legem dicens.* Hic ſecundum ſenſum literalem ponitur interrogatio & duplex reſponſio facta ad oſtendendum, quòd nulla oblatio extra domum ædificatam per Zorobabel eſſet Deo accepta: Ideo ſequitur.

✱ *Et omnia*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cibum comedunt, quia interiori pinguedine ſacramētorum intus non reficiuntur. Econtra autor peruerſæ doctrinæ quęcunque doctrina ſua inficit, immundum reddit. Habent autē & mali in doctrina ſua panem, ſed luctus: & uinum, ſed inſanæ ebrietatis, & oleum adulationis. Habent & pulmentum dum ad confirmationem ſuæ peruerſitatis, quaſi ad condimētum myſtica de ſcripturis interſerunt &: Habēt & alios cibos. i. diuerſos tractatus, quos quia ab immundis ſunt ſcripti, & immundo ore prolati, qui tetigerit immundus fit, & in eorum ducetur errorem.

*Alia quæſtio* a *Si tetigerit pollu.* Aliam quæſtionem proponit, quia ad priorem bene reſpōderunt: & in hac facile poteſt capi imperitus: Poteſt enim uideri, ut ſicut nō ſanctificatur, ita nec contaminetur.

b *Et reſpondet.* De ſuperiori quæſtione tacens, de ſecunda ſui ſermonis cōtexit occaſionem: Sic populus iſte. Iuxta literam, o popule qui adhuc diruta domo in iam extructo altari offers hoſtias, & illis carnibus ſanctificari putas, ſcito te non tam his ſanctificari, quàm omnia opera cōtaminari, ex eo quòd tuam domum magis quàm meam conaris conſtruere. Nec iuuat te ſanctum in altari oblatum, dum in conuallibus habitas & mortuis operibus pollueris. *† i. q. c. ſic populus.*

c *Et nunc po.* Q. Licèt hæc polluta ſint quæ obtuliſtis in altari nondum ædificato templo, tamen o popule hortor te, ut ſenſu ad preterita reuertaris, quātis malis te afflixi antequam inciperes iacere fundamenta templi, vt cum recogitaueritis mala quæ paſſus es pp deſtructionem templi, poſtea ponas cor ad cogitanda bona quæ cœperis habere a prima die ædificationis, & quæ in futuro plenius ſunt tibi danda poſt plenam ædificationem templi. F Alle. Vos qui credidiſtis in Ieſum, conſiderate tempus quo in Gentilitate uitijs ſerui uiſtis, nec in uobis templum ędificaſtis, cuius fundamentum eſt Chriſtus, ſuper quem uideat unuſquiſque quomodo ſuperædificet. Conſiderate quę antea paſſi eſtis: cum accederetis ad aceruum. xx. modiorum, quidquid ante Chriſtum uidebamini habere uirtutum & bonorum operum, præter veſtram ſpem erat infœcundum, ut vobis poſſet dici: Quanta paſſi eſtis ſine cauſa? Et cum ex uinea quinquaginta lagenas expectaretis, qui numerus completis. vij. hebdomadibus unione diuinitatis perficitur, & putaretis uos habere uinū quod lætificat cor hominis, ſubtractus eſt ſacer numerus. xxx. in quo baptizatus eſt Chriſtus, & in quo ſacerdotes accedunt ad myſterium Dei, & relinquitur. xx. Quem numerum uidens Iacob diligi ab Eſau, mittit ei animalia numero. xx. & xx. *Gen. 32. d* Cum apud incredulos nullus in ęternum ſit fructus bonorum operum, tamen mediam partem laboris percipere dicuntur, cum ſperantes uiginti decem inueniunt. i. fructum & gloriam in præſenti tempore pro expenſo labore, & hoc ideo ne penitus deſperent, ſed aliquando conuerſi ponant lapidem ſuper lapidem, alioqui etiam medium perdāt. Vnde ſequitur: Percuſſi uos uento urente: Quidquid urente vento & vredine & grandine percutitur, in puluerem & fauillam redigitur, nihilque in eo utile inuenitur, & hoc ideo quia ad Deum non reuertuntur. Reuerſi uero, a domino benedicentur. Vnde ſequitur: A die iſta benedicam, & cætera.

d *Percuſſi uos.* Fruſtra putat ſe aliquis poſſe Deum eleemoſynis & oblationibus placare, cum ipſe non inſtruxerit in ſe templum ſpiritui ſancto.

*Eleemoſynæ & oblationes fruſtrantur: niſi &c.* e *Ponite corda & cætera.* Expoſui quæ paſſi eſtis antequam ædificare cœperitis, nunc exponam quæ bona uobis danda ſunt, poſtquam ædificare cœpiſtis. Nonus menſis ab Aprili (qui primus eſt apud Hebræos) December eſt apud nos. G Hoc menſe ſemina latitant in terra, nec futura fœcunditas coniectari poteſt. Nonum menſem non accipi in bonam partem, & liber Regum, & Ieremiæ narrat hiſtoria, in quo Ieruſalem obſeſſa fuit, quia tamen in fine noni menſis fundamenta templi iacta ſunt, intelligimus, quòd in nobis domus Dei non ædificetur, niſi prius mala opera finiantur. Quicumque uero ſe cultui Dei dedicauerit ſtudioſe, iſte neſciat menſuram frugum & mercedis ſuæ, quia in ſpiritu ſancto ſeminans, de ſpiritu ſancto metet uitam æternam.

Nunquid

ctificatam in ora ueſtiméti ſui, & tetigerit de ſummitate eius pané, aut
a Aliquem coctum cibum ad comedendum.
pulmentū, aut uinū, aut oleum, aut oém cibū, nunquid ſanctificabitur? Reſpondentes autē ſacerdotes dixe-
Sanctificabitur, ſed ita manet unum quodque, ut fuerat.
a runt: Non. Et dixit Aggęus: Si tetige-
a Qui contagione mortui immundus effectus eſt.
rit pollutus in anima ex omnibus his, nunquid cōtaminabitur? Et re-
a Quorum princeps Ieſus, per quem legem mouerant.
ſponderunt ſacerdotes & dixerunt:
a Polluitur tactu polluti.
b Contaminabitur. Et reſpondit Ag- b c
a Qui ſcit ſolennitatum differentias, & ideo feſtiuus appellatur. b Qui immundus eſt in anima, omne quod tangit, & quod offert mihi immundum erit.
gæus & dixit: † Sic populus iſte, & d
a Gentiles & heretici. b Quamuis hominibus ſui ſpecie ſancta uideatur.
ſic gens iſta ante faciem meam, di- e
a Vota, præces, ieiunium, eleemoſynæ, continentia etiam in corpore.
cit dominus: & ſic omne opus ma-
Supradicta.
nuum eorū, & omnia quæ obtule- f
Ad cogitandum.
c runt ibi, contaminata erunt: Et nūc g h
a Viceſimaquarta noni menſis.
ponite corda ueſtra a die hac & ſu-
a Cogitate etiam quæ retro geſta ſunt, quę & quanta ſuſtinueritis: vt cum poſtea proſpera euenerint, cauſam ipſorum per oppoſitum cognoſcere poſſitis.
pra antequā poneretur lapis ſuper lapidem in templo domini, † cū ac- i
Scilicet hoc cogitate.
a Vbi putabatis eſſe. xx. modios, uix mediam partem colligere poteſtis.
cederetis ad aceruū uiginti modio- k
a Viſis uineis oculis. l. amphoras pollicebantur, ſed nec medium habuiſtis.
rum & fierent decem: & intraretis ad torcular, ut exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant uiginti.
a Et hoc feci percutiens uos uen. uren. et auru. ut malorum pondere ad notitiam mei uos prouocarem: ſed nec
d Percuſſi uos uento † urente & † aurugine & gradine omnia opera ma- l
ſic uoluiſtis reuerti.
nuum ueſtrarū, & non fuit in uobis q reuerteretur ad me dicit dominus.
a Conſiderate quæ abundantia futura ſit?
e Ponite corda ueſtra ex die iſta, & in m futurū a die uiceſima et quarta noni mēſis, a die qua fundamēta † iacta n ſunt tēpli domini, ponite ſup cor ue- o

## NIC. DE LYRA.

a Si tetigerit pollutus in anima. *i. qui incurrit pollutionem ex tactu mortui, vel aliud huiuſmodi. Et ſubditur reſponſio.*

b Contaminabitur. *Ratio uero quare pannus ex tactu carnis ſanctificatæ ſanctificatus, per tactum ſuum non ſanctificat aliud ad cibum uel potum pertinens: & tamen homo pollutus ex tactu rei immundæ polluit illud: poteſt cauſa duplex aſſignari: Vna quia ſicut facilius eſt deſtruere quam conſtruere, ita facilius eſt polluere quam ſanctificare. Alia, quia homo eſt magis ſuſceptiuus ſanctificationis & pollutionis, quàm res inanimata, quæ non eſt ſuſceptiua vitij & uirtutis ſicut homo: propter quod homo pollutus modo prædicto magis polluit aliud tactu ſuo quam pannus ſanctificatus aliud ſanctificet.*

c Et reſpondit. *Hic applicatur ad propoſitum, cum dicitur.*

d Sic populus iſte. *qui eſt uirtutis & uitij ſuſceptiuus.* H

e Ante faciem meam. *pollutus reputatur uſquequo templum ædificetur.*

f Et omnia quæ obtulerunt ibi. *extra locum templi.*

g Contaminata erunt. *quod ſtatim declarat per effectum, cum dicit.*

h Et nunc ponite corda ueſtra. *i. diligenter conſiderate tempus pręcedens inchoationem ædificationis templi.*

i Cum accederetis ad aceruum. *ſcilicet ſegetum.*

k Viginti modiorum. *i. quę ſecundum humanam eſtimationem deberent facere. xx. modios, & faciebant tantum decem, et ita de uuis in torculari.*

l Percuſſi uos uento urente. *i. immiſi peſtilentias pro magna parte uaſtantes uel impedientes terrenaſcentia: & iſta ſunt diuinæ iræ contra populum ſigna.*

m Ponite corda ueſtra ex die iſta &c. *& ſubditur.*

n A die qua fundamenta iactata ſunt tēpli domini. *Circa quod ſciendum, quòd redeuntes de Babylone ſtatim fundauerunt tēplum, ut ſupra dictum eſt, ſed propter impedientes opus fuit intermiſſum uſque ad ſecundum Da. ij annum: & ideo cum dicitur hic:* A die qua fundamenta iactata ſunt templi domini ponite ſuper &c. *non eſt intelligendum de fundamentis inferioribus & primis, quæ iam ante facta fuerant. Sed dicuntur hic fundamenta illa quæ ſupra prius ædificata primo poſita fuerunt: quia reſpectu ſuperiorum partium habebant rationem fundamenti.*

o Ponite ſuper corda ueſtra & cætera. *i. attendite diligenter mutationem terrenaſcentium.*

Nunquid

## MORALITER.

f *Et omnia quæ obtulerunt ibi contaminata erunt.* Per hoc autem ſignificatur, ꝙ omnis oblatio extra eccleſiam Chriſti facta coram Deo eſt immunda, cuiuſmodi eſt oblatio infidelium & hæreticorum. Sed oblatio intra Chriſti eccleſiam facta per fidem charitate formatam eſt Deo accepta: ideo concluditur poſtea.

Ex die



a *Nunquid iam ſe. in ger. eſt.* Ne dicatis me prudenti ratione hoc A conijcere, & futuram iucunditatem de floribus arborum herbiſq; ſegetum ſuſpicari, quia in hoc menſe nulla ſigna ſunt & tñ prædico uobis, quia cępiſtis templum meum ædificare, ad bñdictionem meam omnium frugum fœcūditatem. Vinea, ſermo dñi, cuius pater agricola eſt. Ficus ſpiritusſancti dona dulciſſima, Malogranatum, eccleſiaſtica dogmata & ſcripturarum ſcientia, quæ oīa in Canticis ſponſę genis comparātur. Lignū oliuæ dat refectionem & illuminationem his qui cœperunt ędificare templum Dei in uinea Saluatoris: in ficu ſpiritusſancti, in oliua perſona patris intelligitur. Sicut in libro Iudicum legitur, vbi infructuoſa ligna rogant uitem & ficum & oliuam, ut regnent ſuper ſe, ſed recuſant imperium ſuper infructuoſa. Vñ illa ueniunt ad rhamnū fruticem ſpinoſum. Qui quidquid attigerit quaſi vncis affligit & vulnerat, et ſuo igne ſubditos conſumit. i. Diabolus qui in ſterilibus regnat. Pr̄ & filius & ſpiritusſanctus, ibi regnant, ubi malogranatū fuerit. Quæ arbor propter nimiam multitudinē granorum & intertextis membranis diuerſas cellas, ſed oēs vno cortice comprehēſas ſemper in ſcripturis ſanctis in perſona eccleſiæ ponitur.

b *Ad Aggæum.* Non in manu ſicut prius, neq; ad Aggæum prophetam, ſicut in viſione quarta, ſed tantū ad Aggæum. i. domini feſta celebrantē, qui non uenturum ſed venientem nūciat & cernit: Quomodo Abraham uidit diem Chriſti, & lętatus eſt, & Iohānes agnum Dei digito demonſtrauit: Sic & Aggeus videns regnum filij Dei, habet in ſe vniuerſas ſolennitates.

B c *Viceſima quarta men.* Notandum ꝙ in eadem die, hoc eſt uiceſima et quarta noni mēſis, tacito menſis numero, quia de Chriſti prophetatur aduentu, & de regno eius.

d *Loquere ad &c.* De vtroq; aduentu hæc pñt dici, quia regnauit Chriſtus cum uenit, & regnabit cum venerit. Si de fine mundi voluerimus accipere, dicemus deſtruendum omnem principatum & omnem poteſtatem & uirtutem, ut ſit Deus omnia in omnibus. Quia myſticum eſt quod dicitur, & ad finem rerum pertinet, ideo iubetur propheta ad ſolum Zorobabel loqui (qui ſignat Chriſtum qui eſt de ſemine Dauid) quomodo tranſeat figura huius mundi, & faciat cęlum nouum & terram nouam.

e *Et ponam te.* Et cum hoc fuerit impletum, ponam te o Chriſte fili in manu mea, quaſi ſignaculum. Hunc ſignauit Deus pater, & hic eſt imago Dei inuiſibilis, & forma ſubſtantiæ eius, ut quicunque crediderit in Deum, hoc quaſi anulo conſignetur.

a Hoc menſe de grano emittitur germen.
a ſtrum. Nunquid iam ſemen in † germine eſt? Et adhuc uinea, & ficus & a
a Q. Non. b Hoc menſe.
a Vt ex flore intelligatur fructus.
malogranatū & lignum oliuæ non floruit? Ex die iſta benedicam. Et b c factum eſt uerbum domini ſecūdo d
b c ad Aggæum in uiceſima & quarta e
d menſis, dicens: Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, dicens: Ego mouebo cælum pariter & terram, & ſub- f g
a Sedes regum.
uertā ſolium regnorum & cōteram
a Contrarium ut ipſis quoque qui ante regnauerant proſit regni eorum deſtructio.
fortitudiné regni Gentium. Et ſub- h
a Omni prœliandi ſtudio diſſipato ſequetur pax.
b Principatum, poteſtatem, uirtutem.
uertam quadrigam & aſcenſorem
a Vt hoc ſit. b Finito ſtudio bellandi fiet unum ouile & unus paſtor: utrumque agmen tam de Gentibus quam de Iudæis ſub pacifico paſtore tenebitur.
eius: et aſcendent equi & aſcenſo-
a Id eſt ſermone Dei acutiſſimo conſurget aduerſus fratrem ſuum amputans omne contrarium.
res eorum, uir in gladio fratris ſui.
a Ecce finis omnium optimus.
In die illo, dicit dominus exercituū, i
aſſumam te Zorobabel fili Salathiel k l
a Seruus patris Chriſtus ſecundum carnem.
e ſerue meus dicit dominus, & ponā m n te quaſi ſignaculum, quia te elegi, o dicit dominus exercituum. p

† horreo

## NICOLAVS DE LYRA.

a Nunquid iam ſemen &c. *ita quòd non poteſt uideri ſequens fertilitas uel ſterilitas: & idem de fructu arborum.*

b Ex die iſta. *i. a die reſumptionis ędificij templi operando in templi muro, quod fuit menſe. ix. tamen antea. xxiiij. die menſis. vi. operari cœperant materiam præparando, ut dictum eſt in principio huius capituli.*

c Benedicam. *i. multiplicabo fructus terræ. q. d. hoc erit uobis ſignum manifeſtum acceptationis meæ.*

d Et factum eſt. *Hic ultimo redit propheta ad denūciandum Chriſti aduentum, quod erat principale propoſitum, quia ſicut dicit Ra. Sa. Vniuerſi prophetæ non ſunt locuti niſi ad dies Meſſię, quod eſt intelligendum de principali intentione, ſicut plenius fuit dictum in principio Iſaiæ & Ieremiæ. Primo igitur ponitur tempus huius reuelationis, cum dicitur.*

e In uiceſima & quar. *Secundo explicatur reuelatio, cum dicitur.*

f Loquere ad. *quia de ipſo erat Chriſtus naſciturus ſecundum carnem.*

g Ego moue. &c. *exponatur ſicut ſupra.*

h Subuertam. *ſubijciendo regno Romanorum, & quia tunc uenit Chriſtus, ut ſupra dictum eſt, ideo ſubditur.*

i In die. *i. tempore gratiæ quod dicitur dies, ad Ro. xiij. d. Nox præceſſit: dies autem appropinquauit. Aſſumam te Zorobabel. Ra. Sa. exponit hoc ad literam de ipſo Zorobabel, Et cum ſubditur: Et ponam te quaſi ſignaculum hoc dicitur ſecundum ipſum contra illud quod de Iechonia auo ipſius dicitur, Iere. xxij. f. Viuo ego dicit dominus, quia ſi fuerit Iechonias filius Ioakim regis Iuda anulus in manu dextera mea, inde euellam eum. Hic autem accipitur ſignaculum pro anulo, quia antiquitus ſignabantur literæ principum anulis ſuis, ut habetur Eſther. viij. Eſt igitur ſenſus ſecundum Ra. Sa. ꝙ ſicut Iechonias fuit a Deo repulſus propter eius malitiam, ſic Zorobabel nepos eius a Deo acceptus propter ſuā iuſtitiam. Quia te elegi. ſ. ad opus reædificationis templi. Sed hæc expoſitio non uidetur conueniens, quia illud quod præmittitur: Ecce ego mouebo cælum pariter, & terrā &c. ab omnibus doctoribus Latinis & Hebraicis exponitur de mutatione regnorum longe poſt tempus Zorobabel. unde & ipſe Ra. Sa. exponit hoc de terminatione regni Græcorū, quod per longum tempus fuit poſt tempus Zorobabel: & ideo quod immediate ſubditur: In die illo dicit dominus exercituum: Aſſu. te. Zo. non uidetur cōuenienter exponi de ipſo in perſona propria, ſed de Chriſto ut dictum eſt, qui deſignatur hic nomine Zorobabel, eo ꝙ deſcendit ab eo ſecundum carnem: & in eo fuit figuratus, ſicut Iere. xxx. nominatur Dauid, ubi dicitur: Seruient domino Deo ſuo, & Dauid regi ſuo, & ſimiliter Hoſee. iij. b. Reuertentur filij Iſrael, & quærent dominum Deum ſuum & Dauid regē ſuum, ſicut ibidē fuit plenius declaratū. Dicit ergo.* C

k Aſſumam te Zorobabel. *quia humana natura Chriſti aſſumpta fuit a verbo diuino in unitate perſonæ.*

l Fili Salathiel. *Chriſtus enim ſecūdum carnem dicitur filius Salathiel, ſicut & Dauid & aliorum in genealogia Chriſti poſitorum.*

m Serue. *ſecundum humanam naturam, in qua minor eſt patre.*

n Et ponam te. &c. *i. ſignum fœderis inter Deum et genus humanum: propter quod ſanctus Symeon dixit de eo Luc. ij. e. Ecce poſitus eſt hic in ruinam & reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum cui contradicetur. ſ. a Sacerdotibus & Scribis.*

o Quia. *ad opus redemptionis humanæ.* D

p Dicit. *qui eſt ipſa ueritas, & uiuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.*

## MORALITER.

b *Ex di.* Reſiduum huius capituli intelligitur ad literam de Chriſto propter quod pertranſeo.

In ca. ij. Aggęi, ubi dicitur in Poſtil. Ideo aliter dicendum, quòd licet Martius ſit primus menſis.

### ADDITIO I.

Apud Hebræos nō eſt ſolum vnum principium anni, ſed plura. Primus enim menſis ſecundum ordinem feſtorum eſt menſis nouarum frugum, qui ſemper eſt circa æquinoctium uernale in quo tempore exiuerint de Ægypto. Alius menſis primus eſt ſm computationem iubilei & eſt menſis ſeptimus a prædicto primo menſe: & iſte menſis communiter eſt circa æquinoctium autumnale. Ratio autem diuerſitatis horum principiorum declaratur ſupra in additione ſuper Exo. xij.

In eo. ca. vbi dicitur in Poſtilla. Et ego mouebo cælum.

### ADDITIO II.

Quod dr̄ hic: Mouebo cælum & terram &c. poteſt intelligi de terræmotu magno q ſecūdum Ioſephū tempore Herodis ſub quo natus eſt dominus, contigit. Et quia cum terra mouetur totum mundum eſtimant homines moueri, ideo dicit. Mouebo cœ. &c.

In eo. ca. vbi dicitur in Poſtilla. Meum eſt argentum & meum eſt aurum.

### ADDITIO III.

Per hoc ꝙ dr̄. Meum eſt argentum &c. intelligitur, ꝙ maioritas gloriæ ſecundi templi non eſt accipienda ſecundum diuitias temporales, ſed quia prædixerat immediate: Implebo domum iſtam gloria, ne forte aliquis intelligeret eſſe dictum de gloria diuitiarū: ideo ſubdit. Meum eſt argentum, & meum eſt aurum &c. eo modo quo Pſalmiſta dixit: Non in ſacrificijs tuis arguam te &c. Meæ. n. *Pſ. 49. b* ſunt omnes beſtiæ ſiluarum &c. quaſi diceret, non eſt intelligenda hæc gloria de multitudine diuitiarum, quia talem gloriam non reputo nec requiro, quia meum eſt argentum.

In eo. ca. vbi dicitur in Poſtil. Alia: quia homo eſt magis ſuſceptiuus ſanctificationis & pollutionis.

### ADDITIO IIII.

Sicut pannus ſanctificatus non ſanctificat ex tactu ſuo id quod tangit, ita nec homo ſanctificatus ſolo tactu ſanctificat illud quod tangit. Vnde hæc ratio ſecunda Poſtillatoris non uidetur ualere, nec etiam

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E nec etiam ad intentum prophetæ pertinere uidetur. Intēdit enim propheta ex reſponſionibus ſacerdotum oſtendere populo ꝙ licet facerent aliqua bona ex genere, tamen ex quo ipſi non erant boni, ꝙ ſua opera non debebant cenſeri bona: ſicut per primam reſponſionem ſacerdotes dixerunt ꝙ caro ſanctificata tangens aliquem cibum, non ſanctificabat eum: & non ſolum debebant cenſeri bona, ſed potius debebant cenſeri mala, inquantum ipſi erant mali: quod patet per ſecundam reſponſionem ſacerdotum, ubi dixerunt: Si tetigerit pollutus &c. Et ideo propheta applicans reſponſiones ſacerdotum ad ſuum propoſitum dicit: Sic populus iſte &c. vſque ibi: & omnia quæ obtulerint mihi contaminata erunt. q.d. Sicut homo pollutus tangens rem mundam contaminat eam: ſic quia populus iſte pollutus eſt: ideo omne opus manuum eorum & omnia quæ obtulerint contaminata erunt, cuius contrarium ipſi putabant, ſcilicet quòd ex tactu bonarum ſeu ſanctarum rerum ſanctificabantur, quod excludit per primam reſponſionem ſacerdotum.

REPLICA.

G In ca. ij. Aggæi Poſtil. reddit rationes, quare ſanctificatum ex tactu ſacræ rei non ſanctificat vlterius: ſed pollutum ex tactu rei pollutæ polluit ulterius: Prima quia facilius eſt deſtruere quàm conſtruere. Secūda quia homo plus eſt ſuſceptiuus ſanctificationis & pollutionis quàm res inanimata. Contra quam rationem obijcit Burg. quaſi non uoluiſſet intelligere Poſtil. putans, ꝙ uoluit dicere hominem ſanctificatum ſolo tactu ſanctificare, ſicut pollutus ſolo tactu polluit. Sed hoc non dicit, ut patet: ſed ſolum comparat pollutionem animatæ rei ad ſanctificationem inanimatę. Ideo in litera in quæſtione de ſanctificatione fit mentio de rebus inanimatis: In quæſtione autem de pollutione fit mentio de rebus animatis quia dicitur: Si quis pollutus in anima, talis enim pollutio eſt formaliter in anima, ideo magis contagioſa. In rebus autem inanimatis non eſt formaliter illa pollutio vel ſanctificatio, ſed ſolum ex legis dictamine: in rebus autem rationalibus animatis ex legis obſeruantia.

---

Incipit expoſitio prologi in Zachariam prophetam per fratrem Guilhelmum Britonem.

1.Eſdr.6.a In anno ſecundo Darij regis Mœdorum Aggæum & Zac. &c. *Iſte prologus duas habet partes principales: In quarum prima tanguntur quædam Aggæo & Zachariæ communia: in ſecunda tanguntur quædam Zachariæ & eius prophetiæ ſpecialia, ibi: Nam & populum Iſrael. Item in prima parte tanguntur tria. Primo tangitur tempus prophetationis iſtorum prophetarum, cum dicitur: In ſecūdo anno Darij &c. Secundo tangitur ordo prophetationum ibi: Sed hac de cauſa &c. vbi dicitur quòd Aggæus præceſſit Zachariam duobus menſibus. Tertio tangitur intentio prophetantium ibi: Ad reſtaurationem ēt templi. Item in ſecunda parte principali, in qua tanguntur quæ Zacharię & eius prophetiæ ſunt ſpecialia, tria notantur. Primum eſt prophetæ intentio, ibi: Nam & populum &c. ubi dicitur, ꝙ intendebat reuocare populū ab imitatione ſcelerum paternorum: Secundo tangitur populi conſolatio, ibi: Vidit propheta uirum &c. Tertio tangitur dubium cuius in prophetia ſequitur expoſitio ibi: Sed hanc uiſionem &c. Item in illa particula in qua notatur conſolatio, tria tanguntur: primum eſt conſolatoria viſio, cum dicitur: Vidit propheta &c. Secundum eſt uiſionis ſolutio, ibi: Cuius uiſionis hæc ſolutio eſt. Tertium eſt ſolutionis confirmatio, ibi: Nam & Iſaias &c. Sic patet diuiſio & continentia iſtius prologi. Dicit igitur: In ſecundo anno, qui fuit quadrageſimus a primo anno Cyri.*

Diuiſio

F

infr. 1.b

b Darij. *Hiſtaſpis unde Gloſſa. Cyro qui triginta annis regnauit in Perſis interfecto apud Maſſagetas a Tamyride regina Maſſagetarum, Cambyſes filius Cyri maior ſucceſſit in regnum. qui expletis octo annis duos magos fratres habuit ſucceſſores, quibus occiſis a populo, Darius filius Hyſtaſpis rex Perſarum conſtitutus eſt, cuius regni anno ſecundo factus eſt ſermo domini ad Zachariam filium Barachiæ filij Addo prophetam. Ergo a primo anno Cyri uſque ad ſecundum annum Darij ſupputantur anni. xl. &c.*

c Lectiones eorundem declarāt. *Aggæi. 1. a. & Zachariæ. 1. tamen Aggæus præceſſit duobus menſibus in prophetando: unde in principio Aggæi dicitur: Menſe. vi. In principio Zachariæ dicitur Menſe. viij.*

d Vt Eſdras refert. *1. Eſdræ. v.*

e In anno ſecundo. *illud accipitur de. 1. Eſdræ. v. a. vbi dicitur. Prophetauerunt autem Aggæus propheta & Zacharias filius Addo prophetantes ad Iudæos qui erant in Iudæa, & Ieruſalem in nomine Dei Iſrael. Tunc ſurrexerunt Zorobabel filius Salathiel & Ioſue filius Ioſedech & cœperunt ædificare templum Dei in Ieruſalem & prophetæ cum eis adiuuantes eos.*

f Verbis lectione comprehenſis. *Aggæi. 1. quæ uerba ſubiunguntur hic cum dicitur:*

H g Vidi nocte, & ecce uir aſcenderat ſuper. *Ille uir angelus fuit apparens in ſpecie uiri inſidentis in equo rubeo, ex quo patet quòd uiſio fuit imaginaria: Vide gloſſam marginalem quæ exponit totam autoritatem.*

h In medio myrteti & cætera. *Hic mirtetum dicitur locus in quo creſcunt myrti. Eſt autem myrtus ſpecies arboris, de qua dicit Iſidorus in decimoſeptimo Etymologi. Myrtus a mari dicta eo quòd magis littorea arbor ſit. Vergilius: Et amantes littora myrti. Hinc eſt quòd a Græcis myrtene dicitur. Medicorum autem libri hanc arborem aptam ſcribunt mulierum neceſſitatibus plurimis. Item in gloſſa Iſa. xli. dicitur ſic: Myrtus arbor aromatica imputribilis feſſa mēbra conſolidat & reparat. Myſtice per myrtum ſignantur prophetæ, & aliqui, qui odore uirtutum & ſpirituali gaudio ſunt reſperſi, inter quos quaſi eos conſolans dicitur ſtare angelus.*

Vergil. in Georgic.

i In eam Gentem &c. *id eſt Aſſyrios & Chaldæos & alias nationes, quæ afflixerant Iudæos, ut patet Zacha. ix.*

k Nam & Iſaias proph. *Iſa. xiij. a.*

l In Leuitico. *Leui. xxiij. g. Sumetis uobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, ſpatulaſque palmarum, & ramos ligni denſarum frondium & ſalices de torrente, & lætabimini &c. arborem pulcherrimam appellat myrtum, ſicut patet hic in litera, cum dicitur: Fructus ligni ſpecioſi, lignum autem denſarum frondium appellat oleam.*

m Accipietis. *i. cum celebrabitis feſtum Scænophegiæ.*

Fructus

*Incipit Prologus ſancti Hieronymi in Zachariam Prophetam.*

a b In anno ſecundo Darij regis Mœdorum, Aggæum & Zachariam c prophetaſſe, lectiones eorūdem declarant. Sed hac de cauſa Aggæus Zachariæ in ordine prophetarum prælatus eſſe uidetur, quòd eum duobus menſibus (ut prædictorum lectiones oſtendunt) in prophetia præceſſiſſe inuenitur: & ad reparationem templi pręcepto Dei populum animaſſe, ut Eſdras refert, dicens: †In ſecū d do anno Darij regis Perſarum prophetauerunt e Aggæus & Zacharias filius Addo prophetæ ſuper Iudæos qui erant in Iudæa & Ieruſalem, ſuper Iſrael in nomine Dei ſuper eos. Tunc ſurrexerunt Zorobabel filius Salathiel, et Ieſus filius Ioſedech, & principes eius, inchoauerūtque ædificare domum Dei quæ eſt in Ieruſalem. Quibus cum † adeſſent prophetæ, exhortatione ſua adiuuerunt eos. Nam & populum Iſrael ab imitatione paternorum delictorum, per ſuam admonitionem idem propheta cupiens reuocare, uerbis lectione comprehenſis f uſus eſt. † Vidi nocte, & ecce uir aſcenderat g ſuper equum rubeum &c. Vidit propheta uirum equo rubeo ſedentem, & ſtantem in medio myrteti umbroſi: Cuius uiſionis hæc h ſolutio eſt ſecundum Hebræorum traditionem. Vir aſcendens ſuper equum rubeum, licet angelus intelligatur, tamen quia prædicti coloris equum conſcendere uiſus eſt, uindictam ſanguinis in eam Gentem ſigni- i ficat afferendam, quæ populum Iſrael in captiuitatem redegerat: Nam & Iſaias propheta k per ruborem ueſtimentorum inter Gentes uindictam cum ſanguine a Deo proferendam demonſtrans, his uerbis uſus eſt dicens: † Quis eſt iſte qui uenit de Edom, tinctis ueſtibus de Boſra? &c. Stantem uero in medio myrteti umbrantis quod dixit, lætitiam populo affuturam, per myrteti ſignificationem uoluit deſignari: Eius ligni Moyſes in † Leuitico cum l faceret mentionem, ait: Accipietis die prima m

† 1. Eſdr.

† audiſſent

† Iſa. 63. a

† Leuit.



A a Fructus ligni ſpecioſi. *i. frondes myrti, ad deſignandam lętitiam per bene olentis ligni fragrantiam, Scænophegia erat feſtum Hebræorū, & interpretatur tabernaculorū dedicatio, quæ celebrabatur a Iudæis in memoriam expeditionis, cum ab Aegypto promoti uel moti in tabernaculis agebantur, uide in opuſculo de uocabulis Bibliæ.*

b Sed hanc uiſionem. *Hic exponit Hieronymus quare dicatur hæc uiſio nocte fieri, et ponitur ratio. ſ. conuenientia liberationis populi ab ultima captiuitate, cum illa quę fuit de Aegypto: quia ſicut in illa liberationę in parte erant in tenebris, quantum ad tempus præparationis ad exeundum, & in parte erant in luce quantum ad ipſum exitum, quia de nocte præparauerunt ſe ad exeundum, ſicut patet Exod. xij. & mane egreſſi ſunt: ſic in iſta liberatione quantum ad aliquam partem erant in tenebris captiuitatis, quantum ad aliam partē erant in lumine libertatis: qa in primo egreſſu de captiuitate cum Zorobabel 1. Eſdræ. ij. multi morati ſunt in terra Chaldæorum, qui poſtea egreſſi ſunt cum Eſdra ſecundo anno Artaxerxis, ut habetur. 1. Eſdræ. vij. & adhuc multi remanſerunt, qui cum Neemia egreſſi ſunt uiceſimo anno eiuſdem Artaxerxis, ut habetur Neemia ſ. d. o. a. Sed uidetur dubitatio de hoc quod dicitur.*

c Ob hoc noctu pro. ſe ui. me. *quia populum Iſrael in prima liberatione de terra Aegypti, noctu diſceſſiſſe conſtabat. Contra Exo. xij. In eadem ipſa die educam exercitum ueſtrum de terra Aegypti. Item eodē. d. Nullus ueſtrum egrediatur oſtium domus ſuæ uſque mane. Item eodem. f. Eadem die egreſſus eſt omnis exercitus domini de terra Aegypti. Cōtrariū uidetur hic in prologo. Item Exod. 12. f. Nox eſt iſta obſeruabilis domini, quando eduxit eos de terra Aegypti. Et ad idem ualet uſus eccleſiæ, quæ in benedictione cerei Paſchalis populum de nocte egreſſum fuiſſe decantat. Reſpondeo, ueritas eſt ſicut ſupra dictum eſt, quia de die exierunt: Quòd autem dicuntur exiſſe de nocte referendum eſt ad cauſam exitus & præparationem: de nocte enim urgebant Aegyptij populum de terra Aegypti exire, ſicut legitur Exo. xij. e. & de nocte ſe præparauerunt ad exitum, ſicut dicitur ibidem.*

*Explicit qualiſcumque expoſitio iſtius prologi.*

a fructus ligni ſpecioſi, ut lætitiam populi per bene olentis ligni & ſpecio- b ſi umbraculum demonſtraret. Sed hanc uiſionē, quę liberationē populi & uindictam de aduerſarijs affuturam demonſtrat, ob hoc noctu pro- c pheta ſe uidiſſe memorauit: quia populum Iſrael in prima liberatione de terra Aegypti, noctu diſceſſiſſe cōſtabat. Cuius exēpli, quia præſens populus aliquā partem in ſe retinere uidebatur, liberatio eiuſdē ac reditus captiuitatis de terra Chaldæorū per noctem prophetæ eſt reuelata.

C

---

*Incipit argumentum.*

Zacharias memor domini ſui, multiplex in prophetia, Ieſum cum ueſtibus ſordidis ueſtitum & lapidem oculorum ſeptem, candelabrumque aureum cum totidem lucernis quot oculis, duas quoque oliuas a ſiniſtris lampadis cernit, & a dextris: & poſt equos rufos, uarios & albos, & diſſipatas quadrigas ex Ephraim, & equum de Ieruſalem pauperem regem uaticinatur, & prædicit regem ſedentem ſuper pullum aſinę filium ſubiugalis.

---

GLOS. ORDIN. CAP. I.

In men. Octauo. Cyrus rex Perſarum qui Chaldæorum imperium deſtruxit primo anno regni ſu. l. circiter milia hominum captiuorum de Babylone remiſit in Iudæam, & uaſa quæ Nabuchodonoſor abſtulerat reddidit, & templū B reædificare præcepit, principeſque reuertentium conſtituit Zorobabel & Ieſum magnum ſacerdotem. Cyro (qui triginta annis regnauit Perſis) apud Maſſagetas intefecto a Tamyride regina Maſſagetarum, Cambyſes filius Cyri ſucceſſit in regnum, qui expletis octo annis duos magos fratres habuit ſucceſſores, quibus occiſis a populo Darius filius Hyſtaſpis rex Perſarum cōſtitutus eſt. Cuius regni anno ſecundo factus eſt ſermo domini ad Zachariam Barachiæ, filij Addo. Ergo a primo anno Cyri uſque ad ſecundum annum Darij ſupputantur anni quadraginta in quib. tantum altare fuerat extructum, & iacta fundamenta templi, vicinis in circumitu nationibus & Cambyſe rege Perſarum opus prohibentibus, ſicut Eſdras ſcribit. Secundo ergo anno Darij Aggæus & Zacharias cęperunt exhortari populum ad reſtaurationem templi tanto tempore intermiſſam.

a *In menſe octauo.* Nouembri: qui conſumpto calore æſtatis, initium eſt hyemis, quo tempore ex lege nulla ſolennitas celebratur. Erant ſiquidem tres celebres ſolēnitates: prima quæ dicitur Paſcha: ſecunda Pētecoſtes, tertia menſe Septembri, ſolēnitas Tabernaculorum. Menſe ergo Nouembri hyemali mittitur propheta ad populum adhuc frigore tribulationum depreſſum. Zacharias memoria domini, Barachia benedictio domini, Addo teſtimonium eius. Quoniam ergo populus ab ædificatione templi præpeditus, memoriam tamen Dei habebat, & propter memoriam benedictionem, & propter benedictionem teſtimonium, ideo Zacharias filius Barachiæ filius Addo ad conſolationem populi mittitur.

b *Addo.* Ipſe eſt Ananias qui miſſus eſt ad Ieroboam filium Nabaioth, ſub quo altare dirutum eſt: et manus eius aruit, rurſumque ei reſtituta eſt ad preces eius.

c *Iratus.* Ira Dei non perturbationem eius, ſed merita & peccata puniendorum ſignat, qui ideo puniuntur a Deo, ut emēdentur: *Ira eſto d.* Ira Dei non per turbationem eius ſignificat qui non iraſcitur, ſed eorum peccata in quos deſęuit, nec iratus vlciſcitur, ſed corripit ut emendet, unde: Domine ne in furore tuo arguas me &c. Et alibi: Corripe nos domine, uerum tamen non in furore tuo, ſed in miſericordia.

*Hæc dicit*

*Incipit Zacharias propheta.*

CAP. I.

a In menſe octauo in anno ſecundo Darij regis factum eſt uerbū domini ad
b Zachariā filium Barachiæ† filij Ad-
c dō prophetam, dicens: Iratus eſt

¶In Zacharia. a ¶Quod erat in principio apud Deum.
a ¶Memoria domini interpretatur. b ¶Benedictio domini interpretatur.
a ¶Miſtice qui Addo teſtimonium eius interpretatur. b ¶Puniuit illos qui per prophetas admoniti nolebāt corrigi.

Poſtil. Nicolai de Lyra ſuper Zachariam prophetam incipit.

CAP. I

In men. *Hic incipit prophetia Zachariæ: Et diuiditur in duas partes. ſ. in proemium & tractatum: qui incipit ibi: Iratus eſt. Circa primum primo ponitur huius prophetię tempus, cum dicitur:* In men. *& ſic patet ꝙ hoc fuit poſtquam reſumpſerat opus templi domini, quia reſumperunt illud anno. ij. Darij. vi. menſe. xxiiij. die menſis, ut habetur. Aggei. 1.* Diuiſio D

b In an. *ſecundum Ioſephum iſte fuit Darius filius Hyſtaſpis, & fuit fauorabilis Iudæis, eo ꝙ antequā promoueretur ad regnū fuit familiaris Zorobabel, & fecit uotū de reædificatione templi in Ieruſalem ſi eum promoueri cōtingeret ad regni: Scd'm uero Ra. Sa. iſte Darius fuit filius Aſſueri & Eſther reginæ, & ideo fuit fauorabilis Iudæis ratione matris ſuæ. Quæ aūt iſtarum opinionum ſit ueriſimilior, tractaui diffuſius in principio libri Eſther tenēdo ꝙ ſ. d a. Scd'o hic in prologo notificatur autor inſtrumētalis huius ꝓphetiæ: & primo ex ꝓphetiæ dono, cum dicitur, Factū eſt uerbū domini. Scd'o ex nōe ꝓprio cum dicitur. Ad Zachariam, qui interpretatur memor Dei. Tertio, ex patre & auo cū dicitur: Filium Barachię &c. & ſcd'm regulam Hebræorū iſti duo fuerunt ꝓphetæ ſicut & Zacharias, licet non habeantur eorum prophetiæ. Dicunt aūt hic aliqui, ꝙ iſte Addo fuit ille propheta qui miſſus fuit ad Ieroboam. iij. Re. xiij. & ſecundum hoc non fuit auus Zachariæ, ſed magis remotus: quia inter illum & Zachariam fluxit ualde longum tempus. Dicitur tamen filius eius, quia fuit de genere ipſius, ſicut Chriſtus in Euāgelio dicitur filius Dauid, quia de eius genere deſcendit ſecundum carnem. Sed hoc dictum de ſcriptura non habet autoritatem: quia. iij. Reg. xiij. non exprimitur ꝙ ille fuerit uocatus Addo, nec. ij. Para. xij. niſi coniecturaliter, ſed non certitudinaliter: Et dato ꝙ ſic exprimeretur, adhuc non ualeret, quia plures prophetæ nominati ſunt eodem nomine, ſicut Zacharias filius Ioiadæ, & Zacharias filius Barachię, & ſic iſte Addo uidetur eſſe alius ab illo etiam ſi uocatus fuerit Addo, nō enim conſuetum eſt ꝙ prophetæ ſic genealogizentur, uidelicet per patrem, & per alium ſic remotum a parte intermedijs omiſſis.* † filius

c Iratus eſt dominus ſuper patres ueſtros iracundia, *Hic conſequenter ponitur tractatus, in quo primo agitur de templi & ciuitatis reædificatione. Secundo de reædificatæ habitatione. cap. v. Prima in duas* Diuiſio

MORALITER.

✱ a *In menſe octauo.* In hoc ca. ponuntur duæ uiſiones. Prima pręmiſſis quibuſdam præambulis incipit ibi:

✱ *Vidi per*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL ES

a *Hæc dicit do.* Notandum ꝙ in paucis verſiculis & breuibus
E ſententijs in Aggęo & Zacharia ſuperadditur: Hęc dicit dn̄s
*Pſal.6.a* exercituū, vt ſciant Deum eſſe qui præcipit, & aduerſus regis
*Iere. 10.d* imperium & hoſtes circumfrementes ad ædificationem tem
pli hac fiducia concitentur.

b *Conuertimi.* Pręcipit vt reuerſi de Babylonia cōuertantur ad Deū: & Deus conuertat̄ ad eos, ne ſuſtineant filij qđ patres pro peccatis eorū ſuſtinuerunt.

c *Veruntamen.* Et his qui conuerti noluerunt, & his qui falſis pollicitationibus deceperunt, morte ſubtractis: verba quæ per prophetas meos locutus ſum, permanent in ęternum quæ comprehenderunt patres veſtros & oſtenderunt uera eſſe quæ dixi, & ueſtri patres exitu rerum vaticinia mea uera in ſe comprobantes pęnitentes, dixerūt: Secūdum opera noſtra, & peccata noſtra reddidit nobis Deus, & iuſte acciderunt quæ patimur.

*Vndecinarius numerus* d *Vndecimo men.* Vn̄narius immūdus eſt, & ad carnis cōiunctionem pertinet. Merito autem hoc menſe uidentur Iudaico populo quæ ſequuntur, quia ſicut Februarius eſt acerrimus in frigore hyemis, & ſicut viceſima quarta dies menſis luna deficiente in tenebras, obſcuriorem hēt noctem, ſic populus cui hæc annunciabant̄ ex maiore parte ſui, in Mœdis & in Chaldæis & Aſſyrijs exulabat, quaſi cęco & perpetuo noctis & frigoris horrore depſſus. Sabat interpretatur virga, & ſignat auſteram correptionem qua populus adhuc deprimebatur.

*Exo. 33.b* e *Vidi per noc.* Anteq̄ populus Dei duceretur in captiuitatem, & Ieruſalem
*† ſtatuta* deſtrueretur, Moyſes facie ad faciem:
*Iſa. 6.a* Iſaias ſuper thronū excelſum & eleuatū dn̄m uidebāt, ſed populo ſub graui F
ſeruitute cōſtituto, hæc uiſio nocte facta refertur.
*Allego.* Alle. ꝑ noctē in qua cernitur uiſio, ſignificatur myſticorū obſcuritas. Vir ſuper equum rufum Saluator eſt, cuius veſtimenta .i. caro rubea eſt ſanguine paſſionis, qui captiuo populo in equo rufo oſtenditur.
*Apo.6.a* In Apocalypſi Iohannis iam liberato populo in albis monſtratur. Hic ſtat inter myrteta .i. angelicas poteſtates, quæ ei etiā in
*† vndecimi menſis* profundo .i. in carne poſito miniſtrabant, & poſt eum equi rufi & uarij & albi .ſ. apoſtoli & apoſtolici uiri qui totum mundum peragrant, quorum & alij martyrio rufi, alij operibus & doctrina & diuerſitate ſignorū uarij, alij uirginitate & doctrinæ integritate & cordis puritate albi. Cum uero propheta interrogaret Saluatorem de reuelatione ſecretorum prophetalis ſenſus, promittit ſe oſtenſurum quod cernit: illo promittente non ipſe ſed ſtans inter myrteta reſpōdet: Iſti ſunt apoſtoli qui a domino mittuntur, vt ſua doctrina totum orbem repleāt, qui expleto officio redeunt ad magni conſilij angelum cum gratiarum actione dicentes: Impleuimus opus iniunctum, & terra ante deſerta habitatur a Deo & quieſcit a bellis uitiorum. Quòd aūt plena miſericordia poſtulatur, ad hoc refertur, ꝙ nec Ieruſalem .i. eccleſia nec vrbes Iudæ .i. animæ Deum cōfitentes recipient veram libertatem donec tranſactis .lxx. annis huius ſeculi, uera pax ueniat & ſabbatiſmus impleatur. Deniq; dn̄s rn̄det uerba bona et conſolatoria, ꝙ .ſ. ex parte cognoſcimus,
*1.Cor. 14.c* & ex parte prophetamus. Cum autem uenerit quod perf. eſt.
*Pſal.125.a* e. q. ex parte eſt, & liberati de Babylone huius ſeculi clamabimus: In conuertendo dominus cap. Sion.

f *Et ecce vir.* Hunc uirum putant Hebręi Michaelem angelum, qui ultor ſit peccatorum in Iſrael: & ſtabat

☞ inter myrteta

dominus ſuper patres ueſtros iracūndia. Et dicēs ad eos: Hęc dicit
a ¶Qui non corripiuntur. ¶Tamen. b ¶O Zacharia. c ¶Quamuis iratus.
a ¶Non homo, non Zacharias. b ¶Qui timendus eſt. ¶In Hebræo Sabaoth. c ¶Vnde: Accedite ad dominum, & accedet ad vos: & econtra receſſiſtis a me, & ego receſſi a uobis. ¶Reuerſi de Babylone.
b dominus exercituū: Cōuertimini ad me, ait dominus exercituū: Et cōuertar ad uos, dicit dominus
a ¶Similes in pœna ſi in culpa. Q. facite uobis periculum in alijs.
exercituum. Nē ſitis ſicut patres ueſtri ad quos clāmabant prophetæ
a ¶Corrigendos. b ¶Aperte. c ¶Quia tunc temporis, Iſaias, Hoſee, Ioel, & alij.
a ¶Hoc .ſ. b ¶Cui reſiſtere inſanire eſt.
priores, dicentes: Hęc dicit dominus exercituum: Cōnuertimini de
a ¶Ad dominum.
a ¶Actionum.
uijs ueſtris malis, & † cogitationibus ueſtris peſſimis, & non āudierunt, neq; attenderunt ad me dicit
a ¶Non loquentes prophetas, ſed me qui eram in prophetis contemnebant.
a ¶Qui noluerunt conuerti.
dominus. Pātres ueſtri ubi ſunt, & Prophētæ? Nunquid in ſempiternum uiuent? Veruntamen uerba
a ¶Pſeudo qui deceperunt eos.
mea & † legitima mea, quæ mandaui ſeruis meis prophetis, nunquid non comprehenderunt patres ueſtros? Et conuerſi ſunt, & dixerunt: Sicut cogitauit dn̄s exercituum facere nobis, ſecundum uias noſtras, & ſecundū adinuentiones noſtras
¶Sic.
fecit nobis. In die uiceſima & quarta † undēcimo menſe Sabat, in anno ſecundo Darij, factum eſt uerbum domini ad Zachariam filiū Barachiæ filij Addo prophetam dicens: Vidi per noctem, & ecce
a ¶Tertio .ſ. poſt octauum in quo prima uiſio facta eſt.
¶Iterum.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *in duas, quia primo agitur de dicta reædificatione, ſecundo de ædificantium conſolatione capitu. iij. Prima adhuc in duas, quia primo agitur de templi reædificatione, ſecundo de ciuitatis reparatione ca. ſe. Prima adhuc in duas: quia primo ponitur populi monitio, ſecundo eiuſdem* G *conſolatio ibi: In die viceſima. Monitio autem in hoc conſiſtit, ꝙ non ſint increduli uerbo domini, & in peccatis obſtinati, ſicut fuerunt patres eorum, propter quod dominus permiſit deſtrui ciuitatem & templum. & hoc eſt quod dicitur: Iratus eſt dominus ſuper patres ueſtros, permittendo eos captiuari & ciuitatem & templum uaſtari propter eorum peccata: ideo ſubditur in perſona Dei.*

a Conuertimi. *per ueram pęnitentiam.*

b Et conuertar ad uos. *per clementiam.*

c Ne ſitis. *in peccatis obſtinati.*

d Ad quos clama. *tempore Sedeciæ & ante.*

e Et non audie. *ſed magis contempſerunt, propter quod iuſte puniti fuerunt, ideo ſubditur.*

f Patres ueſtri. *q. d. partim fuerunt occiſi a Chaldęis, partim in captiuitate mortui.*

g Et proph. *ſ. falſi promittentes eis pacem & uictoriam. q. d. incurrerūt eandem ſn̄iam. Ra. Sa. aliter exponit de prophetis domini, vt ſit quędam obiectio contra dicta, quia poſſent dicere illi quibus loquebatur propheta: ſicut patres noſtri ſunt mortui, ita & prophetæ domini: & ſic non habuerunt aliquam prę rogatiuam ante patres ſuos propter ſuam iuſticiam. Et ſubditur reſponſio domini.*

h Nunquid in ſempiternum ui. *q. d. Natura mortalis non permittit quòd ſemper uiuant.*

i Veruntamen uerba mea. *quantum ad mores.*

k Et legi. mea. *quantum ad legem.*

l Quæ manda. ſer. *ut dicerent patribus veſtris, ꝙ captiuarentur & interficerentur, niſi ſe corrigerent a moribus malis, & tranſgreſſionibus legis.*

m Nunqud non com. pa. ue. *q. d. Sic: quia ſic accidit eis ut prædixerunt, & per conſequens fuerunt ueri prophetæ: & ideo viuunt in anima, licet mortui ſint corpore.* H

n Et conuerſi ſunt. *ſ. aliqui de patribus ueſtris in captiuitatem ducti, affictione dante eis intellectum.*

o Et dixerunt. *confitentes Dei iuſtitiam in ſua punitione.*

p Sicut cogi. dominus. *ſecundum ordinem ſapientiæ ſuæ.*

q Facere nobis. *ſecundum ordinem ſuæ iuſtitiæ, ideo ſubditur.*

r Secundum uias noſtras. *Et dicuntur hic uiæ peccata conſueta: Adinuentiones autem enormia & inſolita quæ adinuenit humana malitia.*

ſ In die. *Hic conſequenter ponitur populi conſolatio: Et diuiditur in duas partes, ſecundum duplicem uiſionem conſolatoriam, ſecunda ibi: Et leuaui. Prima in duas: quia primo ponitur viſio: ſecundo, eius expoſitio, ibi: Et dixi. Circa primum ponitur tempus huius viſionis, cum dicitur:* In die uigeſimo & iiij. menſis .xj. *ſic iſta uiſio facta eſt poſt præcedentem quæ facta fuit menſe .viij. anni .ij. Darij regis.*

t Sabat. *In Hebræo habetur Sebeth, & reſpondet Ianuario, expoſitores tamen dicunt communiter, ꝙ Februario: & hoc eſt: quia aliquando concurrit cum eo in parte vel in toto: Iudæi enim faciunt menſes per lunationes: & ideo in tertio anno menſis duodecimus qui dicitur Adar duplicatur. Martius enim ſecundum curſum feſtorum eſt primus apud Hebræos, ut diffuſius declaraui Geneſis vij. & Exodi. xij. Primus enim menſis ſecundum ordinem feſtorum ſemper incipit apud Hebræos a prima lunatione quæ eſt propinquior æquinoctio uernali, ſiue ſit ante, ſiue poſt, ſiue in ipſo æquinoctio: Quod quidem æquinoctium modo eſt .xxi. die Martij. Conſequenter ponitur ipſa uiſio, cum dicitur.*

u Vidi per noc. *quæ ratione quietis eſt magis apta reuelationibus propheticis quam dies.*

x Et ecce uir & cętera. *Id eſt angelus in ſpecie uiri.*

¶ Aſcendens

## MORALITER.

✱ u *Vidi per no. & ec. uir.* i. angelus in ſpecie uiri per quem myſtice ſignificatur Chriſtus, qui dicitur magni conſilij angelus Iſa. ix. ſecundum tranſlationem. Lxx. & vl. Luc. dicitur: Vir potens in opere & ſermone.

✱ *Aſcendens*



☞ inter myrteta quæ erant in profundo .ſ. inter ꝓphetas & ſan-
A ctos qui erant in profundo captiuitatis populi. Hunc virum ſequebantur equi rufi, varij & albi. Quidam ordine mutato per albos ſignificant Perſas & Mœdos, ſub quibus captiuitas dimiſſa, & templum inſtauratum eſt. Per uarios, Macedones quorum q̄dam amici, alij perſecutores fuerunt. Per rufos, Romanos ſanguineos & cruentos, qui populum occiderunt, & templum ſubuerterunt. Alij ſequentes ordinem literæ, virū qui aſcendit ſuꝑ equum rufum, & cæteros qui ſequunt̄, quatuor regna interpretātur. Primū & ſm̄ ſanguinariū, Aſſyrios, & Chaldæos, quorū primi decē trib. ſub Salmanaſar duxere captiuas. ſcđi Iudā & Beniamin incēſa Ierl̄m & tēplo ſubuerſo. Tertios & quartos varios & albos, Mœdos & Perſas, quorū alij clemētes vt Cyrus & Dariꝰ filiꝰ Hiſtaſpis, & Aſſuerus quē Græci Artaxerxē uocāt. Alij crudeles, vt Cābyſes & cæteri.

a *Et ec. o. te.* Oia ſub nobis regna tuta ſunt & pacata, nec aliqua premunt̄ anguſtia. Ex rn̄ſione illorū, angelus qui interpellat pro Iſrael, accipit occaſionē precandi pro ppl̄o, & dicit: cū totus orbis quietus ſit & pacatus, quare dn̄e nō miſereris Ieruſalē, maxime cū ſm̄ promiſſa tua tp̄s captiuitatis expletum ſit?

b *Clama di.* Ecce uerba bona & cōſolatoria quib. præcipitur ꝓpheta clamare.

c *Zela. ſum Ie.* Cū Ieruſalem ab amore meo deficeret, ego ſicut ſponſus amator caſtitatis per moderata flagella eā ad caſtitatem meæ dilectionis reuocare volebam, ſi non amaſſem non zelaſſem. Vnde ex oppoſito ſuꝑ Ezechielē dr̄ ex toto deſpicienti uirum. Iam non iraſcar tibi, & zelus meus receſſit a te. *Zela. ſum Ier.* Ieruſalē, uiſio pacis, Sion, ſpeculatio ſiue ſpecula. Hęc eſt quæ nō
B bella ſeculi, nec humana & terrena: ſed pacē & concordiā ſanctorū: cæloruq; excelſa deſiderat. Cui ꝑꝑ uitia & refrigeſcentem charitatē quotidie iraſcens dn̄s tradit eam perſecutoribus. Aduerſarij uero adimplentes ſuam crudelitatem, non Dei uoluntatem, a porta vſq; ad portam implent eam cruore occiſorū. Sed dn̄s ex mīa ſe eā reædificaturū ꝓmittit: & perpēdiculū vel funiculū ſm̄ mēſuram & ordines ſingulorū in ea eſſe tēdendū. Templū aūt eſt corpus dn̄i, qđ in paſſione deſtruxerunt impij, ſed in reſurrectione ſuſcitatū eſt, qđ fuit ſeminariū & exordiū oīm domorū, de quib. apl̄s loquit̄: Vos eſtis tēplum Dei, & ſpūſſanctus habitat in uobis.

d *Super Ge.* Iſti ſunt equi quos ſupra nominauit equos rufos, albos & varios, quibus tradidit Iudæos ad corripiendum, ſicut pedagogo filium. Illæ uero Gentes Dei conſilium ignorantes, punierunt vt hoſtes, ſæuieruntque in traditos.

☞ *Adhuc cla-*

uir aſcēdens ſuper equū rufum: & ipſe ſtabat inter myrteta, quę erāt in ꝓfundo, & poſt eum equi rufi, uarij & albi. Et dixi: Qūi ſunt iſti domine mi? Et dixit ad me angelus dn̄i, qui loquebatur in me: Ego oſtēdam tibi, † quid ſint hæc. Et reſpōndit uir q̄ ſtabat inter myrteta, & dixit: Iſti ſūnt quos miſit dn̄s, ut perambulent terram. Et reſpōnderunt angelo dn̄i, qui ſtabat inter myrteta, & dixerūt: Perambulauimus terrā: & ecce oīs terra habitat̄: & q̄eſcit. Et reſpōdit angelus domini, & dixit: Domine exercituū, uſquequo tu miſereberis Ieruſalē, & urbium Iuda quibus iratus es? Iſte iam ſeptuageſimus annus eſt. Et reſpōdit dominus angelo, qui loquebat̄ in me uērba bona uerba, cōſolatoria. Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me: Clama, dicens: Hęc dicit dn̄s exercituum: † Zelatus ſum Ieruſalem & Sion zelo magno, & ira magna ego iraſcor ſup Gētes † opulentas, quia ego iratus ſum parum, ipſi uero adiurauerūt in malum. Propterea hæc dicit do-
a ¶Ignorās q̄d viderem, volebā ſcire rationē meę viſionis.
a ¶Angelo, qui loquebatur mecum, reticente.
a ¶Iſta ſunt regna quibus præcepit dominus, vt terram ſuæ ſubijcerent poteſtati.
a ¶Angeli qui regnis & nationibus pręſidebant.
¶Plena hominibus.
a De futurorum promiſſione.
¶De præſentium neceſſitate.

*primum dicitur:* Et dixi. *Ego Zacharias.* C

g Qui ſunt iſti. *i. quid ſignificant iſti equi rufi & varij & albi?*

h Et dixit ad me an. qui loq. in me. *i. mihi deputatus ad cuſtodiam.*

i Ego oſtendam tibi. *id eſt faciam oſtendi per angelum ſuperiorem qui præeſt toti populo Iudæorum: & iſte dicitur eſſe Michael, Da. x. ideo ſubditur.*

k Et reſpon. uir qui ſta. int. myr. *id eſt angelus toti populo prælatus.*

l Iſti ſunt q. mi. do. *ad exequendum ſuam voluntatem.*

m Et reſp. an. d. qui ſta. int. myr. *tanquam ſuperiori.*

n Perambulaui ter. *conſiderando ſtatum regnorum.*

o Et ecce o. t. ha. & quieſcit. *Illo enim tempore non erant bella notabilia in regnis prædictis.*

p Et reſp. *Hic conſequenter ponitur angeli Iudæis prælati deprecatio, cum dicitur:*

q Domine exercit. uſquequo. *q. d. ex quo aliæ terræ ſunt in pace, in quibus ſunt Gentes & idololatræ: quare tardas reſtituere Ieruſalem & templum & alia loca Iudęæ in ſtatum ſuum? Et ad hoc inducit rationem ex promiſſione Dei, quæ habetur Iere. xxix. c. Cum cœperint impleri in Babylone .lxx. anni, uiſitabo uos & ſuſcitabo ſuper vos uerbum bonum, quod tp̄s erat iam tranſactum a tempore Cyri regis Perſarum, qui dedit populo licentiam redeundi. Ideo dicit:*

r Iſte iam ſep. annus eſt. *ſupple diu tranſactus: & tamen Ieruſalem & templum adhuc non ſunt reædificata.*

ſ Et reſ. do. an. qui lo. in me. *vt mihi denunciaret bonum nuncium. Ideo ſequitur:*

t Hæc di. do. exe. *Cuius verbum non poteſt eſſe falſum.*

u Zelat. ſum Ieru. & Sion. *id eſt in montē, in quo erat templum.*

x Zelo ma. *Eſt autem proprie zelus amor ſingularis, quo vir diligit vxorem, nolens in ea habere participem, & ideo quando in hoc* D *delinquit, aſpere eam caſtigat: Et per hoc inſinuatur quod dominus caſtigauerat populum Iudaicum, non ex odio, ſed ex amore, vt reduceretur ad cultum latriæ: & ſic factum fuit: quia poſt reditum captiuitatis Babylonicæ non legitur populus Iudaicus ad idololatriam declinaſſe, niſi aliqui pauci tempore Antiochi illuſtri.* †infr. 8.a

y Et ira magna ego iraſcor ſuper Gentes opulentas. *i. regna vos affligentia. Et dicit:* Ira magna. *quia fuerunt puniti a Deo, non tantum temporaliter, ſed etiam æternaliter.*

z Quia ego iratus *ſum parum. ſcilicet vobis Iudæis puniendo uos pœna temporali.*

a Ipſi uero. *id eſt Aſſyrij & Chaldæi.*

b Adiura. in ma. *ſcilicet pœnæ veſtræ. quia fuerunt in hoc executores diuinæ iuſtitiæ.*

c Propterea. *ſcilicet quia fuiſtis puniti ſecundū ordinem meæ iuſtitiæ.*

¶ Reuertar

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Aſcen. ſu. eq. ru. *In Heb. habetur: Rubeum & per hoc deſignabatur vindicta diuina de aduerſarijs Iudæorum per colorem ſanguineum.*

b Et ip. ſta. int. myr. *Eſt autem myrtetum locus in quo creſcunt myrti. Eſt autem myrtus arbor faciens pulcherrima & odorifera poma. vnde & Leui. xxiij. g. g. vbi tranſlatio noſtra habet: Fructus arboris pulcherrimæ. loco arboris pulcherrimæ in Hebræo ponitur eadem dictio quæ & hic habetur, & idem ſignificat. Hiero. in prologo huius prophetiæ dicit, quod per pulchritudinem ligni & odorem fructus deſignatur gaudium affuturum de reædificatione templi & ciuitatis, & de repreſſione aduerſariorum ſuorum.*

c Quæ e. in p. *i. in valle. In vallibus enim magis creſcunt myrti & pulchriores & fæcundiores quàm alibi:*

d Et po. e. equi ru. ua. & al. *per hoc intelliguntur Perſæ Græci. & Romani, qui afflixerunt populum Iudæorum ſecundum ſucceſſionem regnorum, ita quod per equos intelliguntur iſti populi, per aſcenſores eorum angeli eis prælati, vt dicunt expoſitores cōiter. Rab. Sa. vero dicit quod per hoc intelliguntur angeli diuerſorū ordinū parati ad exequēdū volūtatē domini. Et huic dicto videtur litera ſequēs cōcordare, vt uidebitur.*

f Et di. *Hic ponitur dictæ uiſionis quantum ad aliquam partem expoſitio. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur hæc expoſitio. ſecundo ex hoc ſubditur angeli deprecatio, ibi: Domine exercituum. Circa primum*

## MORALITER.

✱ a *Aſcendens ſuper equum rufum.* In Hebræo habetur rubeum. igitur per equum rubeum ſignificatur corpus Chriſti in ſuo ſanguine rubricatum.

b *Et ſtabat inter myrteta quæ erant in pro.* i. inter ſanctos patres, ad quos deſcendit in limbo & tranſtulit ad cæleſtia.

d *Et poſt eum equi rufi.* Hebræus habet, rubei.

e *Varij & albi.* De quibus dicitur poſtea.

l *Iſti ſunt quos miſit do. ut peramb. ter.* Ideo per iſtos ſignificantur apoſtoli alijq; diſcipuli quos miſit dominus ad prædicandum per orbem uniuerſum, vt habetur Mat. vl. d. Euntes ergo docete omnes Gentes, &c & Act. 1. a. Eritis mihi teſtes in Ieruſalem & in omni Iudæa & Samaria, & vſq; ad ultimum terræ. Iſtorum autem ſic miſſorum aliqui fuerunt per martyrium ſuo ſanguine rubricati: propter quod ſignificantur per equos rubeos. Alij vero uarijs ſpiritusſancti donis decorati, & ſignificantur per equos varios. Alij vero candore virginitatis dealbati: Et ſignificantur per equos albos. In iſtorum autem perſonis ſubditur:

n *Perambulauimus terram.* exequentes prædicationem.

o *Et ecce o. ter. ha. & quie.* ſub cultu vnius Dei, diuerſimodè tamen: Nam idololatria ceſſauit per orbem exceptis paucis barbaris in aquilone habitantibus. Secunda viſio ponitur hic:

 ✱ *Et leua.*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Adhuc cla.* Angelus qui dixerat prophetæ: *Clama* adhuc impellit ad clamandum.

*Allegor. Pſal. 26.d*

b *Ciuitates.* Alleg. Ciuitates, eccl'iæ, vel animę ſanctorum, quibus vera bona. vnde: Credo uidere bona domini in terra viuentium. His bonis poſt incendia perſecutionis quæ a Gentilibus vel hæreticis eccleſiæ pertulerũt pace reddita affluunt in multitudine virtutũ, & quæ abiectę erant pro culpa, nunc ędificatę in uirtutibus conſolationem habent ſpe æternorum.

*Per cornua quid ſignetur.*

c *Et ec. quat.* Conſuetudo ſcripturarũ eſt, per cornua regna ſignificare. Hæc quatuor cornua intelligunt̃ quatuor Gentiũ regna. Vnũ, Babyloniorũ, qđ iam p̃terierat. qñ hæc uiſio cernebat̃. Secũdũ, Mœdorũ & Perſarum, quod tũc inſtabat. Tertiũ, Græcorũ & Macedonũ. Quartũ, Romanorũ. Iſta cornua ventilauerunt & diſperſerunt Iudã. Quatuor fabri intelligunt̃ angeli. qui obedientes Deo reædificãt quod Gẽtes diſperſerãt. Alleg. Per quatuor cornua quæ regnãt contra populum Dei, quatuor paſſiones & p̃turbationes animi ſignant̃. vñ: Hinc metuũt, cupiũtq;, dolẽt, gaudẽtq;. Cõtra has: quatuor fabri & quaſi boni medici non cernuntur a ꝓpheta. Per ſe.n. videre nõ poterat, ſed oñdũtur a Deo, quatuor.ſ. virtutes, prudentia, iuſtitia, fortitudo, tẽperantia. Hæ virtutes ædificãt qđqđ vitia deſtruũt. Sãcti quoq; qui hęc remedia poſſidentes eccleſiã inſtaurãt, fabri appellant̃. vñ Apoſtolus: Vt ſapiẽs architector fundamẽtũ poſui. Vel, quatuor fabri, Euãgeliſtæ, qui oppreſſũ Iſrael.i. ſenſum videntẽ Deũ, & Iudam.i. Deũ confitẽtem, & Ieruſalẽ.i. pacis viſionẽ, in priſtinã ſedem reſtituunt: & quos Gentes vitiorum diſperſerant, retrahũt ad ſalutẽ.

*†diſpergẽtur, Allegor. Vergilius 6. Aeneid. 1. Cor. 3. b*

*a ¶Quia aduerſarij plus quàm volueram depreſſerunt quam zelabam, ideo Reuertar.*

minus: Reuertar ad Ieruſalem in

*a ¶Non in una miſericordia, ſed in multis. b ¶Id eſt templum. c ¶Sub Zorobabel & Ieſu filio Ioſedech. ¶Cementariorum.*

miſericordijs: & domus mea ædificabitur in ea, ait dominus exercituũ, & perpendiculum extendetur ſuper

*a ¶Non vocis intenſione, ſed mentis.*

Ieruſalem. Adhuc clama dicens: Hæc dicit dominus exercituum. Ad

*a ¶Quas uides Babylonio igne vaſtatas: ſed rurſum omnibus bonis abundabunt, & præſentibus bonis præteritam miſeriam conſolabitur Deus.*

huc† affluent ciuitates meæ† bonis, & cõſolabitur adhuc dominus Sion,

*¶Quam paulo ante proiecerat.*

& eliget adhuc Ieruſalem. † Et leuaui oculos meos, & uidi, & ecce quatuor cornua. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me: Quid ſunt hæc? Et dixit ad me: Hæc ſunt cornua

*a ¶Non omnes ſimul, ſed ſibi inuicem ſuccedendo.*

quæ uentilauerunt Iudam & Iſrael

*a ¶Ego non conſpexi.*

& Ieruſalem. Et oſtendit mihi domi

*¶Deſtructores malorum, ædificatores bonorum.*

nus quatuor fabros, & dixi: Quid iſti ueniunt facere? Qui ait, dicens:

*¶Quidem.*

Hæc ſunt cornua quę uentilauerunt

*a ¶Intantum ꝙ nemo. ¶Tanto malorum pondere depreſſus.*

Iudam† per ſingulos uiros, & nemo eorum leuauit caput ſuum. Et uenerũt

*¶Scilicet Fabri.*

iſti deterrere ea, ut deijciant cor

*¶Regna. ¶Subijciant Deo*

nua Gentium, quę leuauerunt cor

*¶Super populum Dei.*

nua ſup terrã Iuda, ut diſpergerẽt eã.

*†ita ꝙ nemo auderet leuare.*

## NIC. DE LYRA.

¶ a Reuertar ad Ie. *per viã miſericordiæ.*
b Et do. mea ædi. in ea. *quod fuit impletum ſub Zorobabel duce & Dario regnãte.*
c Et perpen. *i. inſtrumentum ligneum, in cuius medio pendet chorda habens plumbum in extremitate ſua, cum quo perpenditur ſi murus directè ædificatur.*
d Adhuc cla. *non ſolũ de ædificatione tẽpli, ſed ẽt de ꝓſperitate populi.*
e Adhuc affluent ciuitates meæ. *id eſt Iudeæ.*
f Bonis, *quod in parte fuit impletum tempore Zorobabel & Neemię & Machabæorum: ſed perfectius tempore Chriſti ibi prædicantis & miracula facientis, & plenitudinem ſpirituſſancti concedentis.*
g Et leuaui. *Hic ponitur ſecunda viſio de deiectione aduerſariorum populi Iudaici, cum dicitur:* Et leuaui oculos &c. *imaginaria uiſione.*
h Et ecce quatuor cor. *Sic enim videbatur ei imaginaria uiſione.*
i Et dixi ad ang. *meæ cuſtodiæ deputatum.*
k Quid ſunt hæc? *id eſt quid ſignificant hæc quatuor cornua.*
l Hæc ſunt cor. quæ venti. &c. *i. quatuor regna quæ afflixerunt Iudæos ſucceſſiue. ſ. Chaldæorum, Perſarum, Græcorum, & Romanorum, vt communiter exponitur. Ra. Sa. per quatuor cornua intelligit aduerſarios Iudæorum ſecundũ quatuor partes mundi: quia ab oriente fuerũt afflicti & ab occidente, a meridie & ab aquilone, & hoc per diuerſas Gentes circa Iudæam habitantes, ut patet ex. iiij. Regum. & .ij. Parali.*
m Et oſtendit mihi dominus quat. fa. *i. quatuor angelos paratos frangere dicta cornua, quia ſunt executores diuinæ iuſtitiæ.*
n Et nemo eorum. *id eſt Iudæorum.*
o Leuauit ca. &c. *i. potuit reſiſtere aduerſarijs prædictis.*
p Et ue. iſti. *i. dicti fabri.*
q Deterrere ea. *i. prędicta regna: uel aduerſarios ſecundum quatuor partes mundi, ut dictum eſt.*
r Vt deijciant cornua Ge. *i. poteſtates earum, qđ in Chriſto uidemus impletum, cuius imperio ſubmiſerunt colla principes Gentiũ.*

## MORALITER.

✻ g *Et le. ocu. me. &c.* per quæ myſtice ſignantur quatuor impugnantia moralẽ Ieruſalem, quæ eſt rationalis anima. Primum aũt, eſt delectatio praua mulcens animũ. Secundũ, eſt conſenſus in peccatum. Tertiũ, operis executio. Quartũ, cõſuetudo. Hęc autem quatuor impugnant animam & ducunt eam captiuam.

*†præ multitudine bonorum*

m *Et oſt. mi. d. qu. fa.* de quibus ſubditur.

*†infr. 2.a. & 5.a. & 6*

r *Vt de. cor.* per iſtos fabros cornua deijcientes, ſignantur p̃dicationes, ad quas oportet quatuor concurrere, ſicut in corporali fabricatione: Ad quam requiruntur, artifex, materia dura, ignis, & malleus. Artifex eſt prædicator, materia dura, peccator, malleus aũt verbum diuinum, quod eſt malleus cõterens petras, vt dr̃ Iere. xxiij. Ignis autem eſt ſpirituſſanctus qui mollificat corda dura. Iſtis autem in prædicatione concurrentibus deijciuntur cornua prædicta.

In cap. j. Zachariæ vbi dicitur in poſtil. Et ſecundum regulam Hebræorum iſti duo fuerunt prophetæ.

## ADDITIO I.

Sicut dictũ fuit in additione Iere. j. ca. & Hoſee. j. ca. hoc dictum qđ dicit Poſtillator eſſe regulam apud Hebræos, nõ eſt regula ſed dictum vnius ſingularis, qui non habet autoritatem & inquirere circa hoc videtur magis curioſum q̃ vtile: cum prophetiæ de huiuſmodi patribus prophetarum non inueniantur, vt dictum fuit in prædictis additionibus.

In eodem capitulo vbi dicitur in poſtilla: Eſt autem myrtus arbor faciens pulcherrima poma.

## ADDITIO. II.

Licèt myrtus ſit arbor pulchra & faciat folia & grana odorifera, nõ tñ facit fructũ pulchrum, ſed q̃dam grana minuta nigra. vnde Leui. xxiij. g. vbi dr̃: Fructus arboris pulcherrimæ, non ponitur in Hebraico dictio ſignificans myrtum, ſed alia quæ ſignificat citrum, quod eſt pomum pulcherrimum. Et in eodem loco, vbi ponitur eadem dictio, quæ hic habetur in tranſlatione noſtra, dicitur: Lignum denſarum frondium, quod pertinet ꝓprie ad myrtũ. vnde in dicto Hieronimi, in prologo allegato a Poſtil. non dr̃ de myrto, ꝙ habet fructum pulchrum ſed odoriferum, quia (ut dictum eſt) grana myrti, quæ ſunt eius fructus, non ſunt pulchra ſed odorifera: ligno vero attribuit pulchritudinem, quia ſic eſt in re.

## GLOS. ORDIN. CAP. II.

Et leuaui oculos. Quidam putant hoc ex parte completum ſub Zorobabel & alijs ducibus, qui vſque ad aduẽtum Saluatoris populum Iſrael rexerũt. Iudæi in mille annorum fabulam interpretantur, corporales corporalia requirentes. Hæretici ſuſpicantur cæleſtem Ieruſalem quæ paſſa erat ruinam peccatricum animarum, de eis eſſe reſtituẽdum. Sed melius intelligitur per Ieru ſalem

## CAP. II.

*a ¶Chriſtus.*

Et leuaui oculos meos & uidi: & ecce uir & in

*a ¶Operatione & poteſtate. b ¶Menſura diuidens ſingulis prout vult.*

manu eius ſunicul' mẽ

## NICO. DE LYRA. CAP. II.

*Diuiſio*

Et Leuaui oculos. *Hic conſequenter denunciatur reædificatio ciuitatis Ieruſalem. Circa quod ſciendum, ꝙ illa ædificatio quæ facta eſt per Zorobabel fuit figura ædificationis eccleſiæ per Chriſtum, quæ dicitur ſpiritualis Ieruſalem, vt frequenter ſupra dictum eſt: & ideo de vno ædificio fit tranſitus ad aliud: igitur primo nunciatur materiale, ſecundo ſpirituale, ibi: Et ecce. Circa primum dicitur.*
b Vidi. *viſione imaginaria & intellectuali.*
c Et ecce vir. *i. angelus in ſpecie viri.*
d Et in ma. eius fu. men. *id eſt aptus ad mẽ ſurandum*

## MORALITER.

✻ a *Et le.* Cap'm iſtud exponunt Hebræi & catholici cõiter ad literã de ędificatione domus Dei, p Zorobabel & eius ſocios ædificatę in reditu captiuitatis Babylonicę. Ego aũt expoſui ad literã de ſpirituali ædificatione eccl'iæ per Chriſtũ: pp qđ de alia ſpũali expoſitione pertranſeo, & qa mihi non occurrit alia melior hic ponenda.



ſalẽ eccleſia quæ in paſſione & reſurrectione Chriſti & quotidie ædificatur ab eo qui nouit menſuras & merita ſingulorum, qui prius eleuatis oculis in quatuor cornib triſtia uidit, nunc rurſum leuat oculos ut videat uirum cui oriens nomen eſt, de quo ſupra. Ecce uir aſ. &c. Hic ædificat ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus eſt. Hoc moraliter de animab. credentium poteſt accipi, quæ quotidie ædificantur a domino, & cernunt eius pacem. Allego. Ieruſalẽ eſt eccleſia, de qua dicta ſunt glorioſa, in qua magnus dñs & laudabilis nimis. Hæc habitatur ab hominibus. i. populo legis ad fidem cõuerſo, & a iumentis. i. a Gentibus ab idololatria ad fidem conuerſis. Vel per hoĩes rõnales & eruditi in ſcripturis. per iumẽta ſimplices intelligunt̃: Iſtis Chriſtus eſt murus, ignis in circũitu, vt habitãtes in medio calefiant, qui prius tepidi, & per illũ comburant̃ aduerſarij.
a *Et ecce an.* Hunc Hebræi putant Michaelem, alium qui occurrit Gabrielem: qui loquitur ad Michaelem, ut loquatur prophetæ, quantam abundantiam oĩm rerum & multitudinem hominum & iumẽtorũ & firmitatẽ murorũ ſit habitura Ierl'm, quæ in p̃ſenti vſq; ad fauillas & cinerẽ deſtructa ſit. Hæc oĩa Iudæi ad literam futura fabulant̃, vt prę multitudine hoĩm & iumẽtorũ Ieruſalẽ non poſſit hr̃e murum, ſed murus illius dñi ſit defenſio, & illius in medio habitantis p̃fruat̃ gloria.
b *O o o fugite.* Iuxta ſitum Ieruſalem, Aſſyrij & Babylonij qui Dei populũ vaſtauerunt, in terra aquilonis habitabant, Angelus qui loquebatur ad angelum ꝓphetantem in Zacharia, nũc loquitur ad illos qui habitabant in Babylone, vt a quatuor uẽtis in quos fuerant toto orbe diſperſi, reuertantur in Sion: & o Sion quæ nunc habitas in Babylone, reuertere ad priſtinã ſedẽ. Aquilo uentus frigidiſſimus, qui corda quæ afflat dura reddit. Præcipitur his qui ierant ad frigus aquilonis, & in toto orbe diſperſi erant, & in nocte huius ſeculi uerſabantur, vt fugiant ad eccleſiam, & humilia relinquẽtes, in ſublimitate dogmatum conſiſtant.
c *Poſt gloriam miſit ad Gentes.* Vox Saluatoris miſſi a patre inducitur, qui aſſumpta carne poſt gloriam diuinæ maieſtatis mittitur ad Gentes, quæ ſpoliauerũt populum Dei, vt qui ante eos fuerant prædati, prædę ſint ſeruientibus ſibi; & cognoſcet turba ſeruiẽtium, quod Deus omnipotens miſerit eum.
d *Tetigerit vos.* Tactus pro vexatione accipitur: Qui ergo ſanctos Dei tangit, ſic eſt quaſi vexare cupiat pupillam eius oculi, vt illũ priuet clara luce: vñ in Euãgelio: Vos eſtis lux mũdi.
e *Quia ecce ego leuo ma.* Leuat Deus manum, vt percutiat Gẽtes aduerſarias, & populum ſuum ad Ieruſalem reducat uel in eccleſiam: & nunc intelliguntur per Gentes contrariæ fortitudines, quæ peccatores quotidie ſuę ſubijciunt poteſtati.

Lauda

ſorum, & dixi: Quo tu uadis? Et dixit ad me: Vt metiar Ieruſalem, &

*a ¶Apparere faciam b ¶Charitas quæ uſque ad inimicorum dilectionem extenditur.*

† uideam quanta ſit latitudo eius, &

*a ¶Perſeuerantia eius vſque in finem.*

quanta longitudo eius. Et ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur, & alius angelus egrediebatur in occurſum eius, & dixit ad eũ:

*a ¶Qui loquebatur ad Michaelem, vt loquatur prophetę.*

*a ¶Ad comparationem angelorum omnis humana natura vel ſcientia pueritia dicitur, quia non angeli in nos, ſed nos in angelis proficimus.*

Curre, loquere ad puerum iſtum dicens: Abſque muro habitabitur Ieruſalem præ multitudine hominum, & iumẽtorum in medio eius. Et ego ero ei, ait dominus, murus ignis in circumitu, & in gloria ero in medio

*a ¶Tertia uocatio, crebra admonitio eſt ad fugam.*

eius. O ô o fugite de terra aquilonis dicit dominus: quoniã in quatuor uentos cæli diſperſi uos, dicit dominus. O Sion† fuge quæ habitas apud filiam Babylonis, quia hæc dicit dominus exercituum: Poſt gloriam miſit me ad Gentes, quæ ſpoliauerunt uos. † Qui enim tetigerit uos, tãgit pupillam oculi† mei. Quia ecce ego leuo manũ meã ſup eos, & erũt

g Præ multitudine *Quod impletum videtur in fidelium multiplicatione per orbem vniuerſum.*
h Hominum & iumentorum. *Quia credentium aliqui ſunt ſapientes & literati qui homines dicuntur, alij uero ſimplices & illiterati, qui iumenta nominantur, Pſal. lxxij. d. Vt iumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum.*
i Et ego ero ei ait dominus murus. *i. protector & defenſor.*
k Et in gloria ero in medio eius. *Quia Deus in eccleſia honoratur, & ideo ad eam homines inuitantur, cum ſubditur.*
l O o o fu. de terra aqui. *id eſt de poteſtate diaboli.*
m Quoniam in quat. ven. cæ. diſper. vos. *id eſt ſpatium permiſi per uarios errores ante aduentum Chriſti.*
n O Sion. *id eſt populus præuiſus ad fidem: Nomine enim Ieruſalem & nomine Sion intelligitur eccleſia, vt declaratum fuit Iſa. ij. quæ eſt idem quod fidelis populus, quia eccleſia non eſt ipſi parietes, ſed fideles.*
o Fuge. *de poteſtate diaboli.*
p Quæ habitas apud filiam Babylon. *id eſt cultum idololatriæ: non enim poteſt hic intelligi conuenienter per filiam Babylonis ciuitas vel terra Babyloniæ, quia longe ante tempus huius prophetiæ ciuitas Babylonis fuerat deſtructa per Cyrum & Darium: & Iudæi remiſſi in Iudæam, vt habetur. 1. Eſdræ. Et licet aliqui remanſerunt in terra Babylonis detenti amore vxorum quas ibi acceperant, & prolis quam ibi fecerant, vt dictum fuit ibidem, tamen illi videntur probabiliter fuiſſe pauci comparatiue, quia omnes naturaliter inclinantur ad reuertendum in terram originis ſuæ, & maxime de terra in qua detinentur in captiuitate & ſeruitute. Nec rationabiliter poteſt dici, quod illi qui remanſerunt moneantur hic fugere propter vaſtationem imminentem illi terræ: quia a tempore Cyri legitur regnum eius & ſucceſſorum ſuorum ſatis quietum fuiſſe vſque ad tempus Alexandri magni, qui regnum illud ui armorum ſubiecit ſibi. Item quia terra quæ hic dicitur filia Babylonis, immediate ſupra dicitur terra aquilonis. Babylonia vero non eſt ad aquilonem reſpectu Iudęæ ſed magis ad orientem: Et ideo per Babylonem quę confuſio interpretatur: & per aquilonem de quo dicitur Iere. 1. c. Ab aquilone pandetur omne malum: poteſtas dæmonis metaphorice ſeu figuraliter deſignatur. ſicut & beatus Petrus in fine primæ canonicæ ſuæ dicit: Salutat uos eccleſia in Babylone collecta. id eſt in Roma: quia tũc tempore Neronis ibi uigebat poteſtas dæmonis.*
q Quia hæc dicit dominus exercitu. *i. angelorum. vnde in Hebræo ponitur hic nomen domini tetragrammaton ſoli Deo appropriatum: vbi tranſlatio noſtra habet dominus.*
r Poſt gloriam miſit me. *Secundum ſeriem textus non eſt verbum Zachariæ, ſed Dei dicentis ſe mitti: quod verificatur in Chriſto, qui eſt verus Deus a patre miſſus pro ſalute generis humani, & huic conſonat quædam glo. Hebraica hic a Rab. Sal. inducta, quæ talis eſt.* Poſt gloriam miſit me: *Glo. poſt honorem redditum Eſau ueniet Meſſias. In antiquis etiam gloſſis Hebraicis princeps Romanus frequenter Eſau, & Roma mons Seir nominantur: & ſic impletum eſt in domino Ieſu Chriſto, quia poſt gloriam monarchiæ adeptam a Romano principe Cæſare Auguſto, propter quod fecit deſcribi orbem vniuerſum tanquam ſibi ſubiectum, natus fuit Chriſtus, vt patet Lucæ ſecundo.*
ſ Ad Gentes quæ ſpoliauerunt uos. *id eſt ad Iudæos qui fideles primitiuæ eccleſiæ grauiter tractauerunt. Act. octauo quibus prædicauit dominus in perſona propria. Et dicuntur hic Gentes, quia tunc non uiuebant ſecundum legem ut Iudæi, ſed tranſgredientes propter mandata hominum, ut patet in Euangelio. Vel,* ad Gentes. *i. Romanos principes qui in primitiua eccleſia fideles perſequebantur in corporibus ſuis & bonis: quibus prædicauit Chriſtus per apoſtolos Petrum & Paulum & alios doctores ſequentes.*
t Qui enim te. *i. ſolicitè vos cuſtodiam: ſicut cuſtoditur oculi pupilla: licet. n. tunc Chriſtus permiſerit fideles corporaliter perturbari, tamen cuſtodiuit eos ſollicite in ſpiritualibus bonis, in quibus tunc creuit eccleſia merito & numero fidelium magis quàm tempore pacis. Quod fuit figuratum in filijs Iſrael, qui quanto magis affligebantur ab Aegyptijs, tanto magis multiplicabantur & creſcebant, Exo. 1. Ideo ſubditur:*
u Quia ec. &c. *i. uirtutem.*
x Super eos. *i. principes Romanos & eorum miniſtros.*
y Et e. p. *qꝛ principes Romani et alij ei ſubiecti, q̃ in primitiua eccleſia affligebãt fideles ſeruitute dura, & eis abſtulerunt bona ſua, mõ ſuppo-*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *ſurandum loca in quibus debent fieri ædificia. Ideo ſubditur.*
a Vt metiar Ieruſalem. *quantum ad ciuitatem Metropolim.*
b Et Iudæam *quantum ad alia loca in Iudæa.*
c Quanta ſit latitudo eius, & quanta longitudo eius. *Antequam enim ædificentur ciuitates & loca, accipiuntur menſuræ ædificiorum ſecundum longitudinem & latitudinem, vt exponunt aliqui & male: quia in Hebræo habetur, vt videam, quia angelus ſolum loquitur de Ieruſalem.*
d Et ecce angelus qui loquebatur in me. *Hic conſequenter intendit ut metiatur ædificium ſpiritualis Ieruſalem. illa quæ ſequuntur nunquã fuerunt in Ieruſalem per Neemiam reædificata: ſed ſemper fuit in timore aduerſariorum & ſubiectione extraneorum vſque ad eius deſtructionem per exercitum Romanorum. dicit ergo:* Et ecce angelus. *mihi pro cuſtodia deputatus.*
e Egrediebatur. *Ad habendum reuelationem nouam de futuris ab angelo ſuperiori: quia ſecundum ordinem hierarchicum ſuperiores angeli illuminãt medios, & medij inferiores. & ex hoc patet ꝙ hæc reuelatio eſt de alia re q̃ præcedens: quia eſt de Ieruſalem ſpirituali. Ideo ſequitur.*
f Abſque muro &c. *Quia eccleſia non confidit in murorum fortitudine, ſed in diuina protectione.*

Præ mul-



¶ *fuerunt col-*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Lauda & læ.* Rectè poſt captiuitatem
E filia Sion prouocatur ad gaudium. vñ
Pſal.52.d dr: Cũ couerterit dñs cap.&c. Adhuc verba domini hortãtis populũ, vt poſt captiuitatẽ in ſede priſtina reſtitutus gaudeat, & laudet Deum habitantem ĩ medio ei⁹, ĩ quẽ Gẽtes ſũt crediturę.
b *Ieruſalem.* Quã tẽtationi dereliquerat in perſecutionibus Iudæorũ: Alij putãt ſub Zorobabel & Ieſu hæc eſſe cõpleta, quando duę tribus (quæ dicũtur Iuda) reuerſæ ſunt de captiuitate Babylõis, decẽ retẽtis ĩ ꝑpetuo exilio.
Surgere quando Deus dicatur c *Quia conſurrexit.* Surgere dicit Deus, quando quaſi de sõno euigilat ad vindictam populi ſui, & hoc de habitaculo .i. patriarchis, & ꝓphetis, apoſtolis, in qbus & cũ qbus dominus ad iudicium ad vindictam ſe vẽturũ teſtatur.

NIC. DE LYRA.

¶ *fuerunt colla ſua iugo Chriſti & eius miniſtris, dotantes eccleſias tẽporalibus bonis.*
*a* Et co. *ꝑ ex pietatẽ bonorũ & miraculorũ.*
*b* Quia d.ex. *i. De⁹ pater domin⁹ angelorũ.*
*c* Miſit me. *pro generis humani ſalute: & iõ pro tanto beneficio inuitatur eccleſia ad laudẽ diuinã, cùm dicitur:* Lauda & læ.&c.
*d* Quia ecce ego ve. *ꝑ carnis aſſumptionẽ.*
Et

¶Sic.
prædę his qui ſeruiebant ſibi, & co- a
¶Qui me miſit me cum eſt.
gnoſcetis, quia dominus exercituũ b
¶Ergo. ¶Eccleſia
a miſit me. Lauda & lætare filia Sion c
a ¶Exiui a patre, & veni in mundum. b ¶Cum hominibus conuerſatus eſt.
quia ecce ego uenio, & habitabo in d e
a ¶Poſtula a me, & dabo tibi Gen.hære.t.
medio tui, ait dñs. Et applicabuntur f
¶Patrem. ¶Tunc.
Gentes multæ ad dñm in die illa, & g
¶Sicut patri. ¶Peculiarem. a ¶Hoc iam quia: ¶Ego uobiſcum ſum vſque ad conſummatio. ſeculi.
erunt mihi in populum, & habitabo
a ¶Ex hoc. Pater.
in medio tui: & ſciẽs quia dñs exer-
¶In mundum. a ¶Filium. b ¶O eccleſia.
cituum miſit me ad te. Et poſſidebit h
a ¶Confitentes & credentes in ſe. b ¶Eccleſiam.
domin⁹ Iudam partẽ ſuã in †terrã ſã- i k
a ¶Non alibi. b ¶A malis. c ¶Pacem amantes.
b ctificatã, & eliget adhuc Ieruſalẽ. Si- l
a ¶Cum dominus ſit poſſeſſurus Iudæam, & electurus
c leat omnis caro a facie domini: quia m n
Ieruſalem, omne genus hominum timeat aduentum domini
cõſurrexit de habitaculo ſancto ſuo.

*e* Et habita. in medio tui. *conuerſando & prędicãdo. Ioh.1.a. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis.* G
*f* Et appli. Gen. mul. ad dominum. *quod patet impletum per conuerſionem Gentium ad fidem Chriſti per orbem vniuerſum.*
*g* Et erunt mihi in po. *Quia inter credentes non eſt diſtinctio Iudęi & Gręci: nã idem dominus omnium. ad Romanos.x.c.*
*h* Et poſſide. do. Iud. *i. confitentes Deum: quia corde creditur ad iuſtitiam: & ore confeſſio fit ad ſalutem. Et ꝙ per domũ Iuda tales intelligantur, etiam ſecũdum doctores Hebræorũ, fuit oſtenſum Iere. xxiij. & xxxiiij.*
*i* Partem ſu. *i. premium ſuum.*
k In terrã ſan. *i. in cęlo. quod vocatur terra viuentium.*
*l* Et eliget adhuc Ieruſa. *cæleſtem.*
*m* Sileat om. ca. *à blaſphemijs domini noſtri Ieſu Chriſti.*
*n* Quia conſur. de ha. ſan. &c. *i. conſurget in finali iudicio ad mala puniendum, & bona præmiandum.*

In ca. ij. vbi dr in poſtil. Et ego ero &c. †ſo. diſſ. Ieſus. De pœni. di. 1. c. ſi. n. nec. Ieſus quoque.

ADDITIO.

Sup hoc quod dicitur: Et ego ero ei, ait dominus, murus ignis. Gloſſa interlinearis. Murus i. defenſio ſuis, ignis hoſtibus.

GLOS. ORDINA. CAP III.

Et oſtendit mihi. Prophetata reſtauratione Ierl'm cuius miniſter erat Ieſus ſacerdos, & ꝓ qua etiã ipſe Deũ exorabat, inducit diabolus aduerſarius, volens populũ retinere in captiuitate, ſed nõ potuit
Pſ. 109.a preualere Dominus Ieſus Chriſtus ſacerdos eſt in æternũ ſecundũ ordinẽ Melchiſedech. Qui qm̃ per ſe videri nõ poteſt, à domino ꝓphetæ oſtẽditur ꝑ carnis aſſumptionẽ, ſtãs coram
F angelo, ꝑ quẽ angelus magni conſilij intelligit, nõ ꝙ duas ꝑſonas ĩ filio ꝑcipiamus, ſed ꝙ un⁹ & idẽ quaſi homo ſordidatus oſtendat, & quaſi angelus mediator Dei & hoim apparere dicatur. Stat aũt qui ſtabili cõſiſtit gradu. Et Satan ſtabat à dex. &c. quia dñs tẽtatus eſt ꝑ oĩa abſq; pctõ, & tentatus à dextris ſtat: q a virtutib. Chriſti contraire conat. Increpet in te dñs, p̃r nõ ꝙ ipſe q loquit increpare nõ poſſit, ſed q a ex vnitate naturę, cũ alter increpauerit increpet & ipſe q loquit: quia pater & filius vnus eſt dominus. vnde:
Ioan.14.b Qui videt me, vid. & pa. Iſte eligit eccleſiam quę Dei pacẽ cõtemplat. Hic eſt torris erutus ab igne, quia in ſeculo fuit. nec ei⁹ incẽdio eſt attactus. Ardet eñ rubus, & nõ cõburit. Hic eſt ẽt
2.Cor.5.d indutus ſordidis veſtibus: quia q peccatũ nõ fecit, ꝓ nobis peccatũ factus eſt Sed hæc ſordida veſtis eſt ei ablata, cũ noſtra deleuit pctã, vt q a ille ſordidis indutus eſt veſtibus, nos reſurgẽtes in eo ſemꝑ candida habeamus ueſtimẽta. Mutatoria, ſunt caro iam immortalis & impaſſibilis. Cidaris ſuper caput, ſplẽdor eſt diuinę maieſtatis, ut idẽ homo & Deus intelligatur.
Allegor. b *Satan ſtabat à de. eius.* Allego. Quia illũ populũ ei rapuit, qui dudũ ei dilectus fuit Gẽtilitas quę ꝓ ſiniſtro habita fuerat credidit: & Iudaicus populus, qui ꝓ dextro, ad perfidiã declina-
Rom. 5.f uit: Sed quia reliquię in fine ſaluæ fiẽt, dominus remouet Satan à dextris ſuis dicens.
c *Increpet do. &c. el. Ie.* Eiuſdẽ ppl̃i liberationẽ indicat qui elegit Ieruſalẽ. *Iſte eſt tor. eru.* Id eſt ab æterni ignis incendio liberatus, in quẽ duce perfidia defluebat. Legit in Eſd. & in Malach. ꝙ Ieſus cum cæteris alienigenam duxit uxorem, unde ue-
1.Eſd.14.e re accuſatur. Cũ ergo de cunctis Iudeæ urbibus nunc Ieruſalem ſit

NIC. DE LYRA. CAP. III.

Et oſtendit. *Poſt ciuitatis & templi reædificationem, hic propheta conſequenter denunciat ædificantium conſolationem, et primo Ieſu ſummi ſacerdotis, ſcdo Zorobabel ducis. ca ſeq.* *Circa quod ſciendũ ꝙ ſicut dicit Rab. Sal. Prophetæ principaliter locuti ſunt de diebus Meſſiæ: Ideo propheta primo denuntiat cõſolationem ſummi ſacerdotis de eius emundatione. ſecundo, de Chriſti incarnatione, ibi.* Audi Ieſu. *Circa primum ſciendum, quòd Iudæi redeuntes de Babylone peccauerunt grauiter accipiendo alienigenas vxores, vt habetur. 1. Eſd. x. Et ſacerdotes ſicut alij in hoc peccauerunt. & cum eis Ieſus filius Ioſedech ſacerdos ſummus: ſed ad exhortationem Eſdræ eiecerunt eas. & hoc eſt quod dicitur.*
*a* Et oſtendit mihi &c. co. an. *ſ. Michaele prælato toti Iudæorum populo, vt prædictum eſt.* H
*b* Et ſa. ſta. &c. vt ad. *accuſando ũ de trãſgreſſione filiorum ſuorum: ſicut Eli fuit reprehenſus a domino & punitus de tranſgreſſione filiorum ſuorum. 1. Reg. iij. non enim legitur, quòd iſte Ieſus in perſona propria uxorem alienigenam acceperit.*
*c* Et dixit domi. &c. *Hic in Hebræo habetur nomẽ domini Tetragrammaton ſoli Deo appropriatum, vbi tranſlatio noſtra habet: Dominus. Et quia ponitur hic ter, & loquendo quaſi de perſona alia, ſatis aperte oſtenditur in Deo trinitas perſonarum.*
*d* Nunquid non iſte, *ſcilicet Ieſus.*
*e* Torris eſt erutus de igne. *id eſt quaſi titio ſemicombuſtus in tribulatione captiuitatis Babylonicæ, quaſi diceret, Sic: & adhuc vis eum totaliter totum comburere?*
*f* Et Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis. *quia culpam incurrerat ex negligentia arguendi filios ſuos, & etiam alios, ad quod tenebatur ex officio, cum eſſet pontifex ſummus.*
*g* Et a. *ſcilicet Michael.*
*b* Ad e. *id eſt alijs angelis ſuperioribus.*
¶ Auferte

CAP. III.

a Et oſtendit mihi ſa- a
a ¶Orantem p' ro reditu po puli.
cerdotem magnum
a ¶Filium Ioſedech, qui cum Zorobabel præfuit populo.
Ieſum ſtãtem coram
a ¶Qui & ipſe de reditu populi laborabat. b ¶Aduerſarius diabolus. c ¶Non a ſiniſtris, quia uera erat eius accuſatio.
b angelo dñi, & Satan ſtabat a dex- b
a ¶Vt quaſi indignum dicens, qui exaudiatur.
tris eius, ut aduerſaretur ei. Et di- c
a ¶Accuſatorem. b ¶Increpatio Dei tuæ malę voluntati effectum auferat. ¶Deus de ſe per tertiam perſonam loquitur.
c xit dominus ad Satan. Increpet dominus in te Satan, & increpet dominus in te qui elegit Ieruſalem. Nunquid non iſte torris eſt erutus d e
de igne? Et Ieſus erat indutus ue- f
a ¶Vel ob coniugium, illicitum, vel pro peccatis populi, vel pro ſqualore captiuitatis.
ſtibus ſordidis, & ſtabat ante fa-
a ¶Præcipiens ex perſona domini.
ciem angeli. Qui reſpondit, & ait g
¶Alijs angelis.
ad eos qui ſtabant coram ſe, dicens: h

MORALITER.

✻ a *Et oſtendit mihi ſacerdotem magn.* Ad literam iſte fuit Ieſu filius Ioſedech, qui fuit bonæ uitæ: ſed negligens in regimine, quia filij ſui ipſo ſciente acceperunt vxores alienigenas: propter quod imputatum fuit ſibi in peccatum, nam hoc erat contra diuinæ legis pręceptum, Exo. xxxiiij. Igitur per iſtum ſignificatur prælatus bonæ vitæ, ſed negligens in ſubditorũ correptione: propter quod peccata quæ per ſuam negligentiam committuntur, ſibi imputantur. vnde Hiero. dicit de Eli qui ſimiliter fuit negligens in correctione filiorum: Eli pro iniquitatę filiorum ſuorum damnatus eſt. Corripuit quidem eos ſed lenitate patris, non autem autoritate pontificis, Et hoc notatur de iſto cum dicitur:
*f* *Et Ieſus erat indutus ueſtibus ſordidis.* Sed quia Ieſus iſte correctionem adhibuit ad monitionem Eſdrę: Ideo ſequitur:
✻ *Auferte*



G lẽ ſit electa, Deo nõ imputãte ei peccata quę fecit: cur Ieſum
A conaris obruere q quaſi titio ſemiuſtus de Babylonia euaſit?
a *Si in uijs meis.* Poſt ablutionem ſordidę veſtis & reſtitutam dignitatem mundi ſacerdotij. præcipitur Ieſu filio Ioſedech, vt cuſtodiat uias Dei, & præponit ꝑmium, ꝙ iõ ſit perſeuera turus iudex & põtifex in tẽplo Dei, & habiturus de numero angelorũ q eo tꝑe ibi aſtabant quorũ auxilia cõtra hoſtes circumuallaretur. Allego.
Rom.1.a Dirigitur ſermo ad Chriſtum pro nobis in carne pauperem factũ, ad quẽ refertur ſicut ad caput quidquid de membris eius dr̃, & noſter profectus,
Eph.4.c eius eſt uictoria. Cum ergo perueneri mus in uirum perfectum in men. ęta. ple. Chriſti: ille iudicabit domũ Dei. i. nos qui ſumus eccl̃ia, pro meritis ſingulorum conſtituens in eccleſijs, prophetas, apoſtolos, doctores, & hmõi.
Pſ.81.a Vnde: Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in me. autem de. di. diuidens ſingulis prout vult. Et tunc dabuntur ei angeli ad miniſtrandum .i. homines qui in carne conſtituti angelicam uitam ducent: qui non fluctuabunt, ſed aſſiſtent ei in eccleſia cum Ieſu ſtante ſtabiles.
b *Audi Ieſu ſa. ma.* Promiſerat Ieſu filio Ioſedech, ꝙ iudicaret & domum eius, & cuſtodiret atria, & haberet angelos miniſtros angelicæ dignitatis. Nunc dicit ei & amicis eius .i. diſcipulis eius & prophetis, qui ſunt uiri portendentes. i. poſiti in ſignum futurorum ꝙ plenam fœlicitatem & perfectam beatitudinem ſint habituri, qñ ille venerit cui nomen eſt oriẽs. Qui etiam lapis angularis dr̃, coniungens duos parietes in unum: Sup quem ſe
B ptem oculi, de quibus Iſa. Et requieſcet ſup eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpũs conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientię & pietatis, & repleuit eum ſpiritus tuus domine. Alleg. Ieſus magnus ſacerdos, dominus Saluator: Amici eius, apoſtoli, qui ſunt portendentes viri. i. facta eius myſtice accipientes vel aſpicientes, & de pręſentibus futura cognoſcentes, qui cæcũ natum ſub populo Gentilium interpretatur. Qui etiam ſm̃ aliam figurã oriens dr̃ pro lumine, & lapis, qui ſm̃ Danielẽ de monte abſciſus eſt pro robore, quo omnia regna conterit. Dicitur ergo Chriſto: Tu & apoſtoli tui, audite promiſſiones quas feci implendas in uobis: & ſtatim uertitur ſermo ad auditores loquens de ipſo Chriſto: Ecce. n. ego addu. ſer. meum, dominum. ſ. Chriſtum: Qui etiam lapis eſt conterens inimicos. Quem ego de. co. Ieſu filio Ioſedech, quia poſt illum uenit, & in facie eius datus eſt, quia per ſe intelligebat illum præfigurari: In quo uno ſeptem oculi, quia in illo fuit plenitudo totius gratiæ ſpiritualis. Seruat metaphoram lapidis: Q. dicat: Hunc lapidem clauis crucis, & lancea militis faciam uulnerari: Et in eius paſſione delebitur iniquitas terræ,
Pſ.117.d in una die, de qua dicitur: Hæc eſt dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Et in illa die paſſionis uocabit uir. i. perfectus uir in Chriſto, amicum ſuum. i. credẽtes ex Iudæis vel gentibus, ut ſint ſub uinea. cuius fructus lætificat cor
Pſ.103.b hominis. & qui ait: Ego ſum vitis. & ſubter ficum. i. dulciſſi-
Ioan.15.a mam refectionem ſpirituſſancti. Lxx. Ecce ego foueã fodiã. Hoc Iudæi ad finem mundi referunt, qñ ueniet iudicaturus Chriſtus qui fodiet. i. in medium proferet opera ſingulorum, & in illa die uocabit vnuſquiſq; ſanctorũ amicos. i. alios ſanctos ad requiem, vt operum ſuorum uirtute gaudeant.

¶De quibus ſupra dixerat.
Auferte ueſtimenta ſordida ab eo. a
a ¶Cum illi præceptum opere compleſſent, idem angelus di. ad eum
Et dixit ad eum: Ecce abſtuli a te
a ¶Hæc ſunt ſordida veſtimenta. b ¶Iſraelitem coniugem tibi copulaui.
iniquitatem tuã, & indui te mutato b
a ¶Id eſt mitram per quam ſacerdotij dignitas intelligitur, quia ablatis ſordibus peccatorum, iam mundum habet ſacerdotium.
rijs. Et dixit: Ponite cidarim mũdam c
ſuper caput eius. Et poſuerunt cidarim mundam ſuper caput eius, & in
¶Filium Ioſedech.
duerũt eum ueſtibus. Et angelus dñi d
ſtabat, & cõteſtabat angelus domini e
a ¶Filium Ioſedech. ¶Chriſtum. ¶In me.
Ieſũ, dicẽs: Hæc dicit dominus exer f
a ¶Ecce ſanus factus es: iam no. pec. ne de. ti. ali. con. b ¶Ambulauerint membra tua.
a cituũ: Si in uijs meis ambulaueris, g
¶Præcepta mea cuſtodienda.
& cuſtodiam meam cuſtodieris, tu h i
a ¶In perfectis hoc eſt præmium tuum. ¶Tanq̃ pontifex.
quoq; iudicabis domum meam, &
a ¶Vnde: Adorate dominum in atrio ſancto eius.
cuſtodies atria mea, & dabo tibi k
a ¶Tecum qui te cuſtodiunt, quorum auxilio ſecurus non timeas hoſtes. b ¶Angelis vel ſanctis.
†ambulantes de his qui nunc hic aſ-
¶In conſpectu tuo.
b ſiſtunt. Audi Ieſu ſacerdos magne, l
tu & amici tui, qui habitant coram m
te, quia uiri †portendẽtes ſunt. Ecce n o
enim ego adducam ſeruum meum
¶Adducitur.
†orientem: quia ecce lapis quem p q
¶Iſtum.
dedi coram Ieſu, ſuper lapidem unũ r
ſeptẽ oculi ſunt. Et ecce ego †cælabo ſ t
ſculpturam eius, ait dominus exercituũ: & auferã iniquitatẽ terrę illius u

†apio aptu. †portendẽtes: turam cęlo cęlaturam eius

*f* Hæc dicit dominus. *qui eſt ipſa veritas.* C
*g* Si in uijs meis ambu. *legem meam cuſtodiendo.*
*h* Et cuſtod. me. cu. *reuerenter & debite officiũ pontificis exercendo.*
*i* Tu quoque iudicabis &c. *i. in officio pontificis perſeuerabis.*
*k* Et dabo tibi am. de his qui nunc hic aſſi. *i. de angelis hic aſſiſtentibus dabo tibi adiutores & directores in officio tuo.*
*l* Audi Ie. *Hic conſequenter ponitur conſolatio Ieſu ſacerdotis de Chriſti incarnatione, quam ſumme deſiderabant patres ueteris teſtamenti. Ideo ſubditur:* Audi Ieſu. *q. d. rem ualde grandem ego ſum tibi dicturus.*
*m* Tu & amici tui. *i. illi qui ſunt parati ad abijciendum alienigenas uxores & legem ſeruare.*
*n* Quia uiri por. ſunt. *Id eſt in futurum expectantes. ſ. Chriſti myſteriũ. Dicitur. n. portendens a portendo dis: quod eſt aliquid in longinquum deſignare uel expectare. Ra. Sa. dicit, quòd iſti fuerũt Ananias, Miſael, & Azarias, qui de Babylone redierunt cũ Zorobabel & Ieſu ſacerdote, & erant ei familiares & amici. Et dicuntur hic uiri portendentes, quia in eis fuit factum portentũ. i. mirabile ſignum, quando de camino ignis exierant illæſi, ut habetur Dan. iij.*
*o* Ecce enim ego addu. ſer. me. orien. *In Hebræo habetur, germinantem, & exponit hoc Ra. Sa. de Zorobabel qui dicitur hic germinãs, eo ꝙ genuit Neemiam, ut ipſe dicit, qui ædificauit ciuitatem Ieruſalem, ſicut pater ſuus templum ante cõſtruxerat. Sed hoc non uidetur uerum, quia ij. Macha. dicitur quod iſte Neemias erat ſacerdos, & ſic de tribu Leuitica. Zorobabel autem fuit de tribu Iuda, ut patet Mat. 1. Et ideo aliqui expoſitores catholici dicentes cum Ra. Sa. q̃d hæc ſcriptura intelligitur ad literam de Zorobabel. dicunt ꝙ hic vocatur oriens, quia fuit ortus de tribu regia, & quia proſperatus fuit in ædificio templi: ſed iſti cum Ra. Sa. uidentur iudaizare, & magis q̃ antiqui Hebræi. unde vbi trãſlatio noſtra habet:* Ecce enim ego adducam ſeruum meum orien. &c. *tranſlatio Chaldaica apud Iudæos autentica ſic habet: Ecce ego adducam ſeruum meum Meſſiam, & reuelabitur. Ex quo patet, quod de Chriſto ad literam intelligitur.* D
*p* Quia ecce lapis. *id eſt Chriſtus, qui dicitur lapis abſciſus de monte ſine manibus, Dani. ij. e*
*q* Quem dedi coram Ieſu. *Quia uidit eum per fidem futurum, ſicut Saluator dicit Ioh. viij. g. Abraham pater ueſter exultauit, ut uideret diem meum: uidit & gauiſus eſt.*
*r* Super lapidem unum. *id eſt Chriſtum qui eſt unus in perſona, licet in eo ſit duplex natura.*
*ſ* Septem oculi ſunt. *id eſt ſeptem dona ſpirituſſancti, quæ in plenitudine quieuerunt in Chriſto homine, ſecundum quòd dicitur Eſa. xi. a. Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini &c. Quod ad literam intelligitur de Chriſto etiam ſecundum dicta Hebræorum, ut ibidem fuit diffuſius declaratum.*
*t* Ecce ego cælabo ſculp. eius. *quia corpus Chriſti fuit formatum & figuratum in utero uirginis uirtute diuina.*
*u* Et au. ini. ter. il. *id eſt mundi totius. Vel per ſeptem oculos uniuerſitas angelorum deſignatur. unde Dan. iiij. angeli dicuntur uigiles. & Mat. xviij. b. Angeli eorum ſemper uident faciem patris. Et iſti ſeptem oculi ſunt ſuꝑ Chriſtum, q̃a ſemꝑ ſunt attenti ad exequẽdũ eius mãdatũ, q̃a ipſe eſt rex angelorũ. & hæc expoſitio magis concordat literæ ſequenti.*
¶ In die.

NICOLAVS DE LYRA.

D n Suſcitare ſuper paſtorem meum.*i. ſuper Chriſtum, qui dicit de ſeipſo Iohan.x.c. Ego ſum paſtor bonus &c.*

o Et ſuper virum cohærentē mihi. *Quia humanitas Chriſti inſeparabiliter iuncta eſt deitati.Rab.Sa. hoc exponit de imperio Romano per Meſſiā deſtruendo: propter mala, quæ fecit Romanum imperium populo Iudaico:& apparet quòd ualde extorte & male exponit:quia imperatorem Romanum uocat nequam & peſſimum, & ſic ſecundum eum non poteſt dici paſtor Dei,nec inhęrens ſibi: quia talis inhærentia amicitiā ſignificat.Vnde in Hebręo dicitur:Super uirum mihi aſſociatum, quod de Chriſto optime exponitur, ut dictum eſt.*

¶ Percute

## NIC. DE LYRA.

¶ a In ablutionem peccato.&. *Per mēſtruatam intelligitur peccatum originale, quod contrahitur in matris ventre. Per peccatorem,peccatum veniale. vtrūq; n. lauat baptiſmus in adultis ad baptiſmum uenientibus,quales erunt tunc venientes pro maiori parte,ut patet ex prædictis.*

B

b Et erit in die illa dicit do. *Hic conſequēter ponitur abiectio idololatriæ. Et ſecundo falſæ prophetiæ ibi:Et erit.Circa primū ſciēdum, ꝙ licet per prædicationem apoſtolorū aliorumque ſuccedentium doctorum idololatria ceſſauerit per mūdum pro maiori parte,ut frequenter ſup. dictum eſt. tamen adhuc aliquid remanſit:quia in partibus aquilonaribus ſunt aliqui populi & in magna multitudine,qui dicuntur Viuitarij,& illud uiuum,quod eis primo occurrit qualibet die uenerantur, vt Deum ſuum pro illa die: ſicut relatione fide digna intellexi. Antichriſtus etiam faciet ſe adorari ſicut Deum, vt habetur.ij.ad Theſſ.ij.Et ideo vſq; poſt mortem eius non ceſſabit totaliter idololatria, tūc.n.omnes viuent in fide catholica.Et hoc eſt,quod dicitur:*Et erit in die illa.*ſ. mortis Antichriſti.*

c Diſperdam nomina idolorum de ter. *quia ſicut dictum eſt, tunc omnino ceſſabit idololatria.Et ſecundum iſta,illud quod ego dixi in aliquibus locis ſupra.ſ.ꝙ ad prædicationem apoſtolorum & aliorum doctorum ſequentium ceſſauit idololatria per mūdum, intelligendum eſt ſimpliciter, non tamen totaliter: ſicut æthiops dicitur niger ſimpliciter, quamuis ſit albus ſecundum dentes,quæ albedo eſt modica reſpectu nigredinis: & ideo quaſi nihil computatur ſecundum ſententiam Philoſ. ij. Phyſicorum: ubi dicitur, quod illud, quod eſt modicum, quaſi nihil reputaur. Et etiam ſecundum communem modum loquendi: Illud quod eſt modicum, nihil dicitur. Et ſic eſt in propoſito: quia illa idololatria, quæ remanſit in aliquibus Gentibus barbaris, vt aſſeritur: illa eſt modica & quaſi, pro nihilo computandā reſpectu illius, quæ ceſſauit per alias partes orbis.*

d Et pſeudo prophetas. *Hic conſequenter ponitur ceſſatio falſæ prophetiæ,cum dicitur:*Et pſeudo prophetas. *i. falſos qui per ſuam malitiam fingunt ſe eſſe prophetas propter quæſtum.*

e Et ſpiritum immundum. *id eſt prophetantes per prophetias a dæmone acceptas, & omnibus alijs modis per reſponſa dæmonum.*

Auferam.

## MORALITER.

✻ miſericordiæ diuinæ, quæ aperitur omnibus ad Deum reuertentibus per opera pœnitentiæ.

† ſocium meum.

b *Et erit in die illa, dicit dominus exercituum, diſperdam nomina idolorum.* id eſt uitiorum quorum nomina a uere pœnitentibus ſunt excluſa.Epheſi.v.a.Fornicatio autem & omnis immunditia aut auaritia, nec nominetur in uobis,ſicut decet ſanctos &c.

d *Et pſeudo prophetas & ſpiritum immundum auferam de terra.* Per iſtos ſignificantur hæretici, qui cum deprehenduntur a patre ſpirituali, & a matre grauiter puniuntur: & ſi fuerint obſtinati traduntur iuſtitiæ ſeculari: & ſi reuertantur ad ueritatem eccleſiæ, confitentur ſe fuiſſe punitos non ex odio,ſed ex charitate.

m *Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & ſuper uirum cohęrentem mihi.* Hoc ad literam exponitur de Chriſto, Matthæi vigeſimoſexto c. Moraliter autem poteſt exponi de bono prælato, quem Deus aliquando permittit temporaliter affligi ad augmentum ſui meriti: Quia tamen ad hoc ſequitur frequenter diſperſio gregis per diuerſa uitia: Sequitur:

Moraliter

✻ *Et erunt*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Percute paſtorem, & diſ.oues.* Cũ paſſione dñi territi fugerũt apoſtoli, vt dicit Matthæus. tũc prophetiã iſtã impletã fuiſſe
Matt. 29.c inducẽs Deũ patrẽ loquẽtẽ: Percutiã paſtorẽ,& diſpergẽtur oues gregis. Volũtate.n Dei patris celebrata eſt paſſio Chri, in quo & iſte ꝓpheta conſentit dicẽs ex uoce Dei, O framea pcute paſtorẽ,& diſpergen. oues gre.
b *Et dn* Iudæi hæc ad Chrm referũt.
†Mat. 29.c & in vltimo tpe futura cõtẽdũt. Sed hoc inter nos & illos eſt, qa nos iã ex pleta dicimus, illi explẽda cõmemorãt.
Luc. 12. f Ignẽ veni mittere in terrã et Apli baptizati in ſpũ Dei & igne dnt: Pro
Pſal. 95.b baſti nos Deus, igne nos examinaſti.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Percute paſto. *Hoc fuit impletũ quãdo Apoſtoli in paſſione reliquerunt Chriſtũ, vt dicit Saluator Matt. xxvi. ex quo patet, quòd hic paſſus intelligitur de Chriſto.*
b Et conuer.ma.me. *i. poteſtatem meam.*
c Ad paruu. *i. ad Apoſtolos, qui dicuntur hic paruuli, eo ꝙ timore fugerunt in paſſione Chriſti, qui poſtea uirtute diuina ſic fuerunt firmati & ſolidati. ꝙ gaudebant in tormentis ſecundum quod dicitur Actu. v. g. Ibãt Apoſtoli gaudentes a conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.*
d Et erunt. *Hic incipit uerſus in Hebræo, vbi agitur de fidelium multiplicatione ad paſſionem Chriſti ſequente, ſecundum quod dicitur Ioh. xij. d. Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolũ manet: ſi autem mortuum fuerit. multum fructum affert. Sciẽdum igitur, quòd poſt paſſionem Chriſti & publicationem Euangelij, populus totius mundi in tres partes diuiſus eſt: quarum una eſt Iudæorum obſtinatorum. alia eſt Gẽtilium in infidelitate remanẽtiũ. Et de iſtis dicitur:*
e Partes duæ in. *i. in terra.*
f Diſpergentur. *Et hic defectus poteſt dupliciter intelligi. Vno modo de defectu gratiæ & virtutis: & ſic a parte publicationis Euangelij, in quo omnes tenentur ad fidem catholicam, defecerunt duæ partes iſtæ.*
F *Alio modo de ceſſatione vtriuſq; ſectæ, & ſic deficient in morte Antichriſti, quãdo omnes Iudæi & Gentiles conuertentur ad fidem Chriſti. Tertio uero pars eſt Chriſtianorum de qua dicitur:*
g Et tertia. *i. in terra alijs duabus deficientibus modis prædictis.*
h Et ducam ter. *ſ. acerbæ tribulationis, quia Chriſtiani primo fuerũt afflicti a Iudæis, ut patet in Actibus apoſtolorum in pluribus locis: et poſtea a Romanis principibus & alijs tyrannis: & grauius affligentur in perſecutione Antichriſti. Verũtamen quia hæc tribulatio eſt ad probationem*

G *electorum & augmentum gloriæ ipſorum, ideo ſubditur:*
i Et uram &c. *vt nulla in eis remaneat immunditia: Et quia preces talium ſunt exaudibiles. ideo ſequitur:*
k Ipſe uocabit nomen meum. *i. inuocauit me in oratione deuota.*
l Et ego &c. *Ad nutum.*
m Et ipſe dicet. *Quia confitebitur me per fidem, & ego eum per approbationem.*

a ¶Ita ſuſcitare. ¶Vt percutias paſtorem, & occidas. ¶Sic.
a cituum. † Percute paſtorem, & diſ- a
a ¶Diſcipuli omnes relicto eo fugerunt. b ¶Relictis ſuper
pergentur oues. Et conuertam ma- b
bis Iudæis humilis magiſter colligam humiles diſcipulos.
num meam ad paruulos. Et erunt in c d
a ¶Iudæorum & Gentilium.
omni terra, dicit dominus, partes e
a ¶Quæ pariter pereunt in paſſione Chriſti. ¶Alias diſperdentur.
duæ in ea † diſpergentur et deficient: f
a ¶Pereuntibus incredulis Iudæis & Gentibus, tertius populus Chriſtianorum ſuccreſcit, & ſolus vitæ virtutum & habitationi eccleſiæ reſeruatur.
b & tertia pars relinquetur in ea. Et du g h
a ¶Et ne iſta tertia pars ſit delicata & ſecura, per ignem tribulationis probatur.
cam tertiam partem per ignem, & i
† vram eos, ſicut uritur argentum: et
probabo eos, ſicut probatur aurum.
a ¶Cum ſic probati erunt paruuli ſuper quos Deus manum conuertit, & per eos turba nationum crediderit, tunc credens
Ipſe uocabit nomen meum, & ego k l
populus uocabit Chriſtum ſuo nomine, & illo dicente: Tu es
exaudiam eũ. Et dicã, populus meus
populus meus, reſpon. Tu es Deus meus.
es: & ipſe dicet: dominus Deꝰ meus. m

† ſuccindẽtur
† conflabo eos, ſicut conflatur

## MORALITER.

✠ d *Et erunt in omni terra.* Scilicet dioceſi dicti prælati.
e *Partes duæ in ea diſ. & deſi.* Quia maior pars populi dimittit prælatum in perſecutione tyranni.
g *Et tertia pars &c.* i. minor pars adhærens ſibi: quæ cum eo vritur igne tribulationis, & ſicut contigit de S. Thoma Cãtuariẽſe, cuius cognatio tota poſt ipſum de Anglia fuit crudeliter eiecta.

In ca. xiij. vbi dicitur in poſt. Perdam nomina idolorum &c.

## ADDITIO.

Quod autem idololatria poſt aduẽtũ Chriſti primum ceſſauit per mundũ, nõ ſolum ſimpliciter, ſed etiam totaliter, ſatis hẽtur in multis locis ſpecialiter Iſa. ij. d. vbi dicitur: Et idola penitus conterentur. Nec obſtat, quod dicitur de aliqbus barbaris, quia hæc ceſſatio intelligiť ſm conſtitutiones ſeu conſuetudines reipublicæ, quia nulla eſt Gens, quæ cogat colere idola, ſicut fiebat ante aduentum Chriſti, licet in multis partibus remaneant aliqui nõ ſolum apud Barbaros, ſed etiam apud alias nationes peccãtes in idololatria, ſicut ẽt inter fideles multi errant ſuperſtitioſa facientes: cum hoc tamen ſtat, quòd idololatria penitus ceſſauit, cum nullus ſit rex nec aliqua poteſtas publica, quæ ad cultum idolorum compellat, ſicut ante aduentum Chriſti.

## REPLICA.

In capi. xiij. vbi dicitur: Perdam nomina idolorum. Exponit Poſtillator de tempore Antichriſti, ante cuius mortem non ceſſabit in tota idololatria. Bur. autem per modum redargutionis dicit, ꝙ poſt aduentum Chriſti primum ceſſauerit omnis idololatria nõ ſolum ſimpliciter, ſed etiam totaliter. Sed illud nõ videtur uerũ ante tempora Silueſtri & Conſtantini. quando tota reſpublica Romana fuit idololatriæ dedita, & cogebat ad idololatrandum: cui compulſioni reſtiterunt ſancti martyres vſque ad mortem incluſiue. Vide huius materiæ correctionem. ſupra. Dan. ij. & vij. de ſtatua percuſſa. H

## GLOS. ORDIN. CAP. XIIII.

Ecce dies. Solet accidere, vt quæ ſubito impetu in ciuitate Dei ſunt direpta, extra ciuitatem diuidantur ne forte hoſtes ſuperueniant. Hic autem tanta depreſſio incumbit ut rapina raptoribus in medio ciuitatis diuidatur pro ſecuritate uictoriæ. Iudęi hæc ſub Gog & Magog dicunt eſſe complenda: Alij temporibus Macedonum & Aegyptiorum & aliarum Gentium ex parte eſſe tranſacta.
b *Et ua.* Non ſolum capietur Ieruſalem, cũctis Gentibus cõtra eã in pliũ ſuſcitatis, ſed ẽt domus in dolore dominorum vaſtabũtur, & mulieres in dolore maritorũ polluẽť: qa ita timebũt mortẽ, vt nec ſalutẽ puerorũ, nec pudicitiã uxorũ defendere audeant.
c *Et eg.me.* Et in captiuitate, q̃ per Romanos, & in alijs captiuitatibus, ſeptẽtrionalis inferiorq; pars urbis capta eſt. Mõs uero templi & Sion, in quo arx erat regni integra manſit.
*Et egre-*

b Et di. *Ab Antichriſto & exercitu eius.*
c In medio: *capta. ſ. ciuitate. De quo ſubditur:*
d Et congregabo omnes Gentes &c. *Quia de omnibus Gentibus aliqui erunt in exercitu Antichriſti.*
e Et uaſtabuntur domus. *Quia inde bona rapientur.*
f Et mulieres. *Antichriſtus. n. adhærentibus ſibi laxabit habenas concupiſcentię.*
g Et egredietur pars ciuitatis in captiu. *Vendita per ſatellites Antichriſti.*
h Et reliquum populi non aufere. ex vr. *Quia aliqui ibi morientur, & aliqui obediẽt Antichriſto, partim timore, & partim decepti ab eo, vt dictum eſt ſupra. Et quoniam vbi deficit humanum remedium, ſolet adeſſe diuinum. Ideo ſubditur:*
¶ Et egre-

## CAP. XIIII.

a ¶Captiuitatis.
a Ecce dies domini ue- a
niũt, dicit dominꝰ,
& diuidẽtur ſpolia b
a ¶O Ieruſalem.
tua in medio tui. Et c
a ¶Quia Iudæi contra Chriſtum aſtiterunt. & in unum conuenerunt ad eum crucifigendum, & poſt paſſionem indulto
cõgregabo omnes Gentes ad Ieruſa- d
tempore ad pœnitentiam, pœnitere noluerunt. ideo dominus hæc mala ſuper eos induxit.
b lẽ in præliũ, & capietur ciuitas, & ua e
¶Magna miſeria Iudæorum.
ſtabuntur domus, & mulieres uiola f
c bũtur. Et egredietur media pars ciui g
a ¶Templum & mons Sion.
tatis in captiuitatẽ, et reliquũ populi h

## MORALITER.

✠ a *Ecce dies domini ue. dicit domi. &c.* Iſtud capitulum ad literam expoſui de Antichriſti perſecutione, cuius figura fuit & eſt omnium fidelium perſecutor, propter quod exponi poteſt de perſecutione facta ſub Coſdrœ rege Perſarũ, & de perſecutione Homar rege Arabũ. nã uterq; cępit Ieruſalem, ſucceſſiue tamẽ, populum bonis ſpoliauit, & partim occidit & captiuauit, partem tamen in ciuitate dimiſit ſub afflictione graui & ſeruitute. Ideo ſequitur:
h *Et reliquum populi non au. &c.* Et hæc ſeruitus grauis durauit vſq; ad tempus Godefridi de Bullone, & aliorum principum, qui ciuitatem & populum liberauerunt a ſeruitute dicta cum auxilio diuino vi armorum. Ideo ſubditur:
✠ *Et egre-*

## NIC. DE LYRA. CAP. XIIII.

Ecce dies dom. ve. *Hic cõſequenter reſumitur perſecutio Antichriſti ad hoc, ꝙ aliquid explicetur, quod non eſt ſupra explicatum. Et diuiditur in duas partes, quia primo ponitur dicta perſecutio. Secũdo: ponũtur aliqua ad ipſam ſequẽtia, ibi: Et ueniet.* Diuiſio
*Circa primum dicitur:* Ecce dies do. *Id eſt a Deo diſpoſiti & præuiſi.*
Et di.



¶ a *Et egredietur &c.* Egredietur dominus de loco quietis, & clementiæ ſuæ quando exigentibus meritis quietem interrumpere, & flagella ad emendationem inferre cogitur.
b *Et ſta.pe.eius.* Iudæi literam ſequentes dñt dñm ſtare ſuper montem olíueti, & ipſum montẽ in duas partes eſſe diuiſum. vt contra orientẽ vnius partis ſciſſura habeat principiũ, & altera pars finẽ tendat ad occidẽtẽ. Et in media valle pcipiti, alia pars montis ad aqlonem, alia ad auſtrũ diuidatur. Rurſus alia ſciſſura fiet ab aqlone in auſtrum. & quatuor plagas oriẽtis, occidẽtis, aqlonis & auſtri ſciſſura tẽdať, et ita mõte olíueti in quattuor ptibus diuiſo, fugietis inqt ad uallem quæ eſt inter tẽplũ et Sion. Hi.n. duo montes tẽpli & Sion appellanť montes Dei, qa illa vallis mõtis olíueti quæ præruptis hinc & inde montibus cingiť, vſq; ad montẽ tẽpli q ſanctus eſt. ſciſſurã ſuã tendit. *Et ſtabunt.* Cũ ſteterit, nõ ſtabit in valle & locis humentibus, ſed in mõte q nõ infructuoſas arbores hẽt: olíueta in qbus lumẽ æternũ aliť, & ſoluiť infirmitas, & reges lapſis dať.
c *Et ſcin.mons.* Scindeť media ps mõtis ad orientem, in qua ſunt arbores plantatæ de Gẽtibus, de qbus vna loquitur: Ego aũt ſicut oliua fructificaui in domo dñi. & alia media ps quæ eſt circuncíſionis incredulæ, ſcindetur ad occidentem, ipſa dico diuiſa valde grandi præruptione.
d *Et ſe.mon.* Poſtq̃ mons oliuarũ, ad orientem & occidentem vocatione Gẽtium & abiectione Iudæorũ fuerit ſeparatus, fiet alia ſciſſura aqlonis & auſtri, ut circuncíſio quę in occidẽte eſt, ſtet ad aqlonẽ. i. ſiniſtra parte, & Chriſtianus populus q in oriente,
B ſtet ad auſtrum. i. ad dexterã partem.
e *Et ſu.* Cum tãta erit duorũ populorũ in toto orbe diuiſio, vt alij ad dextrã, alij ad ſiniſtram ſeparentur, tunc qcunq; ſanctus eſt, fugiet ad uallem montium Dei. i. duorum teſtamẽtorum, quia illa vallis. i. qeta ſedes & concordia duorum teſtamentorum tendiť, non vſq; adeo vt idem ſint, ſed vſq; ad proximum. Duo.n. teſtamenta magis vicina & conuenientia quàm vnita, multa enim veteris amiſimus, & nouæ gratiæ multa ſuſcepimus.
f *Et fugi.ſi.fu.* Sicut ſub Ozia terræmotus mortalium corda perterruit, & territos huc illucq; diſperſit, ita duorum populorum ſeparatio, & rurſum in vnam fidem ſocietas credentiũ, inter duos montes placabili ſede requieſcet, quia vetus & nouum teſtamentum ſibi coniungentur.
g *Et ue.do.* Poſt impletionem horum veniet dominus ad iudicium, & ſancti (qui alibi nubes vocãtur) cum ipſo. Cum dies aduentus eius fuerit impletus, nõ erit lux impijs, ſed frigus & gelu, pro refrigerata charitate & malorum multitudine: quibus depreſſis erit iuſtis una & perpetua dies, nequaquàm luce & tenebris ſibi ſuccedẽtibus, ſed dominus erit lux omniũ.
h *Et erit dies una.* Quaſi una dies & vnum tempus eſt a primo aduentu uſque ad ſecundum.
i *Et erit in die il.* Aquæ quæ de Ierlm. i. Eccleſia exeunt, doctrina eſt Saluatoris, & baptiſmus, quarũ una pars uadit ad mare oriẽtale. i. pplm circuncíſionis, qui in apoſtolis & per aplos electus eſt. & pars ad mare nouiſ. qa ab oriẽte & ab occidẽte veniẽt q recũbẽt cũ Abr. & Iſ. et Ia. Hę aq̃ nec ęſtate ꝓſpitatis nec hyeme pſecutiõis ceſſabũt. Cũ tales aq̃ vtrũq; mare fuerint ingreſ-

a ¶Quę uaſtauerunt Ieruſalem.
a non † auferetur ex urbe. Et egredietur a
dñs, & pręliabitur contra gẽntes illas, b
c ¶Quando Pharaonem in mari ſubmerſit, & pro populo ſuo dimicauit.
ſicut præliatus eſt in diẽ certaminis. c
a ¶Non mouebuntur hi quibus dominus miſertus fuit.
b Et ſtabunt pedes eius in die illa ſu- d
a ¶Non in tenebris, non ſole declinante poſt meridiem.
pẽr montem oliuarũ, qui eſt cõtra Ie-
a ¶Vnde oritur ſol iuſtitiæ.
c ruſalem ad orientẽ. Et ſcindetur mõs e
oliuarũ ex media parte ſui ad orien-
tem, & ad occidẽtẽ, † prærupto gran- f
d di ualde. Et ſeparabitur montis me-
dium ad aquilonem, & mediũ eius
e ad meridiem. Et fugietis ad uallem g
mõtium eorum, quoniã cõiungetur h
a ¶Proximitate ut parum differant.
uallis mõtium vſq; ad † proximum. i
f Et fugietis ſicut fugiſtis a facie terræ- k l
a ¶Qui uſurpans ſacerdotium lepra percuſſus eſt: ad cuius impietatem tota terra mota eſt.
g motus in diebus Oziȩ regis Iuda. Et m
ueniet dominus Deus meus omneſq; n
ſancti cum eo. Et erit, in die illa non o p
h erit lux, † ſed frigus & gelu. Et erit q r
a ¶Iudici non homini, non enim poterit ignorare quam creauit.
dies una quæ nota eſt dõmino, non ſ t
a ¶Non uiciſſitudo diei nec noctis.
b ¶Cum impijs obtenebreſcet. c ¶Vel pere.
diẽs neq; nox, & in tempore ueſpe- u
a ¶Sanctis. b ¶Quæ ſoli Deo nota eſt.
i ri erit lux. Et erit in diẽ illa, exibunt x y

† uallis magna.
† Aſal.

C *hanc ſciſſionem in quatuor partes fieri. ſ. ad orientem, occidentem, aquilonem & meridiẽ. Ra. Sa. uero dicit ipſam fieri in duas partes, ita ꝙ una pars montis inclinabitur ad aquilonem, alia ad meridiem: & ſciſſura erit intermedia, ita quòd longitudo eius erit ab oriente in occidentem: et hoc conſonat ei quod poſtea ſubditur.*
h Qm̃ coniungetur uallis mon. *i. vallis Ioſaphat: quæ eſt inter montẽ Sion & montem Oliueti, ita ꝙ habet montẽ Oliueti ab oriente, & montem Sion ab occidente.*
i Vſque ad proxi. *ſ. locum dictæ ſciſſuræ, quæ ſciſſio montis Oliueti iungetur valli Ioſaphat.*
k Et fugietis. *timore ducti.*
l Sicut fugiſtis &c. *qui ſcd̃m quod habetur. ij. Para. xxvi. uoluit ſibi vſurpare pontificis officium, & tunc fuit percuſſus lepra, & factus eſt terręmotus, ut de tali præſumptione oſtenderetur ira diuina.*
m Et ueniet. *Hic conſequenter ponuntur tria ſequentia mortem Antichriſti. ſ. finale iudicium, & bonorum præmiũ, ibi: Et erit. & ſtatus eccleſiæ poſt Antichriſti exterminium, ibi: Et reuertetur. Circa primum dicitur:* Et ueniet do.de.me. *ſ. ad iudicium, nõ tamẽ immediate poſt mortem Antichriſti, ſed erit ibi tempus medium, ut plenius dixi Ezechi. xxxix.* Diuiſio
n Omneſque ſancti. *quia cum ipſo iudicabunt reprobos, & maxime apoſtoli, quibus dicitur Mat. xix. d. Sedebitis & uos ſuper ſedes duodecim iudicantes &c.*
o In die il. *ſ. iudicij.*
p Non erit lux. *ſ. reprobis, quorum erit maior numerus, ſecundum quod dicitur Matt. vij. b. Lata eſt uia quæ ducit ad perditionẽ, & multi intrant per eam.*
q Sed frigus. *i. horror & timor, quæ per gelu & frigus deſignantur, eo ꝙ ex frigore timor cauſatur, refugiente ſanguine ad cor: & ſic membra exteriora redduntur frigida & trementia.* D
r Et erit. *ſ. iudicij.*
ſ Quæ nota eſt. *ſecundũ quod dicitur Mat. xxiiij. c. De die illa & hora nemo ſcit, neq; angeli in cælo, ſed pater ſolus: per hoc tamẽ non excluduntur filius & ſpiritusſanctus, quorum eſt una notitia cum patre.*
t Non dies neque nox. *ſ. proprie. Dies enim proprie eſt latio ſolis ſuper terram, & nox latio eius ſub terra. In generali uero reſurrectione mortuorum corpora erunt incorruptibilia, & ſic ceſſabit generatio & corruptio in elemẽtis. & motus cæli qui eſt cã generationis & corruptionis, & ſic non erit dies & nox proprie quæ cauſantur ex motu ſolis.*
u Et in tempore ve. erit lux. *Id eſt ceſſante tempore quod cauſantur ex motu cæli erit lux perfecta beatis in gloria cæleſti, ſicut dictum eſt de reprobis, quòd non erit eis lux, ſed frigus & gelu.*
x Et erit. *Hic ponitur ſecundum. ſ. retributio præmij, cum dicitur.*
y In die illa exibunt aquæ uiuæ de Ieruſalem. *ſcilicet cæleſti, cum dicitur Hebr. xij. f. Acceſſiſtis ad Sion montem & ciuitatem Dei uiuentis Ieruſalem cæleſtem. Et per aquas uiuas intelligitur hic uita beata. ſecundum quòd dicitur Apoc. vij. d. Agnus qui reget eos, deducet eos ad uitæ fontes aquarum: Quæ dicuntur hic exire de Ieruſalem,*
¶ *quia deri-*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et egredietur dominus. *per effectum ſuæ iuſtitiæ.*
b Et præ. con. Gen. il. *i. contra Antichriſtum & eius exercitum.*
c Sicut præliatus eſt in die certaminis. *quando regem Aegypti Pharaonem cum exercitu ſuo filios Iſrael inſequentem ſubmerſit in mari rubro. Exodi. xiiij.*
d Et ſtabunt pedes eius in die illa &c. *quia in monte Oliueti fulminabitur Antichriſtus, ut dictum eſt ſupra. Et quia in talibus Dei uindictis ſolet cum fulgure eſſe terręmotus. ideo probabiliter poteſt dici, quòd in fulminatione Antichriſti erit etiam terręmotus, quo peribit aliqua pars ſui exercitus. ideo ſubditur.*
e Et ſcindetur mons Oliuarum ex media par. &c. *Exponunt aliqui hanc*

## MORALITER.

✠ a *Et egre. &c.* ſcilicet Saracenicas quas debellauit per principes Chriſtianos.
c *Sicut præ.* quando in vltionem mortis Chriſti capta fuit Ieruſalem a Romanis.
d *Et ſta.* Illa namq; die qua dicti principes Chriſtiani ceperunt Ieruſalem, & præ labore fatigati uellent ceſſare ab inſultu. uiſus fuit vnus in ſpecie militis ſuper montem Oliueti, qui cum clypeo faciebat ſignum ne diſcederent, ſed fortius inſultarent. Et illud ſignum fuit a Deo datum. nam eadem die ciuitas fuit capta.
e *Et ſcin.* Iſtud põt exponi de ſciſmate Græcorum. Per montem.n. Oliuarũ põt eccleſia militans intelligi. de qua dicitur Iſa. ij. a. In nouiſſimis diebus erit mons domus dñi ſuper uerticẽ montium &c. & ſic dicitur: *Et ſcindetur mons &c.* in qua parte habitant Gręci.
f *Et ad occi.* ubi ſunt latini.
g *Et fugietis ad uallem monti. meorum &c.* i. fugere debetis ad obedientiam eccleſiæ Romanæ, cuius montes magni. ſ. Petrus & Paulus ſunt patroni.
m *Et ueniet dominus Deus meus. & omnes ſancti eius cum eo &c.* Hoc ad literã exponitur de aduentu Chriſti ad iudiciũ finale. Nec occurrit mihi alia ſpiritualis expoſitio cõuenientior hic ponenda.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E rint ingreſſę, & amaras aquas dulci flumine mitigauerint, tūc dñs erit rex ſu.o.t. Vel per duo maria duo teſtamenta, quæ
2.Cor.3.b niſi flumine ſpiritualis intelligentiæ fuerint dulcorata, amara ſunt, litera occidente & ſpiritu viuificante.

a *In die illa erit.* Dicunt Iudęi. qñ Chriſtus in aurea Ierlm regnabit, nō erūt idola, nec diuerſa cultura, ſed unus dñs: & reuertetur oīs terra ad hoc quod deſeruerat, vt oēs vnum Deum colāt: & ponit noīa locorū, a quo loco uſq; ad quē locum Ierlm ſit ędificāda. In qua dñt circūciſionē exercendam, & legales hoſtias offerēdas.
Allegor. Alle. Cum dñs Ieſus rex fuerit ſup omnem terrā, tūc erit
Pſal.99.A vnus dñs: de quo ſcribit: Scitote qm̃ dñs ipſe eſt Deus, & vnū nomē oīm, praua religione calcata. tūc reuertet oīs terra in qua habitauerunt Iudæi, vſq; ad deſertū. i. vſq; ad pplm Gētiū, q prius deſertus erat: qa ſine notitia
† in circuitu erit. † ueluti planicies. legis, & de colle ad Rēmō. i. ad excelſum: quia de terra & de deſerto ad colles, & de collibus vſq; ad montana conſurgemus: & inde uſq; ad auſtrū, plenę lucis, & ſic exaltabit, aſcēdendo Eccleſia, & habitabit in loco,
Pſal.22.A ubi ſcriptum eſt: In loco paſcuę ibi me collo. & a porta Bē. incipiendo a virtute quā dextra ſignificat, pueniēt ad portam priorem, vt p eam ingre-
Pſal.117.c diant ad cęteras. Poſt occurrit porta angu. vbi eſt lapis angularis, qui coniungit duos parietes in unum. Poſt occurrit turris Ananahel, qui dr gra-
† occiſio tiſſimus Dei. De hac turre dicit ſan-
Pſal.60.a ctus ad dñm: Factus es ſpes mea, tur-
† habitabit Ieruſalem confidenter. ris for. a fa. in. qua turre nihil gratius eſt homini de laboribus mundi ad Deum ſuſpirāti. Inde venitur ad torcularia regis, ut imitatores paſſionis
F Chriſti bibant uinum quod lętificat cor introducti in cellā vinariā Dei. Et qui hmōi torcularibus inebriabūtur, habitabunt in cæleſti Ierlm, in qua non erit anathema, i. maledictio & ſeparatio a Deo, ſed ſecura quies confidentibus in Deo.

b *Et hæc erit pl.* Deſcribit pęnas quas paſſuri ſunt qui cōtra vrbem Dei pugnabunt. ſtabūt ſup pedes et caro eorū tabeſcet & defluet, & oculi eorū putridi de ſuis foraminibus excidēt, & lingua, quę Dei populum blaſphemabat, intra dentes cōputreſcet, arbitrant Iudæi Gentes quę Ierlm impugnabunt tpe Chriſti ſui talia mala paſſuras. Iuxta literam in hiſtorijs legimus hæc mala perſecutoribus Eccleſię cōtigiſſe. Caro Herodis & oculi eius cōtabuerūt: linguæ multorum in fœtorē & ſaniē diſſolutę ſunt; ptErea reſtāt eis tormēta in futuro.
Allegor. Alle. Deficientibus malis ſuccreſcunt bona. Qui ſtāt cū Deo, illis defluunt carnalia, oriuntur ſpūalia. Defluentibus oculis q terrena concupierant, ponuntur alij, quos propheta leuat ad habitantem in cælis. Putreſcente lingua blaſphema naſcitur illa quæ tota die meditabitur iuſtitiam Dei & laudem.

c *In die illa erit tumultus domini magnus in eis, &c.* Cuncti qui in Eccleſia fuerint, mirabuntur ſubiectionem hoſtium & ſuam fœlicitatem, & manus mutua fide & neceſſitudine copulabunt, & Iudas qui prius confeſſus nomen Dei, & poſtea coactus a perſecutoribus Dei populum eſt perſecutus, & ipſe poſtea uertetur ad lætitiam, & congregabit diuitias Gentiū, aurum ſenſus ſpiritualis, argentum diuinæ eloquentiæ, & ueſtes diuerſarum virtutum, quibus induat populum Dei. Hæc ſibi infœlix Iudæa promittit, ſperans accipere aurum, quę dominum triginta argenteis appreciauit.

d *Sic erit ruina equi.* Hæc Iudæi carnaliter implenda contendunt, quòd per domini victoriam admirabilem, ſicut homines corruerunt, ſic etiam bruta animalia in caſtris ſuperentur. Iumenta quæ uno nomine comprehendit, pro ſingulorū peccātiū natura interpretāda ſunt. Corruentibus a priori ſtatu, & in meliorē conſurgentibus, qui prius erat equus hinniēs ☞ ad vxorem

---

¶ Quæ dant uitam.
a aquę uiuę Ieruſalem: medium ea- a
¶ Quod mortuum dicitur, eo quòd in eis aquis nihil poſſit uiuere.
rum ad mare Orientale & mediū ea-
¶ Quod ducit ad Aegyptum. b ¶ Nec calore ſiccabuntur nec hyeme conſtringentur.
rum ad mare nouiſſimum. In ęſtate b
¶ Tunc cognoſcetur; Dominus Deus noſter quam admirabile eſt nomen tuum.
& in hyeme erunt, & erit dominus c
a rex ſuper omnem terram. In die illa d
erit dominus unus, & erit nomen e
eius unum. Et † reuertetur omnis ter f
ra † uſque ad deſertum, de colle ad g
a ¶ Vbi eſt arbor mali granati. b ¶ Vſque ad auſtralem plagam.
Remmon ad auſtrum. Ieruſalem
a ¶ Extendetur. b ¶ In loco priſtino ædificabitur
exaltabitur, & habitabitur in loco h i
ſuo a porta Beniamin uſq; ad locum
¶ Orientalis.
portæ prioris, & uſq; ad portam angulorum, & a turre Ananehel uſque
¶ Ieruſalem.
ad torcularia regis. Et habitabunt
a ¶ Nullus impetus hoſtilis, nulla formido.
in ea: & † anathema nō erit amplius, k l
b ſed † ſedebit Ieruſalem ſecura. Et hæc m n
erit plaga, qua percutiet dñs oēs Gentes quæ pugnauerunt aduerſus Ieruſalem. Tabeſcet caro uniuſcuiuſque o
ſtantis ſuper pedes ſuos, & oculi eius p
contabeſcent in foraminibus ſuis, & q
lingua eorum contabeſcet in ore ſuo.
a ¶ Cum hæc miracula in confuſione hoſtium fuerint expleta. b ¶ Alias ſtupor.
c In die illa erit † tumultus domini ma r
gnus in eis. & apprehendet uir ma- ſ
a ¶ Præ formidine malorum pondere quæ ſuperuenient.
nū proximi ſui, & cōſeretur manus
eius ſuper manum proximi ſui. Sed t
a ¶ Contra metropolim ſuam, de quo ſupra dictum eſt.
& Iudas pugnabit aduerſus Ieruſalē,
a ¶ A domino conceſſa victoria.
& cōgregabuntur diuitiæ oīm Gen- u
a ¶ Quæ militauerunt contra Ieruſalem. b ¶ Hæc in uitijs precioſiora reputabuntur.
tiū in circumitu, aurū & argētum, &
¶ Et.
d ueſtes multę ſatis. Sic erit ruina equi x

---

¶ *quia deriuabuntur ad omnes beatos, ideo ſubditur.* G

a Medium earum &c. *quia beata uita deriuabitur æqualiter, ſuppoſita æqualitate meritorum ad electos qui in principio mundi nati ſunt, & ad alios qui in fine mundi ſunt naſcituri. Quod autem per mare intelligatur congregatio hominum patet Apocal. xvij. vbi dicitur, q per aquas multas intelliguntur populi multi, mare uero dicitur congregatio aquarum, Gen. 1. Congregationeſque aquarum appellauit maria.*

b In æſtate. *i. perpetuo. Duratio enim perpetua a parte finis eſt de ratione beatitudinis, quæ perpetuitas hic deſignatur per ſucceſſionem ęſtatis & hyemis. Non quia tunc ſint proprie, cum ſint differentiæ temporis quod tunc ceſſabit, ſed quia perpetuitas nō poteſt ſignificari a nobis niſi per partes temporis. Sic enim dicitur de ęternitate diuina, Apocal. 1. Qui eſt & qui erat & qui uenturus eſt.*

c Et erit do. *quia tunc ceſſabit prælatio et dominum non ſolum in hominibus, ſed etiā in angelis: inquantum reſpicit officium adminiſtrationis, ſecundum quod dicitur. 1. ad Cor. xv. q Chriſtus euacuabit omnem principatum & poteſtatem, cum tradiderit regnum Deo & patri. ideo ſubditur.*

d In die il. *hominum & angelorum.*

e Et erit no. eius. *In pręſenti enim nominatur a nobis pluribus nominibus: quia nominamus eum ſicut cognoſcimus. In cognitionem autem Dei deuenimus ex perfectionibus creaturarum, quæ ſunt plures & diſtinctæ. ſed in patria videtur per ſeipſum immediate. & ſic nominatur uno ſimplici nomine ab una ſimplici perfectione.*

f Et reuer. *Hic conſequenter ponitur tertium. ſ. ſtatus Eccleſiæ poſt mortem Antichriſti, qui licet præcedat iudicium & beatorum præmium, tamē ponitur hic poſt. quia ſacra ſcriptura non ſemper ſequitur ordinē temporis, ſed frequenter prius facta vltimo narrantur. Et diuiditur in tres partes: quia* Diuiſio H *primo propheta deſcribit hunc ſtatum. Secundo, reſumit pœnam Antichriſti & ſui exercitus, ut addat aliquid quod ſupra non eſt explicatum, ibi: Et hæc erit plaga. Tertio, redit ad propoſitum ibi: Et omnes. Circa primum dicit: Et reuertetur omnis terra. i. omnes habitantes in terra ad dominum Ieſum Chriſtum mortuo Antichriſto, ut ſupra dictum eſt.*

† conturbatio domini magna.

g Vſque ad deſertum. *id eſt a quocunque loco quantumcunque parum ab hominibus habitato.*

h Exaltabitur. *ſ. ab Eccleſia quæ fuerit ab Antichriſto & ſuis depreſſa, ut ſupra dictum eſt. Poteſt etiam intelligi de Ieruſalē ad literam, quæ capietur & deprimetur ab Antichriſto, ut prædictum eſt, & poſt mortem eius exaltabitur.*

i Et habitabitur in loco ſuo &c. *quia multi de Ieruſalem captiuabuntur per Antichriſtum: & timore eius fugient multi, qui ipſo mortuo reuertentur, ita quod ciuitas in omnibus ſuis partibus habitabitur.*

k Et anathema. *i. maledictio.*

l Non erit amplius. *qualis fuit tempore Antichriſti.*

m Sed ſedebit Ieruſalem ſe. *quia perſecutio Antichriſti erit vltima.*

n Et hæc. *Hic propheta reſumit exercitus Antichriſti exterminium, cum dicitur:* Et hæc erit pla. &c. *ſ. Antichriſti & ſui exercitus, qui pugnabunt contra Ieruſalē, vt dictum eſt ſupra in principio huius capituli.*

o Tabeſcet caro uniuſcuiuſque. *i. deficiet peſtilentia & morte.*

p Et oculi ejus contabeſcent. *deficiente uirtute uiſiua.*

q In foraminibus ſuis. *id eſt in locis ſuis, quæ ſunt quædam foramina in capite.*

r In die illa erit tu. domini. *id eſt immiſſus a domino. & quis ille ſit ſubditur.*

ſ Et apprehendet uir ma. proxi. ſui. *quia mutuis gladijs ſe interficiēt quantum ad aliquam partem illius exercitus, ſicut de Philiſthæis turbatis dicitur. 1. Reg. xiiij.*

t Sed & Iudas &c. *exponatur, ut ſupra. xij. cap.*

u Et congrega. &c. *ſ. Ieruſalem ibi enim apportabuntur diuitiæ quas alibi rapiet Antichriſtus & eius exercitus: & ibi erit uitæ ſuæ terminus, ut dictum eſt.*

x Sic erit ruina equi. *quia animalia exercitus Antichriſti percutiētur* ¶ peſtilentia ſicut

---



A ad vxorē pximi ſui, prębebit mollia terga Chriſto eqti. Qui mulus, ideſt ſterilis virgo carne, nō ſpū: cōuerſus ad Deū nō erit lignum aridum, ſed habebit locū in domo Dei & muris eius. Qui camelus. i. grauibus peccatis depreſſus, meditans legē Dei. Sed quia vngulā nō findit, negligēs quæ legit portabit onera Chriſti. Qui aſinus infrenis multos dños prius ferebat, ſtratus veſtibus apoſtolorum Saluatorem portat in Ieruſalem.

a *Et celebrent fe. Ta.* Hæc quoq; Iudæi in mille annorū regno futura pmittūt, qđ debeat celebrari feſtiuitas Tabernaculorū in memoriā bñficiorū Dei, q facta patribus eorū ſunt habitantibus in Tabernaculis in deſerto. Qui eſt in pfectu & certamie, habitat in Tabernaculo, tanq̃ aduena & peregrinus: ſed ſubmerſo Pharaone pueniet ī terrā pmiſſionis, hic debet celebrare ſolennitatem Tabernaculorum, vt de Tabernaculo ad atria Dei, & de atrijs ad domum, & a domo ad templum feſtinet.

b *Et erit: qui non aſcen* Ieruſalem id eſt Eccleſia non eſt in locis humilibus, ſed in monte ſita, vt vndecunq; poſſit videri. q ergo vult adorare dominū, aſcēdat ad mōtana. Qui verò de familijs terrę eſt. i. aliqua occupatione terrenę vitę depreſſus. & ideo Deū non poteſt adorare in montibus, terra illius non irrigatur cæli imbribus.

c *Quod & ſi fa.* Hæc omnia Iudæi carnaliter ſperāt futura, circūciſionē ſibi & coniugia in mille annorū imperio pmittētes, ne impleat̃ in illis maledictio q ſterilibus p legē indicitur. Quādiu aliqs pmanet Aegypti⁹ vel Ethnicus, nō poteſt ſubrigere gradū ad ex-
B celſa, iō caret imbre Dei: & hoc peccatū erit maximū Aegyptio & Aſſyrio, Chaldęo, Syro, Moabitę, & cæteris Gentibus: ſi noluerint exire de terris ſuis, vt deſiſtāt eſſe hoīes, & effecti Iſraelitę in qbus dolus nō eſt, aſcēdāt in Ieruſalem, vt per Tabernacula veniant ad domum ęternam.

d *In die illa &c.* Iuxta literā tpe perpetuę ſolēnitatis & regni Ieruſalē, pacatis omnibus nō erit opus eqtatui, ſed omnis ornatus & decor phalerarū ad cultū Dei eſt cōferēdus, & multis vndiq; cōfluētibus ad ſacrificia aſſiduè erūt lebetes in cultu ſacrificiorū. ſicut phialę ſolēt aſſiduè lucere corā altari, nec erit aliqs lebes ad aliū vſū dedicatus. Cū lebetes fuerint verſi ī phialas, tūc q relicti fuerint de vniuerſis Gentibus, carnes coquēt victimarū, ne crudā comedant carnē, ſed oīs humor excoquat̃, nec erit neceſſarius mercator q de loco ad locū merces deferat. Per equos inſania libidinis intelligitur: p frenos ſermo Dei, auro ſapiētiæ, argento eloquij compoſitus. Hoc freno retinetur libidinoſus, ne in præceps corruat: ſed recto itinere pergens, mollia terga domino ad ſedendum præbeat, & cultui illius pronè ſit conſecratus, & lebetes in quibus coquebantur carnes ſacrificiorum vertuntur in phialas, quia illi qui carnaliter intelligebant de ſacrificijs legalibus verſi in ſpiritualem intelligentiam, fiunt lampades ardentes & lucentes in domo Dei.
Apo.4.b Cum mentes credentium erunt uerſæ in ſpirituales phialas ad ſuſcipienda diuerſa aromata uirtutum, tunc immolantes Deo ſacrificium laudis, coquent illud igne ſpiritusſancti, nec
Matt.21.b erit in domo orationis mercator, quia dominus de Eccleſia ſua ementes & vendentes eiecit &c.

---

a ¶ Populus Iudæorum eſt camelus, qui legē Dei ruminat, ſed non findit vngulam, vt credat in patrem & filium: nec diuidit literam a ſpiritu, & onere legis premitur.
& muli & cameli & aſini & omniū
iumētorū quę fuerint in caſtris illis,
¶ Hominum.
ſicut ruina hæc. Et omnes qui reli- a
qui fuerint de uniuerſis Gentibus,
quæ † uenerunt contra Ieruſalem,
a ¶ Per ſingulos annos.
aſcendēt ab anno in annum, ut ado- b c
rent regem dominum exercituum,
a & celebrent feſtiuitatem Taberna- d
b culorum. Et erit: qui non aſcende- e
rint de familijs terræ ad Ieruſalem,
ut adorent regem dominum exer-
a ¶ Dominicæ benedictionis.
cituum, non erit ſuper eos imber. f
c Quod etſi familia Aegypti non a- g
ſcenderit & non uenerit, nec ſuper
a ¶ Imber. b ¶ Reputabitur.
eos erit. Sed erit ruina qua percu- h
tiet dominus omnes Gentes, quæ
non aſcenderint ad celebrandam feſtiuitatem Tabernaculorum. † Hoc i
¶ Reputabitur.
erit peccatum Aegypti, & hoc peccatum omnium Gentium quæ non
aſcenderint ad celebrandam feſtiui-
d tatem tabernaculorum. In die illa k
a ¶ Aurum & argentum quo frenum ſolet ornari.
erit † quod ſuper frēnum equi eſt
a ¶ Mentes prius ſacrificia legalia carnaliter affectantes
ſanctum domino, & erūt lebetes in l
pro virulentia carnium guſtabunt flores virtutum, &
domo dñi quaſi † phialę coram alta- m
ita conſecrabuntur domino in viſione pacis & confeſſione veritatis.
ri. Et erit oīs lebes in Ieruſalem & in
Iuda ſanctificatus dño exercituum.
Et uenient omnes immolantes, & ſu n
¶ Lebetibus.
ment ex eis, & coquent in eis. Et o p
non erit † mercator ultra in domo domini exercituum in die illa.

† Hæc erit pœna peccati

---

b Aſcendēt ab an. no. in. *id eſt ſingulis annis diebus ſolennibus ad hoc ſtatutis ab eccleſia.* C

c Vt adorent regem dominum ex. *id eſt Chriſtum, qui eſt rex non ſolum hominum, ſed etiam angelorum.*

d Et celebrent feſtiui. Taberna. *Non accipitur hic feſtum Tabernaculorum prout Iudæi celebrabant, quia cultus ille ceſſauit a tempore publicationis Euāgelij. extunc enim ille cultus fuit mortiferus: & eſt in cultum ſpiritualem mutatus: Illa autem feſtiuitas Tabernaculorum fiebat in lege in memoriam quod filij Iſrael in deſerto habitauerunt in tabernaculis, & ſic procedendo intrauerunt terram promiſſionis, & figurabatur per hoc futurum tempore nouæ legis, quòd fideles procedendo de virtute in uirtutem tempore peregrinationis huius uitæ intrarent terram uiuentium aperta ianua per Chriſtum, & hoc modo celebrant boni Chriſtiani per hunc mundum tranſeuntes tanquam peregrini, vt deueniant ad patriam paradiſi, & magis celebrabitur poſt mortem Antichriſti omnibus Gētibus ad fidem Chriſti conuerſis. Poteſt etiā dici, quod ſicut Chriſtiani celebrant feſtum Paſchæ & Pentecoſtes, alio tamen modo quàm Iudæi, ſic etiam feſtum Tabernaculorum celebrando officium & ieiunia quatuor temporum in Septembri. in quo menſe a Iudæis celebrabatur feſtum Tabernaculorum. xv. die menſis. Et iſta obſeruatio Chriſtianorum magis vigebit poſt mortem Antichriſti, ſicut & aliæ obſeruantiæ nouæ legis, ut dictum eſt.*

e Et erit qui non aſcenderint de familijs ter. *patet quòd non loquitur hic de Ieruſalem hiſtorice, ſed metaphorice, inquantum per Ieruſalem ſignificatur militans Eccleſia, ſicut dictum fuit diffuſe Iſa. ij. Non enim poterunt conuenire omnes familiæ terræ in ciuitate Ieruſalem hiſtorice: quia de omnibus partibus mundi non poſſent ſic ſingulis annis conuenire, nec etiam ibi capi. propter quod quædam glo. Hebraica ſuper illud capitulum dicit, quod ciuitas in aduentu Meſſiæ dilatabitur vſq; ad fines terræ. Quod non poteſt intelligi de aliqua ciuitate materiali, ſed iam eſt adimpletum, quia Eccleſia nomine Ieruſalem eſt ſignificata, & vſque ad fines terræ eſt dilatata: quia in omnibus terræ partibus ſunt aliqui Chriſtiani, & magis implebitur mortuo Antichriſto, quia tunc omnes uenient ad fidem Chriſti.* D

f Non erit ſuper eos imber. *ſcilicet diuinæ gratiæ & Euangelicæ doctrinæ, eo modo loquendi quo dicitur Deute. xxxij. a. Concreſcat vt pluuia doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quaſi imber ſuper terram &c.*

g Quod & ſi familia Aegypti. *id eſt gentiles, quia per Aegyptios intelliguntur etiam alij.*

h Sed erit ruina. *ſcilicet imbris prædicti carentia. & ut per Aegyptios intelligantur alij Gentiles. ſubditur.*

i Hoc erit peccatum Aegypti, & hoc pecca. omni. Genti. *quaſi dicat. Hoc quod dictum eſt de Aegypto, extenditur ad alias Gentes.*

k In die illa e. &c *Quod exponit gloſſa quia mortuo Antichriſto tanta erit pax, quòd non erit neceſſarius vſus armorum & equorum: & ideo aurum & argentum quod ante ponebatur in frenis, offeretur ad cultum diuinum, qui ualde augmentabitur mortuo Antichriſto, vt dictum eſt.*

l Et erunt lebetes in domo domi. *id eſt uaſa ad diuinum cultum apta, ut calices & huiuſmodi, qui hic uocantur lebetes. quia hic propheta metaphorice loquens exprimit cultum noui teſtamenti per ea quæ erant in cultu ueteris teſtamenti, vt dictum eſt de feſto Tabernaculorum Ieruſalem: Et ad hoc deſignandum ſubditur.*

m Quaſi phialæ cor. *Phialæ ſunt uaſa ad uini poculum apta. Amos. vi. b. Bibentes in phialis uinum.*

n Et venient omnes im. *ſacrificium nouæ legis, quod eſt euchariſtia.*

o Et coquent in eis. *id eſt hoc ſacrificium offerent in ardore charitatis, qui tunc uigebit in Chriſtianis, & eſt hic metaphorica locutio, ſicut & ſupra.*

p Et non erit. *quia uitium ſimoniæ totaliter ceſſabit in Eccleſia. Sciendum autem, quod expoſitores noſtri communiter tres ultimas partes huius ca. exponunt aliter. Ab illo enim loco: Et reuer-* ¶ tetur omnis

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *peſtilentia, ſicut & homines: & iſta duo non fuerunt ſuperius explicata.*

a Et omnes. *Hic propheta reſumit propoſitum, ſcilicet ſtatum Eccleſiæ poſt Antichriſtum, quando omnes generaliter conuertentur ad Chriſtū, ut ſupra dictum eſt. & ideo dicitur:* Et omnes. *quia aliqui venient cum Antichriſto magis coacti quam uoluntarie: & iſti conuertentur ad Chriſtum uiſa aliorum morte. ideo ſubditur:*

Aſcendent



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ❡ *tetur omnis terra &c. vſq; ibi: Sed ſedebit; Ieruſalem ſecura: incluſiuè exponunt de præmio beatorum poſt iudicium, coniungendo literę præcedenti. Et quod ſubditur. Et hæc erit plaga. vſq; ad illum locum incluſiuè. Sicut ruina, exponunt de ſupplicio reproborum. Et quod ſubditur: Et omnes qui reliqui fuerint &c. vſq; ad finem cap. exponunt de profectu Eccleſię poſt mortem Chriſti, ita* ꝙ *illud quod dicitur: In die illa erit quod ſuper frenum equi eſt, ſanctum domino. exponunt de tempore Cōſtātini, ī quo multū fuit dilatata eccleſia, in cuius freno, mater eius Helena dicitur fixiſſe vnū de clauis Chriſti, et aliū in eius galea, vt ſic eſſet ſecurus inter preliorū p̄icula. Iſtas expoſitiones nō proſequor in particulari, qa in gloſſis & aliorum poſtilla poſſunt à quolibet videri. Videtur tamen mihi ſaluo meliori iudicio,* ꝙ *expoſitio quā poſui ſuper iſtas tres partes magis literæ iſtarum partium conſonat, & etiam præcedēti.*

In ca. xiiij. vbi dicitur in poſtilla. Et ſcindetur mons Oliuarum.

ADDITIO. I.

Prout litera ſonat planè: Sciſſura montis Olíueti in quatuor partes eſt intelligenda. Dicit enim: Scindetur mons oliuarū ex media parte ſui ad orientem & ad occidentem. Et ſic in hac prima ſciſſura, media pars montis Olíueti erit orientalis, & media pars occidētalis. Non enim dixit ab oriente in occidentem, ſed ad orientem & ad occidentem. & ſequitur: Separabitur montis medium ad aquilonem, & medium eius ad meridiem. Ex quo habetur alia ſciſſura, ſecundum quam media pars montis erit aquilonaris, & media meridionalis. & ſic patet manifeſtè, ꝙ hæc diuiſio fiet in quattuor partes ad modum crucis. Ra. Sa. verò fugit hanc planam expoſitionem, poſitionem, ne intelligatur mons Olíueti in forma crucis ſcindi: G fugit enim ſignum crucis, ſicut & diabolus pater eius.

In eodem ca. vbi dicitur in poſtilla: Poteſt etiā dici, ꝙ ſicut Chriſtiani celebrant feſta Paſchę.

ADDITIO. II.

Quidam expoſitores Hebræorum dicunt, quod bellum de quo hic loquitur, erit tempore feſti Tabernaculorum: & propter hoc illud feſtum celebrabitur poſtea cum multo maiori ſolennitate q̄ antea. & hoc poteſt applicari ad propoſitum noſtrum, quia ſi iſta miracula fient tempore huius feſti, fideles remanentes inter tempus huius belli & diem iudicij, rationabiliter debent ſtatuere qđ fiat illud feſtum de nouo celeberrimum, ſic quòd omnes teneantur ad eccleſiam venire quæ eſt Ieruſalem ſpiritualis &c.

REPLICA.

In capitulo. xiiij. ubi dicitur: Et ſcindetur mons Oliuarum. vbi Poſtillator allegat quoſdam qui exponunt de ſciſſura montis in quattuor partes per modum crucis. Allegat etiam Ra. Sa. qui dicit ſciſſuram ſolum fieri ab oriente in occidentem. Cui videtur litera conſonare, vt patet in poſtil. Sed Burg. motus contra Rab. Sal. dicit eum fugere planam expoſitionem, quia fugit ſignum crucis ſicut & Diabolus pater eius. Sed tamen intentioni Burgen. videtur obuiare fuga de qua dicitur in litera, quia crucis myſterium quod ad literam putat Burgen. deſcribere, non eſt materia fugæ ſed refugij.

## Incipit expoſitio prologi in Malachiam prophetam per fratrem Britonem.

DEus per Moyſen &c. *In iſto prologo iuxta ea quæ in prophetia dicuntur, oſtenditur populi Iſraelitici ingratitudo, & eiuſdem increpatio. Procedit autem in iſto prologo per hunc modum.* Diuiſio *Primo, exprimitur beneficium Dei preſtitum populo. Secundo, oſtenditur populi ingratitudo, ibi: Sed quia tāti muneris. Tertio, ſubditur diuina increpatio, ibi: Ideo per Malachiam prophetam &c.* †Leui. 21. d. & 22. a *Beneficium autem domini exprimitur in duobus. primo in offi* F *cio preſtito ſacerdotibus, ſecundo, in dignitate officij ipſius: & iſta dignitas notatur ibi: Vnde & ſacerdotes &c. Officium autem eſt mediationis, quod eſt duplex. ſ. populi ad Deū, quod notatur primo. & Dei ad populum, quod notatur ſecundo, ibi: Quibus legem &c. In hoc enim qđ inſtituit ſacerdotes in offitio offerendi ſacrificia, datur officium mediationis populi ad Deū: In hoc, quod dedit legem ſecundum quam debebant regere populum, datur officium mediationis Dei ad populum. Dicit igitur.* Deus per Mo. *Nota quòd poſt reditum Iuda de captiuitate Babylonica, qui fuerant reuerſi, ædificabant ſibi domos & habitabant in illis, nondum templo reædificato, vt habetur Aggei. 1. b. Miſſi ſunt ergo a domino Aggeus & Zacharias prophetæ ad increpandum eos, propter negligentiam & moram reædificationis templi. & ad exhortandum ad ædificandum. Qui taliter exhortati, ſtatim templum & altare reædificarunt. Quibus reædificatis emerſit aliud peccatum, ſcilicet quòd ſacerdotes maculam habentes ſacrificabant contra illam prohibitionem Leuiti. xxi. Homo de ſemine tuo per familias qui habuerit maculam, non offeret panes domino Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium eius. Item offerebant ſacrificia maculam habentia, contra illam prohibitionem Leui. xxij. c. Si maculam habuerit non offeretis &c. propter quod dominus ſubtraxit illis temporalia beneficia. Vnde miſſus fuit Malachias a domino ad increpandum eos, & oſtendit beneficia diuina & eorum ingratitudinem, ex hoc quòd præcepta domini contemnebant: & hæc tanguntur hic. Dicit igitur:*

*a* Deus per Moyſen populo Iſra. præce. ſacer. tabernaculi ſui omni corpora. &c. *Leuiti. xxij.*

*b* Hoſtias omni uitio vacuas ſibi offerre. *Leuiti. xxij. c. Qui obtulerit oblationem ſuam, vel uota ſoluens, vel ſponte offerens: quidquid illud obtulerit in holocauſtum domini vt offeratur, maſculus immaculatus erit ex bobus uel ouibus uel ex capris. ſi maculā habuerit, nō offeretis &c. Duo ergo præceperat dominus, ſcilicet ſacerdotes eſſe ſine macula, ſicut dicitur. 1. Macha. iiij. e. Elegit ſacerdotes ſine macula, voluntatem habētes in lege Dei. offerre etiam hoſtias carentes macula, ſicut ſcribitur Leuitici. xxij. in multis locis.*

*c* Quibus legem ſuam. *Hic tangitur de officio mediationis, prout erat domini ad populum. Quod quidem officium erat, vt intimando populo legem & præcepta domini: populus uiueret in obedientia Dei. Primo ergo exprimitur officium. ſecundo, vtilitas ſiue finis officij, ibi: Vt per ſacrificiorum. Dicit igitur:* Quibus ſacerdo. Diuiſio

*d* Legem ſuam ad regendum. *Ezechi. xliiij. f. Populum meum docebunt quid ſit inter ſanctum & pollutum, inter mundum & immundum, & oſtendent eis, & cum fuerit controuerſia ſtabunt in iudicijs meis, & iudicabunt leges meas. Sed Daniel. xiij. a. dicitur: Egreſſa eſt iniquitas de Babylone a ſenioribus iudicibus, qui uidebantur regere populum.*

*e* Vt per ſacrificiorum oblatio. &c. *Deuter. v. a. Ego ſequeſter & medius fui inter Deum & uos, ad Heb. v. a. Omnis pontifex ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deum, vt offerat dona & ſacrificia pro peccatis.* H

*f* Populum præc. *Iudith. viij. c. Quoniam uos qui eſtis presbyteri in populo Dei, & ex uobis pendet anima illorum, ad eloquiū veſtrum corda eorum dirigite.*

*g* Vnde ſacerdotes ange. *Malachi. ſecundo. b. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum eſt. Sed Ezech. vij. dicitur: Quærent uiſionem de propheta, & lex peribit a ſacerdote, & conſilium a ſenioribus.* †inf. 2. a

*h* Sed quia tanti muneris gratiam. *Hic exprimitur ingratitudo populi ex duobus, ſcilicet ex contemptu diuini muneris, ibi: Sed quia tanti muneris &c. & ex inobedientia diuini præcepti, ibi: Supradictus populus &c. Vbi notatur inobedientia populi, & etiam ſacerdotum in duobus: in hoc quòd animalia maculam habentia offerebant, ibi: Sacrificia uitio deturpata: & in hoc quod ipſi offerrentes maculoſi erant, ibi: Ipſis criminibus &c. Dicit igitur:* Sed quia tanti muneris gratiam contemnentes, ſupradictus populus ac ſacerdotes ſacrificia uitio deturpata. *Malachi. 1. d. Intuliſtis de rapinis claudum & languidum, & intuliſtis munus. Et ideo dicitur eodem. c. Non mihi uoluntas in uobis dicit dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu ueſtra. Ipſis criminibus atque impietatibus maculati Deo offerre cœperunt Malachi. ij. b. Vos receſſiſtis de uia, & ſcandalizaſtis plurimos in lege. Item eodem. c. Operiebatis lachrymis altare domini fletu & gemitu, ita vt ultra non reſpiciam ad ſacrificium, nec accipiam placabile quid de manu ueſtra.*

*i* Ideo per Malachi. *Hic ſubiungitur diuina increpatio propter eorum ingratitudinem. Fit autem hic duplex increpatio. Primo enim fit improperatio diuinæ beneficentiæ. ſecundo, fit improperatio præuaricationis eorum & malitiæ, ibi: Nam reliqua lectione comprehenſa. Item in prima parte notantur duo, ſcilicet. Actus ſiue uerba improperationis, & iuſtitia improperantis. ſecundum tangitur ibi: Et dixiſtis. Et ibi tangitur primo, quæſtio populi. ſecundo reſponſio domini, ibi: Nonne frater fuit Eſau &c. Quæſtio eſt indicium beneficij: reſponſio eſt manifeſtatio iuſtitiæ Dei benefacientis, & illorum ingratitudinem increpantis vel improperantis. Dicit igitur.* Ideo. Diuiſio

## Incipit prologus in Malachiam Prophetam.

tare domini fletu & † mugitu, ita ut vl

a ¶Obſtrictus lachrymis & planctu miſerorum.

tra non reſpiciam ad ſacrificium, nec

a ¶Sacerdotum qui iſta cõmiſerunt,vel facientibus cõſenſerũt.

accipiá † placabile quid de manu ue

a ¶Non accipis.

ſtra. Et dixiſtis: Quam ob cauſam? o

a ¶Ideo non accipio. b ¶Commendauit tibi matrimoniũ legitimæ cõiugis teſtimonio ſcripturæ dicẽtis: Propter hoc relinquet homo patrem & ma.& ad.vx.ſuæ,et e.d.in. c.v.

Quia dñs teſtificatus eſt inter te & p

a ¶Coniunctam tibi in iuuentute,modo deſertam in ſenectute.

uxorem pubertatis tuæ, quam tu de- q

¶Deberet eſſe.

ſpexiſti. Et hæc † particeps tua & uxor r ſ

a ¶Id eſt coniunctionis a Deo inſtitutæ,qui de coſta uiri mulierem fecit:ideo non licet diſiungi', quod Deo ex uno placuit inſtitui. b ¶Vtrumque,uirum & fœminam.

fœderis tui. Nõne unus † fecit, & reſi- t u

¶Mariti uel Dei.

duũ ſpũs eius eſt? Et qd unus † quęrit x

a ¶Ne uincamini libidine & alienigenarum amore

niſi ſemẽ Dei? Cuſtodite ergo ſpm̃ ue- y

a ¶Quæ tibi uirginali iuncta eſt matrimonio,perſeueret uſque ad ſenectutem.

ſtrum, & uxoré adoleſcentiæ tuæ noli z

a ¶Alias,Cum odio habueritis eam,dimittite di.

deſpicere. Cũ odio habueris eam, di- a b

mitte, dicit dñs Deus Iſrael. Operiet c

ſione alienigenarum, quod tamen eſt falſum, ideo ſubditur: *Ita ut non reſpiciam &c.* G

o Et dixiſtis &c. *Quam ob cauſam non dimittitur iſtud delictum per ſolum ſacrificium. Ad quod reſpondetur, cum dicitur.*

p Quia dominus. te. eſt inter te & uxo. *de mutua cohabitatione & dilectione, dicens per Adã prophetice Gen. ij. ut ibidem fuit declaratum: quam ob rem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una.*

q Quam tu.de.*tenendo eam ut ancillam.*

r Et hæc particeps tua. *Id eſt ſocia, non ancilla.*

ſ Et uxor fęderis tui. *per conſenſum animorum qui facit matrimonium.*

t Nonne unus ſe.*q.d. Sic quia unus Deus fecit Adam & Euam.*

u Et reſiduum. *Ad hoc enim fecit Deus mulierem de coſta uiri, ut ſicut una caro ſunt, ita ſunt unus ſpiritus & una anima per ueram dilectionem.*

x Et quid un. q. d. *Ad hoc eſt unitio ſeu coniunctio matrimonij, ut inde procreetur ſemen ad cultum Dei, ideo ſubditur:*

y Cuſtodite. *i. bonã uoluntatẽ ad uxorẽ.*

a Cum odio.ha. di. *dando ei libellum repudij, ut poſſit alteri nubere: & non ſicut ancilla a te uiolẽter teneri:hoc enim eſt minus malum,quam affligere uxorem ſine cã ut ancillam: libellus enim repudij non fuit conceſſus,ut per ſe eſſet licitus, ſed ad maius malum euitandum, ut diffuſe declaraui Deute.xxiiij.a.*

c Operiet au. ini. ue. e.*i. ueſtimentum uiri.Sic.n.ſonat litera Hebraica, quę non põt referri niſi ad maſculum,& non ad fœminã ſecundum modum loquendi Hebraicum:& eſt ſenſus.* Operiet.*q.d.per Dei uindictã ſic apparebit iniquitas uiri deſpicientis uxorẽ modo prædicto, ſicut apparet illud quod ponitur ſuper ueſtimentum eius.*

† gemitu

H

## MORALITER.

✻ a *Nunquid nõ Deus unus creauit nos.* q.d.Sic:Et ad imaginem ſuã,iõ cõcludit.

b *Quare ergo deſpicit unuſquiſque fratrẽ ſuum.* quia non habetur cauſa ex parte principij naturalis nec ſupernaturalis.

c *Violans pactum patrum noſtrorum,* nã in ueteri teſtamento præceptum eſt:Diliges proximum tuum ſicut teipſum: & in nouo replicatur.

e *Quia contaminauit &c.* Hic ſecundo arguit contemptus proximi ſpiritualiter.ſcilicet vxoris:ideo ſubditur.

g *Et habuit filiam Dei alieni.* Hoc ad literam dicitur de reuerſis a captiuitate Babylonis,qui acceperunt uxores alienigenas, vt dicitur Eſdræ.j.& ſuas Hebræas contemnebant. Et idem fit hodie quia multi Chriſtiani ſunt adulteri uxores proprias contemnentes. Et idem myſtice fit in prælatis & curatis, qui circa negocia principum & magnatum ſunt occupati, ſuas eccleſias & parochias ſine ſufficienti regimine relinquentes:ideo ſubditur pœna cũ dicitur.

† ſ. Abraham · † ſub. fecit · fuit ſemen Dei

i *Diſperdat dominus uirum. qui fecerit ho.* ſiue paruus fuerit, ſiue magnus.

m *Et hoc rurſum feciſtis operieba.lach.* Hoc dicitur propter aliquos qui ad horam pœnitent,ſed de facto non emendant.

t *Nonne vnus fecit.* quaſi dicat: Sicut Deus eſt unitatis & pacis, fecit uirum & uxorem ut ſint duo in carne una, ſic ordinauit, quòd unus epiſcopus habeat unam eccleſiam: & ſacerdos vnam parochiam, cui totaliter inhæreat cuſtodiens ipſam, ideo ſubditur.

x *Et quid unus quærit, niſi ſemen Dei &c.* Id eſt unus epiſcopus in diœceſi ſua, & ſacerdos in parochia: non enim debet quærere extraneam occupationem,ſed ſuos ſubditos facere Dei filios per deuotionem,ideo ſubditur.

z *Vxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere &c.* Id eſt curam eccleſiæ tuæ noli negligere.

a *Cum odio eam habueris &c.* in ea nolendo morari.

b *Dimitte eam dicit dominus Deus Iſrael &c.* reſignando ſuperiori, ut ſic alteri detur, qui fructificet ibi.

✻ *Cuſtodite*

## NIC. DE LYRA.

¶ a Nunquid nõ unus. *q.d.Sic:quia oẽs aĩæ humanæ creantur a Deo immediate.*

b Quare ergo deſp. *propter paupertatem ſuam.q.d.non habemus cauſam.*

c Violans pactum pa.no.*i.legem datam patribus noſtris,quę pręcipit proximum diligere: ſecundo in ſpeciali arguit contemptum vxoris, quæ debet eſſe una caro cum uiro cum dicitur.*

d Tranſgreſſus &c. *& iſta tranſgreſſio ſpecificatur,cum ſubditur.*

e Quia con.iu.ſan.do.*ſ.latriam.*

f Quam di.ſ.dominus.

g Et habuit.*ſ.Iudas.i.illi de regno Iudæ.*

h Filiam Dei alie. *Reuertentes.n. de Babylone contempſerunt vxores ſuas Iudæas,quæ ex frequenti partu & labore itineris erant deturpatæ, & duxerunt uxores alienigenas,ut patet primi Eſdræ. ix. & primas tenebant in domibus ſuis quaſi ancillas,mulieres uero docent pueros ſuos proprios mores,& ſic alienigenę uxores docebant filios a Iudæis genitos idololatrare,quod erat peſſimum,ideo ſequitur.* Diſperdet dominus uirum qui ſe.hoc.

k Magiſtrum & diſcipu.*i.magnum ſiue paruum.*

l Et offerentem mu.*i. de tribu ſacerdotali, quia in illa tribu inuenti ſunt uiri qui acceperant uxores alienigenas. 1. Eſdræ.x. Et hoc rurſum feciſtis.*

n Operiebatis la. &c. *credentes expiare hoc peccatum abſque emiſſione* [continued in the column above: "ſione alienigenarum…"]



A ✻ a *Cuſtodite ſpi.ueſtrum.* ſ.a Dei blaſphemia.ideo ſubditur:*Laborare feciſtis dominum in ſermonibus ueſtris &c.*

In ca.ij.ubi dicit in Poſtil.Et maledicã benedictionibus veſtris.

### ADDITIO I.

Hoc qd̃ dr̃ hic:Et maledicã bñdictionibus veſtris,ſm magiſtrũ in.iiij.di.xix. quidã referunt ad hæreticos,qui ſunt ab eccleſia pciſi,& ad excõicatos,quorũ bñdictiones fiũt maledictiones his,qui eorũ ſequunt errores.Aliã ẽt expoſitionem ponit,quã credo eſſe Gre.& eſt talis.ſ. ꝙ qui a malis ſacerdotibus benedicitur,a Deo erit maledictus: quia benedicunt inique agentibus,& adulantur peccantibus, dummodo diuites ſint: Hæc ille.

In eodem cap.vbi dicitur in poſtilla. Nonne vnus fecit.

### ADDITIO II.

Hoc qd̃ dr̃ hic. Nõne vnus fecit &c. aliter exponit ſm quoſdã Hebræorũ expoſitores, & magis cõſonũ literæ,vt vr̃.Ad qd̃ ſciendũ,ꝙ Abrahã hñs in uxorẽ liberã Sarã de gñe ſuo,accepit tñ aliã uxorẽ alienigenã.ſ.Agar ancillã Aegyptiacã Gen.xvi.ex quo uolebãt ſe excuſare a pctõ illi q̃ alienigenas uxores acceperant habentes alias ꝓprias:& hoc eſt quod dicitur:Nonne unus fecit.ſ. Abrahã qui erat unus pater oĩm Iſraelitarũ.Et reſiduũ ſpũs eius: p hoc qd̃ dicit.Reſiduũ intelligitur ſupabũdãs,eo ꝙ reſiduũ cuiuſcũq; rei ſupabũdat ſup ipſam rẽ.q.d.nõ ſumus inculpãdi ꝓpter uxores alienigenas,eo ꝙ Abrahã hoc fecit ut dictũ eſt:& tñ ſpũs eius.ſ. ꝓphetię & ſctĩtatis. ſupeabũdãs fuit:& ſic geſta eius ſunt trahenda ad cõſequẽtiã.Ad qd̃ rñdetur per ꝓphetã.Et q d vnus q̃rit niſi ſemen Dei?q.d.ille unus hoc fecit non ex libidine carnali, ſed quia Sara ſterilis.ipſamet procurante hoc fecit Abrahã cã prolis habendæ,vt in.c.Ge.ſupradicto.Et quia non fecit hoc Abrahã ſolũ ad inſtantiam Saræ, ut dictum eſt:ſed etiam nutu ſeu inſpiratione diuina,ideo dicit.Et quid unus quærit niſi ſemen Dei? hoc eſt dicere illud quod quærebat Abraham nõ eſt intelligendum ſemen ſeu prolem ſimpliciter:ſed ſemen Dei,quia a Deo inſpiratus hoc faciebat:& ſic oſtendit, ꝙ non erant excuſati per exemplum Abrahæ:& ideo hortatur eos:Cuſtodite ergo ſpiritũ veſtrum, & uxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere: quia Abraham non fecit hoc deſpiciendo uxorem, ſed rationibus prædictis.Et ſequitur:Cum odio habueris,dimitte per libellum repudij,qui erat ſimpliciter licitus tempore ve.te.vt declaratum fuit in additione.Deu. xxiiij.

C

autem iniquitas veſtimẽtum eius di

a ¶Soluta obiectione,replicat,quod dixerat.

a cit dominus exercituum. Cuſtodite

a ¶Cuſtodiam ſpiritus ueſtri,vel certe uxorem.

ſpiritum veſtrũ, & nolite deſpicere.

### REPLICA.

In cap.ij.vbi dr̃.Nonne vnus fecit &c.Burg.aſſumit contra Poſt. & glo.quam aliquando non ſcit nimis ponderare, ꝙ ille paſſus debeat exponi de Abraham cõtra excuſationem friuolam populi in literam poſitam,ut ſit verbum populi contra Deum arguentis.Nõne.ſ.Abraham habuit alienigenam uxorem ſine reprehenſione.q. d. quare reprehenditur in nobis? Sed in litera & in eius proceſſu eſt uerbum prophetæ in perſona Dei arguentis populum,& ita dicit glo.vnde poſſet hic Burg.multipliciter culpari:ſed non eſt præſentis propoſiti niſi oſtendere,eum male contra Poſtillatorẽ moueri.Sed circa illum paſſum eiuſdem ca.Si odio habueris uxorẽ, dimitte. Burgen.de materia illa ſe remittit ad.xxiiij.c.Deut.& ibi vide correctorium ſatis latum dirigi ad ca.xix. Matthæi.

## GLOS. ORD. CAP. III.

Laborare feci. Populus aũt reuerſus de Babylone uidens Babylonios & cęteras Gẽtes idololatras valere corporũ ſanitate,& oĩm mũdana proſperitate affluere,ſe autem cultores vnius Dei infirmos eſſe corpore, nec hẽre ẽt quæ ad cibũ neceſſaria ſunt,dicebat non eſſe Dei ꝓuidẽtiam in rebus humanis,ſed oĩa caſu agi, non Dei iudicio cui placent mali: & diſplicent boni, aut ſi Deus cuncta dijudicat, vbi eſt illius ęquum & iuſtum iudicium?

B

a *Ecce.* Iudæi hoc de Elia propheta dictum intelligunt:Et qd̃ ſequit: *Et ſta. ue.ad tẽ.* ſ.ad ſuũ Chriſtũ referũt in vltimo tpe venturũ, ſed qd̃ tẽplũ inueniet?Iã.n.deſtructũ eſt oĩno,aut ſi aliꝰ ante eũ reſtituet,quid Chriſtus eorũ amplius facturus eſt cũ ab alio reſtituta ſunt oĩa? Quidã ex pſona Chriſti legunt,ꝙ mittat angelũ.i Iohãnẽ pdicare baptiſmũ pęnitentiæ,q Chriſtus ſtatim de ſe quaſi de alio ſubdit:Et ſtatim ueniet. Alij ex perſona patris legunt. Ecce mitto ange.meum qui p̃. v. & quod ſequitur: ſtatim veniet ad tẽplũ ſanctum.ſ. de Saluatore intelligunt, cui Iohannes præparat viam in cordibus credentium, in quibus non poterat prius Deus ambulare propter prauitatem & incredulitatem.Notãdum, ꝙ dominus uel euangeliſtæ vel Apoſtoli alij, cum de hoc propheta vel de alijs teſtimonia proferant, nõ ſequuntur verba uulgatarum tranſlationum, ſed habentes ſcientiam Hebrææ linguæ ex Hebræo transferũt, non curantes de ſyllabis & punctis verborum,dummodo ſententiarum veritas transferatur.

☞ *Ipſe enim*

## CAP. III.

¶Præter ſupradicta.

a Laborare feciſtis do a

minũ in ſermonibꝰ

¶Senteniam horum verborum latius tractatur in Pſa.Quam bonus Iſrael Deus.

veſtris, et dixiſtis: In

quo fecimus eum laborare? In eo qd̃ b

dicitis: Omnis qui facit malum, bo c

nus eſt in conſpectu domini, & tales

ei placent: † Aut certe ubi eſt Deus d

a ¶Vos laborare facitis dominum,& quæritis ubi eſt Deus iudicij?ſed ego manifeſtum eum faciam & in primo & in ſecundo aduentu.

b iudicij? † Ecce ego mittam † ange- e

a ¶Hoc interpretatur dominus in Euangelio de Ioanne Baptiſta,qui etiam de ſe dicit:Elias iam uenit.

lum meum. et † præparabit uiam an

te faciem meam, Et ſtatim ueniet ad f

a ¶Ad eccleſiam,uel unumquemq; credentium. b ¶Saluator qui omnium creator.

templum ſuum dominator quẽ vos g

¶Deſideratis a ¶Magni conſilii. b ¶Qui iuſte iudicet, qui perſonam non acceptat. a ¶Ecce inquam ueniet,qui iuſte iudicabit,cui pater dedit omne iudicium.

quæritis & angelus † teſtamenti quẽ h

uos vultis. Ecce venit, dicit dñs exer i

a ¶Nullus humanus ſenſus poterat cogitare quando venturus uel qualis futurus erit.

cituũ. Et qs poterit † cogitare diẽ ad- k

*rita & demerita hominum non uidendo: & vtrunque eſt erroneum & odioſum,ideo dicitur:*

a Laborare fe. *blaſphematoris:Et loquitur ſcriptura de Deo quaſi de homine afflicto de malo,quod audit.*

b In eo quod di.&c. *erroneè.*

c Omnis qui fa. *ex dictis patet ſententia.*

d Aut ce.*i.dijudicãs inter bonos & malos.*

e Ecce ego.*hic cõſequẽter denũciatur Chriſti aduentus, in quo fit bonorum & malorũ diſcretio: quia in primo aduentu Chriſti factũ eſt iudiciũ diſcretionis,uocando aliquos ad gratiã cęteris dimiſſis iuſto Dei iudicio,licet nobis occulto: ſed in ſecundo fiet iudiciũ diſcuſſionis malos puniendo, & bonos pmiãdo.Sic ergo proceditur:qa primo uterq; aduentus denũciatur, & ſcdo prædictus error euacuatur,ibi:Inualuerunt. Prima in duas, quia primo ponitur dicta denunciatio:ſecũdo,populi monitio,ibi:Ego.n. Prima adhuc in duas:quia primo nunciatur vterq; aduentus.ſecundo vtriuſq; effectus,ibi:Ipſe.n. Circa primũ primo denũciatur primus aduẽtus Chriſti,cũ dicitur in pſona Chriſti:* Ecce e. mit.an. *i. Iohãnẽ Baptiſtã,q magis duxit in terris vitã angelicã q̃ humanã. Quia.n.hæc ſcriptura dicatur de ipſo ad literam patet Mat.xi.b.vbi dicit Saluator de Iohãne:Hic eſt de quo ſcriptum eſt:Ecce ego mitto &c.* Et præpara. *quia prædicatio & baptiſmus Iohannis fuerunt quędam pręparationes ad baptiſmum & prædicationem Chriſti.*

D Diuiſio · † nuncium

f Et ſtatim ven.ad templum ſuum. *quia ibi Chriſtus oblatus fuit,& ibi pluries prædicauit,& miracula fecit.*

g Dñator quẽ vos q̃. *Id eſt Chriſtus cuius aduentũ ſumme deſiderabant patres antiq.*

h Et an.te. *quia Chriſtus fuit nũcius no.te. vt pręd ixerat Ier.xxxi. Secũdo denunciatur aduentus Chriſti ſecundus, cum dicitur:*

† fęderis · † ferre

i Ecce venit. *i. ueniet certitudinaliter ad iudicium.*

k Et qs po.*q.d.nullus.vnde dicitur Mat.xxiiij.De die illa et hora etc.*

¶ Et quis

## NIC. DE LYRA. CAP. III.

Laborare fe. *Hic incipit cap. in Hebræo vbi incipit aduentus Chriſti denunciatio. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur occaſio huius denũciationis:ſcdo ipſa denũciatio ſubditur,ibi:Ecce ego mit.ang. Circa primum ſciendum, ꝙ populus Iudæorum ſaltem pro magna parte uidens alias Gentes in hoc mundo proſperari,vt Chaldæos & Perſas & Medos,qui erant idololatræ, & ſe frequenter deprimi,& captiuari dicebat,ꝙ Deus diligebat malos: & de ſeruitoribus ſuis nõ curabat, vel ꝙ de iſtis inferioribus prouidentiã non habebat,ex quo ſeruientes ſibi ſic negligebantur & alij exaltabantur, & ſic Deo imponebat malitiam malos diligendo,vel ignorantiam,merita* [continued above: "rita & demerita…"]

## MORALITER.

✻ a *Labo.fe.do.in ſer.ve.* cõtra ipſũ:Et q̃ ſint ſermones illi,ſubdit:

b *In eo ꝙ dicitis:omnis qui facit malum bonus eſt.* Multi namq; uidẽtes malos homines temporaliter proſperari & bonos affligi, dicũt Deum delirare,uel dormire, quod eſt falſum, nã iudicia eius uera ſunt ſemper & iuſta,licet nobis ſint occulta.

e *Ecce.* Iſtud literaliter exponit de Iohãne Baptiſta.Moraliter aũt exponi poteſt de bono pdicatore,q̃ dicitur Dei angelus.i.eius nũcius, q ꝑparat mẽtes audiẽtiũ ad hoc, ꝙ ibi veniat Chriſtus tãquã ad tẽplũ ſuum.j.Cor. iij. d.Templũ Dei ſanctum eſt,qd̃ eſtis uos.

✻ *Et quis*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Ipſe enim* Dominus eſt ignis conſumens, lignum, fœnum, ſtipulam, grauia peccata grauiter puniens: & his qui parua & leuia committunt, eſt herba fullonum, vt lotis munditiam reſtituat & lauet ſordes filiorum Sion. Per filios Leui ſacerdotalis intelligitur dignitas, & ſi ſacerdotes colandi ſunt & purgandi, quid de cæteris dicendum eſt, cum iudicium incipiat a domo Dei?

Heb. 12.g

b *Et accedam.* Quæ illo tēpe dicebātur ad principes Iudæorum, nunc vero dicuntur ad principes eccleſiarum.

c *Et qui calum.* Pari ordine poſt maleficia & adulteria et periuria ponūtur, qui non reddunt mercedem mercenarijs, vel qui opprimunt pupillum et uiduam: ne ergo parua crimina putētur, q̄ periurio & adulterio cōparant.

†barioth. alii ſaponē intelligūt

d *Ego.* Quia dixerat dominus eſt quaſi ignis conflatus, & quaſi her.f. cum pro nobis noīetur angelus, vel ignis, vel aliud, ne ideo putetur aliquid mutabilitatis eſſe in natura ipſius, inde dicit, *Ego enim.* Q. Vos quotidie mutamini per adulteria & per cætera mala veſtra: ego vero in iudicio nulla perſonarum varietate commutor, & cum ſeuerum & iuſtum iudicem me eſſe fatear, tamen o filii Iacob: nec diuerſitate tormentorum eſtis conſumpti in malitia, quia per pænam malitia in uobis non eſt purgata, ſed ſine cauſa percuſſi uos diſciplinam non recipiētes. Myſtice. Per filios Iacob, q̄ ſequūtur mala patrum, nec cuſtodiunt mādata Dei, ſignificantur illi, qui conſtituti in eccleſia non recedunt a uitiis, ſed falſum nomen Chriſtianitatis ſibi aſſumunt.

† ab initio & ante annos antiquos.

Myſtice

e *Reuertimini.* Magna clementia. eos qui a ſe receſſerant, ad reditum prouocat, vt ipſe quoq; ad eos redeat.

F f *Si affigit ho. &c.* Lxx. ſupplantat, alii: Si fraudat: quod ſm hiſtoriam ſane de decimis poteſt accipi. Sed ſecūdū quod ponit affigit homo Deum, poteſt ad myſterium paſſionis dominicæ referri, configitis me cruci, qui modo decimas ſubtrahitis.

†ab inſtitutis

†16.q.1.c. reuertimi.

g *Configitis.* Tempore Eſdræ tāta fuit fames, vt multi pro penuria filios et filias vendentes & frumenta ementes, Leuitis decimas non ſoluerent. Qui etiam fruges in horreis egeſſerūt pro magnitudine præcij decimas non ſoluebant, vnde compulſi miniſtri templi fugerunt vnuſquiſq; in regionem ſuam. Vnde dicit dominus ſe in ſuis afflictum, & non accepiſſe decimas.

Neemiæ. 13.

Diuiſio

☞ *Inferte*

a ¶Si nemo poteſt cogitare pro potentia maieſtatis eius, quis eum poterit lippientibus oculis in ſua claritate conſpicere, qui eſt ſol iuſtitiæ.

uentus eius? Et q̄s ſtabit † ad uidēdū
eū? Ipſe enim quaſi ignis conflans, &
quaſi † herba fullonū. Et ſedebit con

a ¶Quidquid in auro.i. ſenſu noſtro, & argento.i. eloquio commixtum eſt ære, ſtanno, plumbo, camino Dei excoquitur, ut purum remaneat aurum & argentum.

flans & emundans argētum † & pur
gabit filios Leui. Et † colabit eos qua
ſi aurum & quaſi argentum, & erūt

a ¶Et cum colati fuerint, offerent Deo iuſta ſacrificia.

dn̄o offerentes † ſacrificia in iuſtitia.

a ¶Eorum qui offerunt.i. Deum confitentibus, & pro Ieruſalem, pacem Dei conſpicientibus.

Et placebit dn̄o ſacrificium Iuda, &

¶Placuerunt. ¶Quomodo in principio placuere Deo, ſic poſt peccatum, & pœnitentiam placere incipient omni ſorde peccatorum purgata.

Ieruſalē, ſicut † dies ſeculi, & ſicut an

a ¶Magna fortitudo iudicij, cum ipſe ſit teſtis & iudex.

ni antiqui. Et accedā ad uos in iudi-

a ¶Qui modo tardus videor, dum differo.
b ¶Hæc omnia fiunt occulte, ſed a Deo proferuntur in medium ne diu lateant.

cio, & ero teſtis velox maleficis &
adulteris & periuris, & qui † calūniā

¶Nolentes reddere.

tur mercedem mercenarij, et † humiliāt viduas & pupillos, & opprimūt

a ¶Aduenam vel cathecuminum, qui nondum effectus eſt ciuis in ciuitate Chriſti. b ¶Quod ſolū ſufficit ad dānationē.

peregrinum, nec timuerūt me, dicit
dn̄s exercituum. Ego em̄ dn̄s & non
mutor, & uos filij Iacob nō eſtis cō-

a ¶Nec ſemel nec nuper hoc facitis vt erroris ueniam mereamini: Sed hæreditariam habetis patrum impietatem rece-

ſumpti. A diebus em̄ patrū veſtrorū

dendo a meis legitimis: nec cuſtodiendo, quæ præcepi.

receſſiſtis † a legitimis meis, & nō cu

¶Sed nunc ſaltem.

ſtodiſtis. † Reuertimini ad me, & re
uertar ad uos dicit dn̄s exercituum.

a ¶Non intelligentes ſe receſſiſſe, impudenter quærunt.
b ¶Q. Qui non diſceſſimus.

Et dixiſtis, in quo reuertemur? † Si

a ¶In hoc receſſitiis a me, quia confi. me, ſi homo poteſt Deū configere. b ¶Non reddendo decimas nec dico miniſtris ſed mihi qui præcepi dari.

affigit homo Deum, quia vos confi
gitis me. Et dixiſtis: In quo configi-

*tam, ſic ſacrificium nouæ legis quod eſt euchariſtia, excellit omnia veteris legis ſacrificia.* G

k Et accedam. *Hic ponitur effectus aduentus ſecundi, cum dicitur:* Et accedam ad uos in iu. *quia Chriſtus veniet in iudicium in forma humana, tamen glorioſa.*

l Et ero teſtis velox. *quia illud iudicium breui tempore expedietur.*

m Maleficis &c. *i. quibuſcunq; peccatoribus: quia virtute Chriſti nota fient omnibus eorum peccata, & ſententia iudicis iuſta: iſta tamen peccata ſpecialiter exprimūtur quæ crudelitatem important, ſicut & Mat. xxv. vbi proceſſus illius iudicij ponitur a Saluatore.*

† cum apparuerit.

n Ego enim dominus. *Hic conſequenter poſt effectum extremi iudicij ponitur monitio populi, quę tunc non habebit locum ſed ante. Dicit igitur:* Ego enim dominus: *ad quem ſpectat omnium generale iudicium.*

† ſo.diſt. c. purgabit

† conflabit

o Et non mutor. *in meipſo, licet ſit mutatio in effectibus meis ſecundum varietatem meritorum & demeritorum hominum.*

† munus

p Et uos filij Iacob non eſtis conſumpti. *licet hoc meruiſſent mala ueſtra, tamen ſaluaui aliquos ex mea miſericordia.*

q A diebus enim patrum ueſtrorum re. *quia cito poſt dationem legis in monte Sinai peccauerunt in adoratione vituli, Exo. xxxij.*

r Reuertimini a me. *per ueram pœnitentiam.*

ſ Et reuertar ad vos. *per clementiam.*

t Et dixiſtis. *uos male excuſando.*

† ui retinent

u In quo reuerte. *q.d. Non declinauimus a Deo: Cuius contrarium oſtenditur, cum ſubditur:*

† opprimunt

x Si affigit homo Deum: quia uos conf. me. *in Hebræo habetur: Si violentabit homo Deum, quia vos violentatis me: Loquitur enim ſcriptura de Deo ſicut de homine, cuius bona per violentiam capiuntur. Decimæ uero ipſius Dei, ſunt pro ſuſtētatione miniſtrorum ſuorum, quæ retinebantur iniuſte a Iudæis laicis, ideo ſubditur.* H

Eccl. 9.a

¶ In decimis

## MORALITER.

✱ a *Et quis ſtabit ad vi. eum.* q.d. nullus in præſenti: quia nemo ſcit vtrum amore vel odio dignus ſit: & ſic in ſeipſo non uidet Deum.

c *Ipſe enim.* i. peccata conſumens.

d *Et quaſi.* præbens nitorem virtutum.

e *Et purgabit.* de quibus dicitur Deute. xxxiij.a. qui dixerunt patri ſuo & matri ſuæ, neſcio uos: & iſti ſunt boni religioſi omnia dimittentes amore Chriſti: ideo debent eſſe purgati & colati ab omni impuritate peccati, ideo ſubditur:

g *Et erunt domino of. ſa.* i. euchariſtiam virtutes omnium ſacrificiorum continentem.

h *Et placebit domino &c.* i. Eccleſiæ.

i *Sicut dies ſe. & ſicut anni an.* Vnde in canone miſſæ dicitur: Sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel & ſacrificium patriarchæ noſtri Abrahæ, & quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedech. Sciendum tamen, q̄ li ſicut nō importat æqualitatem: ſed correſpondentiam figuræ ad rem figuratam. Sicut.n. res figurata præcellit figurā & veritas umbram, ſic euchariſtia, quæ ſacrificium eſt nouæ legis præcellit omnia ueteris teſt. ſacrificia.

k *Et accedam ad uos in iudicio.* Hoc fit in morte: quia tunc venit Deus ad iudicium cuiuſlibet particulare.

l *Et ero teſtis velox male.* Hoc dicitur, quia uita talium Dei iudicio communiter breuiatur.

n *Ego enim dominus & non mutor.* a rectitudine iuſtitiæ.

p *Et uos filij Iacob non eſtis con.* i. a ueſtra malignitate conſumpti. per talem modum dicitur Prou. xij. a. Verte impios, & nō erunt. ſ. impij. Sed econtrario iſti manentes in ſua malitia dicuntur non cōſumpti. ideo ſubditur:

q *A diebus enim.* quia tamen Deus ſemper ſuſcipit pœnitentem ſubditur:

r *Reuertimini &c.* Ecce magna Dei clementia, qui cum ſit omnipotens, tamen rogat peccatores de concordia.

✱ *Inferte*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et quis ſtabit. *id eſt poterit ſtare?*

b Ad videndum eum. *quia ſicut primus eius aduentus fuit in humilitate & manſuetudine, ita ſecundus erit in poteſtate & terrore.*

c Ipſe enim quaſi ignis conflans: *Hic conſequenter ponitur effectus vtriuſq; aduentus, tamen in quodam generali, & primo primi, ſecundo ſecundi ibi: Et accedam. Effectus autem primi fuit vocatio aliquorum ad fidē, quos in primitiua eccleſia probauit quaſi aurum in fornace per tribulationes in Iudæa, vt patet in actibus apoſtolorum in pluribus locis: & poſtea per tyrannos in omnibus partibus orbis, & hoc eſt, quod dicitur:* Ipſe enim &c. *ad probationem electorum.*

d Et quaſi herba fullonum. *qua vtuntur fullones ad purificandas veſtes, & eas nitidas fiendas.*

e Et purgabit filios Leui. *i. apoſtolos quorum aliqui fuerunt de tribu Leui, & omnes fuerunt nouæ legis epiſcopi.*

f Et colabit. *ad perfectam munditiam deducendo.*

g Et erunt domino of. *i. euchariſtiam, per varia legis ſacrificia figuratam, ſicut perfectum per plura imperfecta.*

h Et placebit domino. *quia iſtud ſacrificium eſt Deo acceptiſſimum.*

i Sicut dies &c. *vnde in canone Miſſæ dicitur. Sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, & ſacrificium patriarchæ noſtri Abrahæ, & quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Mechiſedech. Sciendum tamen, q̄ iſtud, ſicut, non deſignat æqualitatem, ſed correſpondet iam rei figuratę ad figuram: Sicut enim res figurata excellit figuratam,*



☞ a *Inferte.* Vt ſciatis uos ideo perdidiſſe abundantiam, quia A fraudaſtis me parte mea: moneo, ut reddatis mihi mea, et ego reſtituam uobis ueſtra. Quod dictum eſt de decimis, poteſt intelligi in populis Eccleſiæ, quibus præcipitur nō ſolum dare decimas, ſed & omnia uendere & dare pauperibus: Quod ſi facere nolumus, ſaltē in hoc Iudęos imitemur, ut pauperibus ſaltem aliquam partem demus, & ſacerdotibus & uiduis debitum honorem deferamus: hoc qui non fecerit, dominum ſupplantare cōuincitur. Si q̄n fames & egeſtas oīm rerum opprimit mundum, hoc ex ira Dei ſciamus deſcendere, qui in pauperibus ſi eleemoſynas nō accipiat, ſe priuari affirmat ſua poſſeſſione. Poſſumus & ſic interpretari decimas & primitias. Si q̄s doctus in lege poteſt alios erudire, non debet ſibi attribuere: ſed primum gratias agat deo a quo omnia: deinde ſacerdotibus eius ac magiſtris a q̄bus doctus eſt: alioqui penuria maledicetur. Si aūt Deū largitorē intellexerit, & his p̄ quos a Deo eruditus eſt ſe humuliauerit, & in horreum Dei cibos intulerit. i. ſcripturę alimenta populis miniſtrauerit, mandabit Deus nubibus ſuis, ut pluant ſuper eum imbrem. Increpabit etiam pro eo contrarias poteſtates, nec erit ſterilis uinea: ille. ſ. q̄ dicit: Ego ſum vitis vera. Et afferet ei fœcūditatē: & tātā ex merito humilitatis beatitudinem conſequetur, vt omnes Gentes dicant eum beatum: & in terra. i. doctrina illius deſiderent habitare.

b *Et beatos.* Cūctæ nationes p̄ circumitum mirabuntur fertilitatem B terræ ueſtræ, intantum vt omnes habitare in ea deſiderent, & abundantiæ rerum omnium Gentibus exemplo ſitis.

c *Inualuerunt.* Repetit plenius, q̄d dixerat: Laborare feciſtis do. in ſer. Et exponit latius querimoniā populi reuerſi de captiuitate, qui exiſtens in cultu vnius Dei, multis miſeriis affligebatur, uidens idololatras in omnibus proſperari. Infirmato ergo & dicenti: fruſtra colo Deum, occurrit propheta in perſona domini & reſcidit verba blaſphemię, quæ ab infirmis dicuntur in creatorem.

d *Ergo.* Poſſunt hæc de hæreticis intelligi, Martione & Valentino, & cunctis, qui non recipientes ue. te. contra creatorem loquuntur, et proficiunt in ſua impietate, & multos ſocios ſceleris habent.

e *Tunc lo. &c.* Verba prophetæ. Q. Illis blaſphemantibus de iudicio Dei, iuſti qui caſto timore Deum timent, loquentur adinuicem, cohortātes ſe, q̄ retributio bonorum vel malorum non ſit in præſenti, ſed in futuro: & q̄ homo non poſſit ſcire iudicia Dei, & de æquitate eius diſputare.

a ¶Quia non reddidiſtis decimas & primitias idcirco in fame &

mus te? In decimis & in primitijs. † Et

penuria maledicti eſtis. i. afflicti, & dum parua ſubtrahitis, vbertatem poſſeſſionum veſtrarum & totam abundantiam frugum perdidiſtis.

in penuria uos maledicti eſtis, & me

a ¶Non pauci ſed omnes communiter.

vos † configitis gēns tota. Inferte omnem

a ¶In theſauris templi vt habeant miniſtri mei cibos.

decimam in † horreum meum, vt ſit cibus in domo mea: & probate me ſuper

a ¶Tantas pluuias effundam vt cataractæ cęli credantur apertæ.

hoc, dicit dn̄s. * Si non aperuero uobis

¶Et ſic. ¶Large & late.

cataractas cęli, & effudero uobis bene-

a ¶Ad ſufficientiam. b ¶Poſſet fieri vt magis per pluuias eſſet fœcunditas ſed locuſta et Bruchus poſſet corrumpere ideo addit: increpabo.

dictionem † vſq; ad abundantiā. & incre

a ¶Vermes uel vitium aeris.

pabo pro vobis deuorantem, & non cor

a ¶Sed implebit torcularia.

rumpet fructū terræ veſtræ, nec erit ſteri
lis vinea in agro, dicit dominus exerci-
tuū. Et beatos uos dicent omnes Gentes.
Eritis enim uos terra deſiderabilis di-

a ¶Semper plus & plus accuſatis Deum, quod cultores ſuos negligat.

cit dominus exercituum. Inualuerunt ſu

¶Non intelligentes quàm grauis eſt veſtra blaſphemia.

per me uerba veſtra dicit dominus. Et dixiſtis: quid locuti ſumus contra te?

¶Reſpondentes. a ¶Ab vtilitate. b ¶Obſeruando legem.

Dixiſtis: † Vanus eſt, qui ſeruit Deo:

a ¶In præſenti pro Dei ſeruitute: exigunt mercedem: ideo non recipiunt.

Et quod emolumentū, q̄a cuſtodiuimus

a ¶Contritione cordis. vnde: Tota die contri. ingredi.

pręcepta eius, quia ambulauim⁹ triſtes
corā dn̄o exercituum? Ergo nunc beatos

a ¶Qui contra Deum ſuperbiunt & blaſphemant. b ¶Poſt ſcelera & blaſphemias proſperis perfruuntur.

dicimus arrogantes. Siquidem ædificati

ſunt facientes impietates, & † tentauerūt

a ¶Fœlicitate præſentis ſeculi. b ¶Verba prophetæ. ¶Non dicit quid locuti ſunt, ſed ex eo, q̄ addit timentes Deum, datur intelligi, quid ſint locuti. ſ. quod ad timorem Dei pertinet.

Deum, & ſalui facti ſunt. Tunc locuti
ſunt timentes Deum, vnuſquiſque cum

a ¶Iuſtis loquētibus & cohortātibus ſe contra blaſphemias atten. do.

proximo ſuo. Et attendit dominus & au

a ¶Verba quæ dicunt hic blaſphemi: inde Deum timentes: ſcripta ſunt vt ſint in memoria præſcientiæ Dei; ut in die iudicii blaſphemiæ pœnas, & timentibus præmia reddat.

diuit, & ſcriptus eſt liber monimenti co-
rā eo timētibus dominum, & cogitanti-

a ¶Timentes me quid reſponderunt ad uerba blaſphemiæ.

bus nomē eius. Et erūt mihi, ait dn̄s exer

a ¶Iudicium. b ¶Peculiarem populum.

cituū in die qua ego faciam in peculiū,

a ¶Quia omnis homo ſub peccato. b ¶In quo duplex affectus eſt, & pietatis in filium, & ſeruitutis in famulum.

& parcam eis ſicut parcit vir filio ſuo ſer

a ¶Per pœnitentiam. b ¶Qui nunc blaſphematis, ex beatitudine timentium & ueſtra miſeria cognoſcetis, quid ſit inter iuſtum & impium.

uienti ſibi. Et conuertimini, & uidebitis
quid ſit inter iuſtum & impium: & inter
ſeruientem Deo, & non ſeruientem ei.

e Et probate me. *i. effectum bonitatis meæ, ſi de dictis decimis feceritis, quod debetis: ideo ſubditur:* C

f Si non aperuero uo. &c. *dando uobis pluuias & rores ad fœcundationem terræ conuenientes.*

g Et effudero uob. &c. *i. bonorum temporalium multiplicationem.*

h Et increpabo pro uobis deuoran. *i. faciam q̄ ventus vrens, locuſtæ, & huiuſmodi non deuorabunt ſeu peiorabunt terrænaſcentia.*

†propter maledictionem.

i Et beatos uos &c. *qui ſunt in circumitu veſtro ex bonorum veſtrorum multiplicatione: iſta tamen promiſſio eſt ſub conditione. ſ. ſi fecerint bene, quod quia non fecerunt, promiſſio non fuit impleta.*

†domum theſauri.

k Inualuerunt. *Hic error ſupra poſitus remouetur: Et diuiditur in duas partes: quia primo dictus repetitur, vt aliquid addatur, et ſecundo euacuatur, ibi: Tunc locuti ſunt timentes. Circa primum dicitur in perſona Dei.* Inualuerunt ſuper me ve. *i. contra me ſunt multiplicata: Et quæ ſint illa, ſubditur:*

Diuiſio

*exercituum

l Vanus eſt qui ſeruit Deo. *quia ad hoc non ſequitur aliqua eius retributio, quia ſicut dictum eſt ſuperius, negabant Deum habere prouidentiam de actibus humanis vel iuſtitiam. Et ad vtrumq; ſequitur defectus bonæ retributionis: ideo ſubditur in perſona talium:*

m Et quod emolu. &c. *q.d. Nullum.*

n Et quia ambulauimus triſtes. *i. ieiunijs afflicti: vnde in Hebræo habetur: Et quia ambulauimus denigrati: & ideo vlterius concludebant.*

o Ergo nunc. *i. in præſenti uita.*

p Beatos dicimus ar. *i. eleuatos in pompa & potentia, quia bene eſt eis in hac uita. nec expectatur alia.*

q Siqui. *in domibus & poſſeſſionibus.*

r Et tentauerunt Deum. *ipſum prouocando & contemnendo.* D

ſ Et ſalui fac. ſunt. *Ex quo concluditur q̄ nō habeat de malis eorū notitiam, vel ſi habet q̄ de talibus non facit iuſtitiā:*

t Tunc locuti ſ. *Hic cōſequēter dictus error tollitur: & primo ſuccincte, ſecundo magis diffuſe cap. vlti. Circa primum dicitur:* Tunc locuti ſunt tim. Deum: *qui confitentur diuinam prouidentiam & eius iuſtitiam ad omnia ſe extendere.*

Diuiſio

u Vnuſquiſq; cum proximo ſuo. *de præmiatione bonorum & punitione malorum in ſeculo futuro: & ſubditur:*

†probauerunt.

x Et attendit dom. &c. *Hic accipitur & pro. i. Sic. n. loquebantur ad inuicem.* Attendit dominus. *ſ. bona & mala, quæ fiunt in præſenti uita.*

y Et ſcriptus &c. *i. iſta ſunt in diuina ſcientia indelebiliter.*

z Et. *qui non poteſt mentiri.*

a In die. *Id eſt in die iudicij.*

b In pecu. *Id eſt in populum amicabilem & familiarem.*

c Et parcam. *a pęnis æternis.*

d Sicut parcit. *qui caſtigat eum ne incurrat maius malum.*

e Et conuer. *ſ. ad me uos qui eſtis in ſupradicto errore.*

f Et. *quia licet iuſtus in præſenti caſtigetur, tamē p̄ hoc conſeruatur in bonis gratiæ, & poſtea in bona gloriæ deducetur.*

## NIC. DE LYRA.

¶ a In deci. *quæ debebantur Leuitis.*

b Et in primitiis. *quæ debebantur ſacerdotibus: & ad hanc ſententiam reducitur translatio noſtra. Homo .n. dicto modo violentatus ſecundum communem modum loquendi dicitur vſq; ad cor confixus.*

c Et in pen. &c. *In pęnam. n. dicti peccati Deus immittebat ſterilitatem terrenaſcentium, ideo ſubditur:*

d Inferte omnem decimam in horreum meum, vt ſit cibus in domo mea. *ſ. Leuitarum.*

Et

## MORALITER.

✱ d *Inferte.* Decimare eſt decimam partē dare, & nouē ſibi retinere: Denarius aūt numerus eſt p̄fectus, & iō ſignificat perfectionem: nouenarius autem imperfectus. & ideo ſignificat imperfectionem. Igitur ille moraliter infert oēm decimationem in horreum Dei, qui de omnibus operibus ſuis quidquid eſt ibi perfectionis attribuit diuinæ bonitati: & quidquid eſt defectus, proprię fragilitati: & iſtis tanquàm gratis Deus aperit cataractas ſuæ gratiæ: quouſque det eis abundantiam ſuæ glorię, & tunc increpat uermē deuorantem, quia nihil triſtabile poterit ibi eſſe.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E In ca.iij. vbi dicitur in poſtil. Iſta tamen peccata ſpecialiter exprimuntur.

ADDITIO.

Ratio quare exprimuntur iſta peccata.ſ.maleficium & adulterium & periurium ſecundum glo. quia communiter iſta peccata fiunt occulte,ſed a Deo proferuntur in medium.ne diu lateant,et ideo præmiſit, Et ero teſtis.Q. di. Licet de ſimilibus peccatis non inueniantur,ut in plurimum teſtes,tamen ego ero teſtis.Adiungit etiam prædictis peccatis iſta quæ ſequuntur.ſ. qui non reddunt mercedem mercenarij, & viduas & pupillos opprimunt & peregrinum,ne parua putentur,quæ periurio & adulterio comparantur, ut in gloſſa. G

GLOS. ORD. CAP. IIII.

ECce enim dies.

a *Cum ſu.* Abrahā cooperatione diuinæ maieſtatis dicit.Ego ſum terra & cinis,ideo uidit ſolē iu-
Gen. 18.d Iſa. 14.c ſtitiæ.Qui vero ſupbe dixit:Ponā ſup ſide.ſe.&c. deducetur ad terram: & erit cinis ſub pedibus ſanctorum in die iudicij.

b *Memento.*Loqtur ad Iſrael.i.ad omnes, qui Deum ſenſu cernunt.vnde:
Matt. 5.a Beati mundo cor.q.ip.de.vid.

c *Oreb ſic.*quia per legem omnium uitiorum humor excoquitur.

d *Ecce.*Iudæi dn̄t ante ſuū Chriſtum Eliā eſſe vēturū & oīa reſtauraturū.
Mar. 9.b Vnde & Chriſto in Euāgelio ꝓponitur quæſtio: Quid eſt,ꝙ Phariſęi dn̄t, ꝙ Elias venturus eſt? Cui ipſe rn̄dit: Elias qdē veniet, & iā uenit, in Elia Iohānē intelligēs. Poſt Moyſen.i. legē ſpūaliter ſeruādā dicit mittēdum
† ramum Eliā in quo prophetia ſignaī,qa ante quā dn̄s in iudicio ꝑcutiat terrā anathemate,mittet chorū ꝓphetarū,qui ſignificaī in Elia,q interpretaī Deus meus,& eſt de oppido Thesbi,qđ ſonat cōuerſio ad pn̄iam: hic Elias conuertet cor patrum Abrahā Iſaac et Ia
† creſcetis impinguabimini. † uituli ſaginati. cob & ceterorū prophetarū ad inſtructionē poſterorū de fide Saluatoris, in quem & ipſi crediderunt & cor fi. ad pa.eorū qa ſuſcipiēt fidem quā illi habuerūt. Vel cor p̄ris ad filiū.i. Dei ab oēs,q ſpm̄ adoptionis acceperit:&
F cor filiorū ad p̄res eorū.Vn̄ Iudæi & Chriſtiani,qui nūc inter ſe diſcrepāt, pari in Chriſtū religione cōſentient.

## CAP. IIII.

¶Plenius ſculcat de pœnis blaſphemātiū,& de p̄miis timētiū. a ¶Iudicij. q ſc̄tis lux,pc̄tōrib. tenebræ.

ECce eim̄ diēs veniet a
a ¶Ad cremādos malos ut ſtipulā.
ſuccēnſa quaſi †caminus,& erunt oēs b c
ſupbi,et oēs faciētes impietatē ſtipu d e
¶Cum combuſſerit eos,non relinquet in eis radicē malitiæ.
la. Et inflāmabit eos dies veniēs, dicit dn̄s exercituū, q̄ nō derelinquet f
a ¶Illa impiis econtrario.
eis radicē &†germē.†Et ōriet vobis g h
a ¶Qui uere omnia iudicabit,nec bona nec mala, nec uirtutes nec uitia latere patietur.
timētibus nomē meū ſōl iuſtitiæ, & i k
a ¶Vt ſanatos per pœnitentiam in humeris ſuis portet. ¶Tūc. b ¶Qui nunc ſeculo,quaſi carcere incluſi eſtis.
ſanitās in pēnis eius. Egrēdiemini & l m
a ¶Vn̄:Cupio diſ.& eſſe cū Chriſto.¶Vel de uinculis relaxari. n
†ſaliētis ſicut†vitulus de armēto, & o
a ¶Nec hoc ſine lætitiæ contenti calcabitis impios.
a calcābitis impios cū fuerint cinis ſub
¶Diſſoluti,aridi,impotentes reſiſtere.
planta pedū veſtrorū:in die qua ego p
a ¶Ad ſpiritualem intelligentiā inuitat.¶In futuro iuxta merita erit retributio,ergo dum eſt tp̄s merendi obſeruate legē.
b facio dicit dn̄s exercituū.Mēmētote q
legis Moyſi ſerui mei,quam mādar
a ¶Quæ eſt Sina. b ¶Dirigendum.
c ui ei in Orēb ad omnēm Iſrael præſ
a ¶In qua ſunt. ¶Quid agant. b ¶Recipiant.
d cēpta & iūdicia.Ecce ego†mittā uo- t u
bis Eliā prophetā, anteq̄ veniat dies x
a ¶Si Elias nō ante cor patrū cōuertetur ad fili.& cor fi.ad pa. eorum.cum veniet dies domini magnus iuſtis, horribilis impiis percutiet unus iudex nō cœlū,nō eos,qui in cœlo uerſantur,ſed terram anathemate.i.eos qui faciunt opera terrena.
domini magnus et horribilis.Et cōn y
uertet cor patrum ad filios,& cor filiorum ad patres eorum,ne forte†ve z
¶Iudicaturus. a ¶Separando oues ab hædis.
niā & ꝑcutiām terrā † anathemate. a b

totaliter excluſa in noua lege,ita ꝙ nō poſſunt obſeruari licite,eo quòd erāt reſpectu no. teſta. figuræ & ideo ceſſauerunt adueniente ueritate.

u Ecce ego mit. *Eliam prophetam,qui ad hoc reſeruatur in uita cum Enoch:vt prædicent contra perfidiam Antichriſti,ideo ſubditur:*

x Antequā ve.di.*i.dies iudicij:quam diē ꝓcedet ꝑſecutio Antichriſti.*

y Et cō.cor.pa. *reducēdo illos qui tūc erūt increduli ad fidem Chriſti,in quem crediderunt patres antiqui:& ſic illi patres diligūt filios & econuerſo in charitate Chriſti.*

z Ne for. *In Hebræo, non eſt forte, quia aduentus Chriſti ad iudicium certus eſt:Poteſt etiam dici ſecundum tranſlationem noſtram, ꝙ non ponitur hic forte propter incertitudinem aduentus:ſed propter incertitudinem determinati temporis. Vnde Chriſtus dicit Act.1.a.Nō eſt ueſtrum noſſe tempora vel momenta &c.* †clybanus

a Et per.*i.habitantes in terra generaliter.*

b Anathema.*i.ſempiterna ſeparatione ab ea:quia nullus homo habitabit terrā ultra, ſed aliqui.ſ. electi adhærebunt Deo ſempiterna fruitione. Quam nobis concedat, qui cum patre & ſpirituſancto viuit & regnat Deus in ſecula ſeculorum. Amen.* †24.q. quoniā rus De ſe.diſ. nec quam.

MORALITER.

✻ a *Ecce enim.*Hoc ad literam exponitur de die iudicii generalis.Moraliter āt poteſt exponi de die mortis,quę eſt dies iudicij particularis:ideo ſubditur:

b *Succenſa.*ſ.reprobis qui ſtatim portantur ad pœnam ignis infernalis:ideo ſubditur:

c *Et erunt &c.quæ non dere.* i. ſpecie reuertendi ad vitam præſentem. H

g *Et germen.*i.merendi virtutem.

h *Et orietur uo.*ſcilicet electis.

i *Sol iuſtitiæ.*i.lumen gloriæ perfecta tamen purgatione.

k *Et ſani.* per dotem impaſſibilitatis in corporibus reſumptis.

l *In pennis eius.* per dotem agilitatis, ideo ſubditur: † mitto

m *Egrediemini.*hoc dicitur,quia damnatorum pœna electis eſt conſolationis materia.Et quoniam ad gloriam conſequēdam requiritur prędedēs meritum.ideo ſubditur:

q *Mementote le.Moyſi.*i.Chriſti per Moyſen figurati. †occiſ

r *Quam man.*Ibi.n.audiēte populo Deus decem præcepta dedit: quæ Chriſtus in Euangelio repetit, etiam ad eorum obſeruantiam inducit di.Matth.xix.c. Si uis ad vitam ingredi ſerua mandata.Et ad idem faciendum inſtituit Apoſtolos & alios diſcipulos & ſucceſſores eorum, ideo ſubditur:

u *Ecce ego mittā uobis* Quilibet.n.prædicator habens Dei zelum & ſalutis animarum Elias ſpiritualiter poteſt dici.

x *Antequam ueniat dies domini magnus.*i.ante diem iudicij generalis,qui magnus erit electis propter magnitudinem boni quod tūc conſequentur, & horribilis reprobis propter horrorem pœnæ ad quam damnabuntur.

y *Et conuertet cor.pa.ad fi.* Multi.n.patres conuerſi ſunt ad fidem catholicam per filios,& econuerſo multi filii per patres:& ſic erit de futuro ante iudicium generale.

z *Ne for.ve.*Iſtud forte non importat dubium de aduentu Chriſti ad iudicium,quia certū eſt,quòd ueniet:ſed importat dubium temporis iudicij,quod omnibus eſt ignotum.

a *Et percu.ter.ana.* Per terram intelliguntur homines terreni in amore terrenorum totaliter fixi, qui tunc excommunicabuntur penitus a Dei ſocietate & electorum.

NIC. DE LYRA. CAP. IIII.

ECce enim.*Hic prædictus error remouetur magis explicite ex præmiatione bonorum & punitione malorum & primo,ponitur malorum punitio:ſecundo,bonorum retributio,ibi,Et orietur.Circa primum dicitur:*

a Ecce *ſ.iudicij.*

b Succēſa. *quia illam diem pręcedet ignis cōflagrationis ad purgationem elemētorū, & eam ſequetur ignis gehennæ ad punitionem reproborum,ideo ſubditur.*

c Et erunt. *peccantes contra Deum.*

d Et om.ſa.im.*per peccata cōtra ꝓximū.*

e Stipula.*incendio gehennæ deputata.*

f Quæ non dete.*quia poſt finalem ſententiam non erit tempus nec locus reuertendi ad gratiam.*

h Et orie.*Hic conſequenter ponitur bonorum retributio, cū dicitur.* Et orie.vo.ti.no.meum. *timore filiali,quia habet charitatem annexam.*

i Sol iu.*i.Chriſtus q tūc apparebit electis retributor et ſaluator iuſtus.*

k Et ſa.*ſ.orietur qa ꝑ ipſum electi gloriā aīæ & corporis cōſequentur.*

m Egre. *ad conſiderationem pœnæ reproborum quam euadetis.*

n Et ſalietis.*quia talis uiſio erit eis exultationis occaſio: Tum propter eius euaſionem: Tum propter diuinæ iuſtitiæ impletionem, ſecundum quòd dicitur Pſal. lvij.b. Lętabitur iuſtus cum viderit vindictam &c.*

o Et cal.im.cū fue.ci.*i.afflicti pœna ignis gehennalis,quia corpora dānatorum non incinerabuntur,ſed ſemper viuent vt ſemper crucientur.*

p In die qua ego fa.*i.in die iudicij.*

q Mementote.*Hic conſequenter ponitur generalis monitio & maxime Iudæorum,quorum plures conuertētur ante iudicium,ideo dicitur:* Memēto le.Mov. *in qua fit mentio de aduentu Chriſti,ſecundum quòd dicit Saluator Ioh.v.g.Si crederetis Moyſi,crederetis forſitan & mihi.*

r Quam man.ei in Oreb.*Exo.xx.*

ſ Præcepta.*ſ. decalogi,quæ ſeruanda ſunt tempore no.teſta.*

t Et iu.*i.illa quæ continēt iuſtum modum uiuendi ad proximum, quæ ſimiliter ſeruantur in noua lege:licet non eodem modo quantum ad omnia,quia præcepta iudicialia,quæ ſeruantur in noua lege obligant ut de nouo inſtituta,De ceremonialibus vero non fit hic mētio:quia illa ſunt totaliter*

In cap.iiij.vbi dicitur in poſtil. Præcepta.ſ.decalogi.

ADDITIO.

Vbi nos hēmus in hoc loco p̄cepta & iudicia,in Hebræo hī ceremonias & iudicia, unde ex hoc loco æſtimāt Hebræi hēre cōtra nos ualidum argumentū ad probandum, ꝙ ceremonalia non dēnt ceſſare tp̄e Meſſiæ,ut habetur cōmuniter in expoſitionibus eorū: ſed bene



A ſed bene aſpicienti veram & propriæ literæ ſignificationem ex hac autoritate non hn̄t intētum,ſed forte ex ea poteſt oppoſitum probari.Ad quod ſciendum ꝙ aliud eſt dicere:Mementote legis Moyſi,& aliud eſt dicere: Seruate legem Moyſi &c. Nam ad ſeruandā legem requiritur facere ea quæ in lege præcipiuntur, & uitare ea quæ in lege prohibentur. Ad memoriam vero legis habendā hoc non requiritur:ſed ſufficit hr̄e memoriam de lege in mēte ad eius ſpūalem intelligentiam percipiendam: Vn̄ in hoc loco propheta ad ſpūalem legis intelligentiam inuitat ſm̄ glo. interlinearē, non aūt exhortatur ad obſeruantiam legis: & ſic ex iſta autoritate hr̄ ꝙ ceremonialia & iudicialia legis Moſaicæ,de quibus hic tm̄ fit mētio ſunt habenda in memoria mō prædicto,non aūt ſeruanda, qđ eſt contra eos.Si.n.propheta intenderet exhortari populum ad legem Moſaicam perpetuo obſeruandam, vtiq; dixiſſet:Seruate ſeu cuſtodite legem Moyſi,ſed hoc non dixit:ſed mementote legis ad innuēdum qđ ſupra dictum eſt:Et notandum, ꝙ hanc differentiā inter cuſtodire præceptum,& memoriam habere de præcepto ſeu de lege,ponit Ra.Moyſes Gerūdien.in expoſitione ſup Pētateuch. ſuper illud uerbum:Exo.xx.b.Memento ut diem ſabbati ſanctifices:& illud uerbum Deu.v.Obſerua diem ſabbati,dicens ꝙ primū uerbum importat præceptum affirmatiuum ſolum de memoria ſabbati habenda, & ſecundum uerbum importat præceptum de cuſtodiendis omnibus quæ cuſtodienda ſunt in ſabbato.

In eo.ca.ubi dicitur in poſtil. Et conuertet cor patrum ad filios.

ADDITIO III.

Hoc quod dicitur de Elia: Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: uidetur proprie exponēdum de ſancto Iohanne Baptiſta qui præceſſit Chriſtū in ſpū & uirtute Eliæ, C Luc.j.Iſte.n.conuertit cor patrum ad filios, inquantum digito demonſtrauit filijs Chriſtum in quem cor patrum fide & deſiderio tendebat: ſed hoc in ſingulari uago, non aūt in ſingulari demōſtrato. Similiter conuertit cor filiorum ad patres eorum inquantum Chriſtus quem filijs digito demonſtrauit, eſt ille in quem patrum fides & deſiderium tendebat ſaltem in ſingulari vago,& ſequitur: Ne forte ueniam & percutiam terram anathemate.q.d.ſi ſine præcurſore pręcedente veniſſem deficiente demonſtrāte me deficeret fides mea:& ſic terra eſſet percutienda anathemate &c.

REPLICA.

In cap. iiij.ubi dicitur:Et conuertet cor patrum ad filios: poſtil. exponit de Elia; quia hoc faciet præcurrendo ſecundum aduentū Chriſti.Bur.autem exponit de ſancto Iohanne Baptiſta:Sed illa expoſitio eſt myſtica, ſicut Iohānes fuit myſticus Elias:quia uenit in ſpiritu & uirtute Eliæ: Expoſitioni etiā Bur. ſi literalis eſſe debeat occurrunt inconuenientia: Primum quia in litera dicitur de die præuenienda magna & horribili; Iohannes autem non præuenit diem horribilem,ſed deſiderabilem.Item dicitur de non conuerſis per Eliam comminatorie. Ne forte ueniam & percutiam terrā anathemate;Iohannes autem non præcurrit talem percuſſorē,quia Chriſtus non uenit poſt Iohannem iudicare,ſed iudicari:Nec uenit vt iudicet terram uel percutiat.ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.Huius ſalutis participes nos faciat Chriſtus ipſe Ieſus in ſecula ſeculorum benedictus, Amen.

GLOSSA ORDINARIA.

*Epiſtola Rabani ad Ludouicum regem.*

DOmino excellentiſſimo & in cultu Chriſtianæ religionis ſtrenuiſſimo Ludouico regi:Rabanus viliſſimus ſeruorum Dei in dn̄o dn̄orum perpetuam optat ſalutē: Cum ſim promptus aīo ad parendum atq; ſeruiendum veſtræ voluntati:quotidie cogito quid honorificentiæ vr̄ę gratum exhibeā, vt mei memoria ſedulo apud vos maneat:& deuotio mentis meę erga obſequium
B veſtrum appareat. Vnde grādis mihi quæſtionis

Incipit expoſitio fratris Britonis ordinis minorum ſuper prologum Machab.

MAchabæorum libri duo prænotant &c. *Antequam exponamus prologum prelibemus quædam antecedentia quæ neceſſaria indicamus; & primo notandum ꝙ lib. Machabæorum non ſunt de Canone: leguntur tamen in eccleſiis per conſtitutionem Romanę eccleſię. Item duæ epiſtolę Rabani quarum vna ſcribitur Ludouico regi Francorum, & altera Geroldo Archidiacono, nunquam in Biblia ſunt ſcribendæ, nec prologi ſunt dicendæ: quarum occaſione nonnulli ſic errant,ut libros iſtos credant a Rabano fuiſſe translatos,cum ipſe non tranſtulerit ſed tantum fuerit commendatus. De his duobus libris dicit Hie. in prologo galeato Machabęorum: primum Hebraicum repperi: ſecundus Græcus eſt, quod ex ipſa phraſi probari poteſt.Item nullam uideo in dictis epiſtolis difficultatem niſi quòd aliqui dubitant de ſignificatione huius nominis Vangion. Sunt autem Vangiones populi quidam de quibus dicit Lucanus in primo. Et qui de laxis imitantur ſarmata brachis Vangiones, batauique truces &c. His uiſis ad prologum accedamus. Diuiſio iſtius prologi currit per continentia & contenta: & primo tangitur de continentibus ſcilicet de duobus libris Machabæorum, ſecundo, de contentis ſcilicet de diuerſitatibus contentorum ibi: Prænotant prælia &c. Item in prima parte primo ponit Hierony. operis titulum, cum dicit: Machabæorum libri: ſecundo ponit diſtinctionem librorum vel numerum, cum dicit: Duo in parte ſecunda tanguntur contenta ſub triplici differentia: Quædam enim dicuntur de maioribus principaliter: quædam de omnibus communiter, quædam de aliquibus ſingulariter: Principaliter de maioribus recitantur ducum prælia, ibi: Prænotant prælia &c. & Iudæ trophea, ibi: Et nobiles Machabæi ducis triumphos: & eius præeminentia,ibi; Ex cuius nomine &c. Communiter de omnibus recitatur ſabbatorum pugna, ibi: Pugnam quoque ſabbatorum. vnde. 1. Macha. 2.e. dicitur. Dixit vir proximo ſuo. ecce communitas omnium, & ſequitur ibidem:Omnis homo quicunque venerit aduerſus nos in bello die ſabbatorū pugnemus aduerſus eum &c.Singulariter de aliquibus recitantur ſeptem fratrum martyrum geſta, & eorum matris conſtantia, ibi:Hæc quoque hiſtoria.Dicit igitur Hierony.*

*Incipit Prologus beati Hie. presbyteri in libros Machabæorum.*

MAchabæorum libri a
duo ꝓnotant ꝓlia in
ter Hebręorum du b
ces gētēq; Perſarū: c
pugnā quoq; ſabba
torū,& nobiles Machabęi ducis triū d e
phos: ex cuius noīe & libri ijdē ſunt
nūcupati.†Hæc quoq; hiſtoria cōtinet ēt inclyta illa geſta Machabęorū f
fratrū, q ſub Antiocho rege ꝓ ſacris
legibus dira tormenta perpeſſi ſunt.
Quos mr̄ pia dū diuerſis ſupplicijs
vrgerētur,non ſolū non fleuit, ſed et
gaudēs hortabaī ad gloriā paſſionis.

a Machabæorum libri duo. *Nota quòd in hiſtorijs ſcribitur, quòd in ſecundo libro Macha. non eſt hiſtorię proſecutio ſed proſecutæ recapitulatio.Eſt enim epiſtola quam ſcribit Iudas Machabæus & ſenatus Iudæorum Ieroſolymę diſperſioni Iudæorum quę exulabat in diuerſis regionibus orientis &c.Rabanus magis lucidat ueritatem ſuper principium ſecundi libri:Dicit enim, ꝙ ſecundus liber diuerſam habet a priore narrationem, ſed tamen hiſtoriæ non deſtruit veritatem:quæ licet multa prioris contineat teſtimonia,tamen perplura interſerit quæ in illo non inueniūtur.*

b Hebræorum du.*ſ.Mathatiam, de quo. 1.Mach.ij.& Simonem de quo habetur eodem G.& Iudam Machab.de quo.1.Mach. iij.& in pluribus ſequentibus ca. & Ionathan.de quo.1.Mach.ix.* D

c Gent.*Iſidorus in.ix.Etimol. dicit ꝙ Perſę a Perſeo rege vocati ſunt, qui è Græcia Aſiam tranſiens ibi barbaras Gentes graui diuturnoque bello perdomuit; nouiſſime victor nomen ſubiectę Genti dedit:idem in. xiiij.Mædia & Perſia a regibus Mædo & Perſeo cognominatę ſunt:ex quibus Mædia ab occaſu, tranſuerſa Parthia regna amplectitur, a ſeptentrione Armenia circundatur,ab ortu Caſpios videt: a meridie Perſiam: Perſia autem tendens ab ortu vſque ad Indos: ab occaſu rubrū mare habet: ab aquilone vero Mædiam tangit, ab auſtro Armeniam quæ Perſiæ annectitur:De prælijs ducum habetur in multis locis.De Matathia et ſuis dicitur.1.Mach.ij.e. Collegerūt exercitū & pcuſſerūt pctōres in ira ſua. Item de Iuda et ſuis dicitur.1.Mach.iij.a. Pręliabātur ꝓlia Iſrael cū lętitia.Et ibidē ſequitur qūo Iudas iuit obuiā Apollonio & percuſſit & occidit eum, & multa alia exempla patent.*

d Nobil.*qa cū paucis deuicit multos & fortes.1.Mach.iij.b.Qūo poterimus pauci pugnare aduerſus multitudinē tātā & tā fortē? & ſeqtur ibi:Inſiluit in eos ſubito,& cōtritus eſt Serō et exercitus ipſius in cōſpectu eius.Itē eod.iiij.a.Ait Iudas viris q ſecū erāt:ne timueritis multitudinē eorū,& impetum eorū ne formidetis;& ſeqtur: Cōgreſſi ſunt,& cōtritæ ſunt Gētes & fugerunt in campū &c. Itē in eodē: Commiſerunt prælium & ceciderunt de exercitu Lyſiæ quinque milia uirorum &c,*

e Mach.*i.Iudæ.de quo dicitur.1.Mach.iij. a. Surrexit Iudas q vocatur Mach.Interpretatur aūt Machabæus protegens uel protectio.Et de ipſo dicitur.1.Mach.iij.ꝙ ꝓtegebat caſtra gladio ſuo;& ab iſto Machabæo denominantur libri Machabæorum,in quo notatur eius præeminentia; vnde ſequitur:Ex cuius nomine libri ijdem nuncupati ſunt.*

f Geſta Ma.*de quibus legitur.ij.Mach. vij.a. Cōtigit ſeptē fratres una cū matre apprehēſos cōpelli a rege edere contra fas carnes porcinas.Itē in quodā prologo qui in quibuſdam Biblijs inuenitur & incipit: Machabæorum libri &c.dicitur ſic: Machabæi ſeptem fratres ab vna matre Machabæa nomine geniti cuſtodientes legem, patris traditionem, non manducantes carnem porcinam: ob hoc ab Antiocho rege ſęuiſſimo in Antiochia martyrij gloria coronati ſunt cum matre ſua, atque ſepulti cum magna veneratione ibi requieſcunt. De eorum ſupplicijs & de conſtantia matris legitur.ij.Macha.ſeptimo.* Machabæorum fratres

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E quæſtionis anguſtia in animo uerſatur, cogitandi quid potiſſimum reuerentiæ ueſtræ offerā: qñ alij iuxta id quod ſibi cōdecet, & opulentia rerum vires illis miniſtrat, multiplicia munera vobis deferunt. Ego autem ita per me hoc non efficere poſſe ſentio, ſed tñ uacuus a munere penitus nō ero: qa iuxta pauptatem virium mearum & ingenij tenuitatem, ea quæ in meditatione ſctārū ſcripturarū elaboraui offerre decerno: q̄ licèt nō ſunt condigna prudentiæ vrę, tñ credo nō ſunt vbiq; ſpernenda. Præterito ſiquidem anno tranſmiſi vobis tractatum in Danielem pphetam, quem non ſolum ex dictis maiorum, quinetiam ex nrę paruitatis ſenſu confeceram. Nunc uero quia tempus eſt illud quo Romana eccleſia conſtituit libros legi Machabæorum in eccleſia: eorundem librorum expoſitionem quam ante annos aliquot rogantibus amicis ſenſu hyſtorico ſimul & allegorico dictaueram, excellentiæ veſtræ defero, vt ſi aliqñ ſenſum myſticum in eis uos dignoſcere delectet, habeatis in promptu quo illum explicitum inuenire ualeatis: non dico ualde diſerte et oratione rethorica, ſed lucido ſermone & catholica fide. Vos quoq; ſi qd in p̄dicto ope reperiatis uobis gratum & rite platum, eius grę hoc deputetis a quo eſt oē bonū. Si qd aūt minus recte vel inconueniēter poſitū uobis ibidē videat: imperitiæ meæ magis deputetis q̄ malitiæ q q̄diu in hoc corpuſculo vixero, in Chriſti ſeruitio put poſſibilitas fuerit laborare contēdo. Ipſius enim eſt miæ, ut qui mihi in aīo hoc dedit uelle ipſum, me bono
Pſ.144.d opere faciat conſummare. De quo propheta ait: Prope eſt dominus omnibus inuocantibus ſe in ueritate: & non derelinquet omnes qui ſperant in ſe. Diuinitas domini noſtri Ieſu Chriſti diu uos hic incolumes, & legis Dei veritatem amantes ad multorum ſalutem cuſtodiat: & poſt huius uitæ curſum ad ueram, & æternam beatitudinem peruenire concedat.

*Item alia epiſtola Rabani.* G

Euerēdiſſi. & oī charitatis & officio digniſſimo Geroldo ſacri palatij archidiacono, Raban⁹ vilis ſeruorū Dei ſeru⁹ ī Xp̄o ſalutē. Memini me ī palatio Vāgionū ciuitatis ꝯſtitutū, tecū hr̄e ſermōē de eminētia ſcripturarū ſctārū, & de difficultate diuinarū hiſtoriarū: ī qb. nō ſolū p aliq̄ta loca pp varietatē rerū et ſitū puinciarū obſcur⁹ eſt ſēſus, q̄etiā p tropos figurarū occult⁹ eſt ītell's. Et qa eodē tpe cōmētarios in libros Regū nup a nobis editos, venerabili abbati Hilduino tradiderā: tu qdē puitatem meā exhortatus es quatenus in lib. Paral. atq; Macha. cōmētarios iuxta veſtigia maiorū pari ſtudio ꝯderē: feci q̄tū potui, & prioris libri expoſitionē Ludoico regi editā dedi, ſeq̄ntis uero tuæ ſctitati tradēdā reſeruaui, ut petitio tua nō eēt vana, neq; hr̄es me ſugillādū: quaſi tibi rogāti nollē cōferre, qđ alijs gratis cōtuleri. Proinde qa iā cōfectū opus hēs, vtere eo ſicut decet ſeruū Xp̄i cū cōione multorū, & qđ ſolus impetraueras, ad plimorū vtilitatē puenire facias. De cętero quoq; volo ſcire ſctitatē tuā, qm ipſū opus iō parti de diuina hiſtoria, ptī de Ioſeph Iudæorū hiſtorici traditione: ptim uero de aliarū Gētiū hiſtorijs cōtexui: vt qa nō tm̄ gētis Iudęę ac prīcipū ei⁹, ſed & aliarū Gētiū ſilr ī ipſo lib. mētio fit, ex multorū lib. collōne veritas ſacrę hiſtorię pateat, et ſēſus narrationis eius lectori lucidior fiat. Tu uero ſi qd in memorato tpe tibi gratum atq; vtile inueneris, largitori oīum bonorū inde grās referas. Si qd aūt rephenſibile in eo eſſe proſpexeris, nr̄æ infirmitati et imperitię deputes: & apud clementē iudicē veniā impetrare nobis p ſacras orōnes feſtines. Sicq; optimo largitori dignū honorē, & fragili opifici oportunū cōferes ſolatiū. Fraternitatē tuam diuina maieſtas pſperis ſucceſſibus pollentē: & æternæ beatitudinis gaudia pmerentē, omni tpe nr̄i memorē cōſeruare dignetur.

Vangiones ſunt populi Germaniæ quorū urbs nūc dicitur Vormatia.

*Item alius prologus.*

F Machabæorum libri, licèt non habeantur in canone Hebræorum, tamen ab eccleſia inter diuinorum uoluminum annotantur hiſtorias. prænotant autem prælia inter Hebræorum duces Genteſque Perſarum, pugnam quoque ſabbatorum & nobiles Machabæi triumphos, fœdus quoque amicitiarum cum Romanorum ducibus atque legationum. Machabæi ſeptem fratres ab una matre Machabæa nomine geniti, cuſtodientes legem, patris traditionem, non manducantes carnem porcinam, ob hoc ab Antiocho rege ſæuiſſimo in Antiochia martyrij gloria coronati ſunt, cum matre ſua, atque ſepulti cum magna ueneratione ibi quieſcunt. H

GLOS. ORDIN. CAP. I.

Ezech.1.a Et fa. eſt. Initiū libri Machab. ſilē eſt principio libri Ezechielis pphetę: ubi ſcriptū eſt: Et factū eſt in triceſimo anno in quarto mēſe &c. Vñ primū nobis quæſtio oritur. Cur is qui adhuc nihil dixerat, ita exorſus eſt dicens.

a *Et factum eſt poſtquam &c.* Et nanque ☞ ſermo

*Incipit liber primus Machabæorum qui non eſt in Canone.*

CAPVT I.

a ET FACTVM eſt poſtquam percuſſit Alexāder

Poſtilla uenerabilis pa. fra. Nicolai de Lyra ſuper libros Machabęo. incipit.

CAP. I.

Et fa. eſt poſtq̄. *Poſt hiſtoriam Iudith quantum ad hyſtorias in ſacra ſcriptura contentas ſequitur hiſtoria in libro Machabęorum deſcripta ratione dicta in principio libri Thobiæ, licet per magnum tempus contigerit poſtea. nā hiſtoriam lib. Iudith contigit tempore Cambyſis filij Cyri, ſecundum cōmunem expoſitionem doctorum noſtrorum, quā ſecutus ſum exponendo lib. illum, hiſtoria vero Machab. contigit tempore Antiochi Epiphanis regis Syriæ, vt patet in princip. primi lib. Veruntamen hiſtoria videtur intricata pp duos frēs. ſ. Seleucum & Anthiochū Epiphanē & eorum poſteros, qui ſe mutuo expulerūt de regno, guerra inter eos quaſi implacabili cōmota. Ad euidētiā igitur hiſtoriæ aliquid eſt hic præmittendū*
Quid poſt mortem Alexādri magni. *de dicti regni ſucceſſione. Sciendum igitur, ꝙ poſt mortē Alexandri magni eius monarchia in quatuor regna fuit diuiſa. ſ. Macedonię, Aſiæ, Aegypti, & Syriæ, ſicut Dan. viij. fuerat pphetatū: ſed de duob. primis regnis nō fit mētio in .1. Macha. lib. ſed pcedit ſcđm pceſſum regni Syriæ, qđ multū Iudæā afflixit reſiſtētibus put poterāt Machabæis: & aliqua de regno Aegypti occaſionaliter interponit. Sciēdū igitur, ꝙ mortuo Alexandro magno primus regnauit in Syria Seleucus, & alij quatuor poſt ipſum: & ſextus fuit Antiochus magnus q duos habuit filios. ſ. Seleucū Philopatorē q ſibi ſucceſſit in regno tanq̄ primogenitus, & Antiochum Epiphanem qui traditus fuit Romanis obſes, & audita morte patris & inertia Seleuci ſui fratris uenit in Syriā, & ab aliquibus ciuitatibus receptus fuit & tādem Syriæ regnū obtinuit, pp qđ inter poſteros eius & poſteros fratris ſui de Syriæ regno fuit lōga cōcertatio, & aliquando prævalebat una pars, aliquādo vero altera, & Syria de una poſteritate ad aliā trāſibat: ut patet in figura hic poſita in cuius ſummitate ponitur Antiochus magnus & eius duo filij in duobus lateribus deſcēdēdo, & ſub eis eorū poſteri. proceſſus uero regni incipiendo ab Antiocho magno de poſteritate vnius filij ad alterius poſteritatem uel in eadem poſteritate de patre ad filium vel ad alium ſucceſſorē pater in linea tranſuerſali de minio facta. Et ad maiorem euidentiā ſuper quēlibet ſucceſſiue regnū obtinētē poſui literas alphabeti ſcđm proceſſus ordinē dicti regni: Et quoniam de ſummis ſacerdotibus Iudęorū in lib. Macha. fit mentio: Ideo ſciendū: ꝙ Iadus Alexandri tēpore fuit ſacerdos ſūmus, poſt eum Onias, ſub quo Ptolemeus Sother rex Aegypti multos Iudæos captiuauit, poſt eum Simon iuſtus, deinde Eleazarus frater eius: deinde Onias Simonis iuſti filius, qui uſque tunc fuerat puer: poſt eum Simon filius eius: deinde Onias filius eius tempore Antiochi magni et Seleuci eius filij: cuius tempore Heliodorus ad ſpoliandum ærarium in Ieruſalem fuit miſſus; & hic Onias ſecundum Ioſephum lib. xij. antiquitatis Iudaicæ cap. vi. habuit duos fratres ſcilicet Iaſonē & Menelaum qui ſucceſſiue licet vſurpatiue tenuerunt ſummum ſacerdotium, quibus ſucceſſit Alchimus per inſtitutionem violentam Antiochi Epiphanis: quia non erat de linea ſacerdotali licet deſcendiſſet ab Aaron, ut habetur. infra. cap. vij. & tunc ſacerdotium deuenit ad Machabæos, qui Antiocho regi & eius factis quantum poterant reſiſtebant. Habebant etiam ibi aliquid iuris, nam Matathias pater eorum deſcenderat de illis xxiiij. quos Da-* ¶ *uid inſtituerat*

Summi ſacerdotes Iudæorum Ioſephus.

MORALITER.

✱ a *Et factum.* Per iſtum Alexandrum qui largiſſimus fuit, & de terræ principibus triumphauit, Myſtice ſignificari poteſt dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui ex libertate maxima non ſolum ſua, ſed etiam ſeipſum nobis donauit: & de principibus & de poteſtatibus malignis potenter triumphauit, Col. ij. c. Expolians principatus & ptātes, traduxit confidenter palā triūphās illos in ſemetipſo. ✱ *Decidit in*



A ſermo coniunctionis eſt, & ſcimus quia non coniungitur ſermo ſubſequens, niſi ſermoni præcedenti. Qui igitur nihil dixerat, cur dicit: Et factum eſt: cum nō ſit ſermo cui hoc quod incipit ſubiungatur: Qua in re intuendum eſt, quia ſicut nos corporalia, ſic pphetæ & ſcriptores diuinorum librorum ſenſu ſpūalia aſpiciūt: eiſq; & illa ſunt præſentia quæ noſtræ ignorantiæ abſentia uidentur. Vnde fit vt in mente prophetarum ita coniuncta ſint exteriorib. interiora, quatenus ſimul utraq; videāt, ſimulq; in eis fiat & intus uerbum quod audiunt, & foris quod dicunt. Patet igitur cauſa cur qui nihil dixerat, inchoauit dicens: Et factum eſt. Deinde ſubiungit: *Poſtquam percuſſit Alexan. Philippi rex Macedo, q prim regnauit in Gręcia, eg. de ter. Cethim, Darium Perſarum regem & Mœd.* Itaq; Alexādrū Philippi & Olympiadis filium, Darium regem Perſarum atq; Mœdorum occidiſſe oībus manifeſtum eſt. Quod & Daniel in uiſione ſua qua hircum capratum arietem uētilantē cornibus contriuiſſe deſcribit, euidenter expreſſit. Sed quæritur qūo dicatur Alexander primus regnaſſe in Græcia, cum multi ibidem in diuerſis locis añ regnaſſe reperiant. Multo. n. ante Argiuis, Athenienſibus, Lacedemonijs, Corinthijs & Lydis reges præfuerunt, necnon in Macedonia, non primus rex eſſe Alexander inuenitur, ſed viceſimuſquartus. Primus. n. rex Macedonū Carranus erat, eo tpe quo Hebręorum Iuda Azarias qui & Ozias rex fuit, & Hebræorum Iſrael rex Ieroboam, Latinorum quoq; Procas Siluius, & Lacedęmoniorum Alcameus: Corinthiorumq; Alexander, & Athenienſiū Theſeus. Sed ideo primus regnaſſe dr̄ in Græcia Alexander, quia cæteris regibus in ſingulis partibus antea regnātib. primus ipſe & ſolus in tota græcia regnauit. Nam ſubuerſis Thebis, in Perſas arma corripiens apud granicum fluuiū inito certamine Darij duces ſperauit, & ad extremum ipſum percuſſit arietem, & duo eius cornua confregit, Mœdos atq; Perſas, miſitq; eū ſub
B pedib. ſuis, & vtrunq; cornu ſuo ſubiugauit imperio. Qđ aūt dr̄ egreſſ⁹ de Cethim, de ipſa Grecia ſignat. Cethim. n. fuit de poſteris Noe, hoc eſt de filijs Iauā, filij Iaphet, filij Noe. Et Scythimam inſulam habuit, quæ nūc dr̄ Cyprus, ut Ioſephus teſtis eſt: & ab ea oēs inſulę & maritima loca Cethim Hebraice noīantur. Legamus Varronis de antiquitatib. libros, & Siſinij Capitonis & Græcū Flegōta, cęteroſq; erudiſſimos uiros, & uidebimus oēs pene inſulas, & totius orbis litora & terras mari vicinas, a Græcis accolis occupatas, qui ab Amano & tauro montibus oīa maritima loca vſq; ad oceanū poſſedere britannicū.
a *Conſtituit,* inquit, *prælia mul. & omnium obti. muni. & interfecit reges ter. & accepit ſpolia mult. gen. & ſiluit ter. in con. e.* Igitur Alexander magnus (ſicut tradunt hiſtoriæ) poſt Darij mortem Hircanos ac Gyrodomanos ſubegit Poſt hęc parthorum pugnam aggreſſus eſt, quos diu renitentes deleuit prope modum antequam uicit Inde Thraces euertit, atq; Apamenos ac ſopios cæteroſque populos qui in caucaſi radice morabantur ſubegit, urbe ibi Alexandria ſuper amnem Thanaim conſtituta. Sed humani ſanguinis inexaturabilis ſiue hoſtium ſiue etiā ſociorum recentem tamen ſemper ſitiebat cruorem. Itaque pertinaci impetu in bella procurrens, Choroaſmos & Aciatas indomitam gentem in deditionem accepit. Caliſthenem philoſophum ſibiq; apud Ariſtotelem condiſcipulum cum plurimis alijs principibus, cum eum depoſito ſalutandi more, ut Deum non adoraret, occidit. Poſt hæc Indiam petit ut oceano vltimoque oriente finiret imperium, Niſan urbem adijt, Dedalos montes regnaq; Theophilis regīnę expugnauit. Quæ cum ſe dediſſet concubitui regio, regnum redemit. Peragrata perdomitaq; Alexander India, cum ad ſaxum miræ aſperitatis & altitudinis in quo multi populi loci confugerant perueniſſet, cognouit Herculem ab impugnatione eiuſdem ſaxi terremotu prohibitum, æmulatione permotus, ut Herculis acta ſuperaret, cum ſummo labore ac periculo ſaxo potitus, omnes loci eius gentes in deditionem accepit. Cum Poro fortiſſimo Indorum rege cruentiſſimum bellum geſſit. Poſtea cum orientales populos ſingularum prouinciarum
C non ſine cruenta victoria cepiſſet, conſcenſis nauib. cum oceani littora peragraret, ad urbem quandā cui rex Ambira præerat peruenit. Sed in expugnatione ciuitatis magnā partem exercitus ſagittis hoſtium veneno illitis amiſit. Ac poſt herba quæ per ſomnum ſibi oſtenſa eſt, in potum ſaucijs data cūm reliquis ſubueniretur, vrbem expugnauit & cepit. Poſt quam circum actam ad oceanum & Indum flumen ingreſſus Babyloniam celeriter redijt vbi eum cum exterritarum totius orbis prouinciarum legati expectarent, hoc eſt Carthaginenſium, & totius Aphricę ciuitatum, ſed & Hiſpanorum, gallorum, Siciliæ, Sardiniæq;, plurimæ præterea partes Italiæ, tantus timor in ſummo oriente conſtituti ducis populos vltimi occidētis inuaſerat, vt inde peregrinam cerneres toto mūdo legationem, quo uix crederes perueniſſe rumorem. vnde bene ſcriptum eſt.
b *Et ſil. t. in con.* eius quia nullus ei rebellare audebat.

☞ *Et poſt*

a Philippi rex Macedo, qui primus regnauit in Græcia, egreſſus de terra Cethim, Darium
b regem Perſarum & Mœdorum,
c conſtituit prælia multa &
d omnium obtinuit munitio-
e nes, & interfecit reges terræ.
f Et pertranſijt uſque ad fines terræ, & accepit ſpolia multitudinis gentium: & ſiluit ter-
g ra in conſpectu eius. Et congre-
h gauit uirtutem & exercitum fortem nimis, & exaltatum eſt

NIC. DE LYRA.

¶ *uid inſtituerat ad deſeruiendum templo domini per vices ſuas. 1. Paralip. Sed quia huius primi libri & ſecundi Machabæorum maior eſt autoritas quàm Ioſephi, cum ab eccleſia recepti ſint ad legendum: ideo non eſt dimittendus textus propter Ioſephum, ſed magis econuerſo. Secundo uero libro. iiij. ca. dicitur expreſſe quod Iaſon fuerit frater Oniæ, & quòd Menelaus & Lyſimachus fuerit frater Symeonis prępoſiti templi, & de tribu Beniamin, ſicut & iſte Symeon, vt habetur. ij. libro. c. iij. de Alchimo vero habetur. ij. lib. xiiij. quod fuerat ſummus ſacerdos tempore Antiochi Epiphanis, ſed eiectus fuit inde, eo quod ritu Gentilium fuerat inquinatus, quem tamen reſtituit Demetrius Seleuci: vt habetur ibi, & vii. ca. primi libri, & ideo ſecundum textum intendo exponere libros Machabæorum.*

Diuiſio. Diuiſio libri.

*Sequitur figura regum cum ſuis attinentijs.*




*Per figuram igitur præpoſitam patet proceſſus regni Syriæ quantum ad principes qui Iudæorum populum afflixerunt. Diuiſio tamen libri accipienda eſt ſecundum duces qui populum Iſrael liberauerunt. tamen liber totalis primo in duas partes diuiditur, ſecundum duos libros partiales, primum ſcilicet & ſecundum. Primus autem liber diuiditur in quatuor partes quia primo ponitur liberatio populi ſub Matathia. ſecundo, ſub Iuda. iij. cap. tertio, ſub Ionatha. ix. cap. quarto, ſub Symeone. xiij. Prima in duas: quia primo ponitur deiectio populi & templi facta per Antiochum Epiphanem. ſecundo, defenſio facta per Matathiam, capit. ſequen. Prima adhuc in tres ſecundum triplicem percuſſionem per Antiochum factam. prima facta fuit per ipſum perſonaliter, ſecunda per eius ducem, quæ ponitur ibi: Et poſt duos annos. tertia per eius nuntios & ſcripturam, ibi: Et ſcripſit. Circa primum primo deſcribitur affligentis origo. ſecundo, afflictionis occaſio, ibi: In diebus illis. tertio, afflictionis tempus & ordo, ibi: Et præparatum eſt. quarto multiplex afflictorum oppreſſio, ibi: Et conuertit. Circa primum dicitur:* D

*a* Et factum eſt poſtquam percuſsit Alexander. *ſcilicet magnus.* Philippi rex Macedo, qui primus regnauit in Græcia. *ſcilicet tota. nam in Macedonia, quæ eſt quædam pars Græciæ, prius regnauerat pater eius & plures alij: ſed iſte fuit primus monarcha non ſolum Græciæ, ſed etiam totius orientis: propter quod ab eo incipit regnum Græcorum.*

*b* Darium regem Perſarum. *Iſte Darius ſecundum Hebræos fuit filius Aſueri & Eſther reginæ, ſicut dictum eſt in principio libri Eſther & Daniel. & pluribus alijs locis. ſecundum alios vero hiſtoriographos fuit alius Darius, qui poſtea regnauit per longum tempus.*

*c* Conſtituit prælia mul. *contra regna reſiſtentia ſibi.*

*d* Et omnium obtinuit. *ſibi reſiſtentium.*

*e* Munitiones. *i. caſtra & fortalitia & bona in eis repoſita.*

*f* Et pertranſijt uſque ad fines terræ. *habitabilis ex parte orientis.*

*g* Et ſiluit terra in conſpectu eius. *quia nullus audebat ſibi reſiſtere uerbo vel facto.*

*h* Et co. ui & e. fo. *Hoc ponitur ad reſpondendum tacitæ quæſtioni, qua poſſet quæri: Quomodo fecit tanta cum paruum eſſet regnum Macedoniæ? & reſpondetur, quod congregauit ſibi exercitum valde fortem non ſolum de Macedonia, ſed etiam de alijs locis, & bellatores vndecunque* ¶ *ſibi libenter*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

E a *Et poſt hæc.* Deuictis ubiq; gentib. vndiq; theſauros & opes earum Alexāder abſtulit. Vnde eo mortuo ſatellites atq; milites eius ꝑꝑ opum magnitudinem quas congregatas habebat, ac potentiam regni, ab inuicem diſſentiebant, ſicut Pompeius Trogus eiuſq; breuiator Iuſtinus in libris hiſtoriarum ſuarum oſtendunt, ſcribentes quod defuncto Alexādro in theſauris eius centū milia talēta auri reperta ſunt, & in annuo uectigalis tributo trecēta milia. Deniq; Alexander inter pericula præliorum Dei nutu ſeruatus, ad extremum cum in Babylone urbe moraretur per inſidias ſuorum interfect⁹ eſt, & maxime factione Antipatris ducis eius, qui per Caſſandrum filium ſuum eum ueneno extinxit: ſicut p̄dictus Pompeius Trogus narrat dicens: Quia cum Babylonem reuertens multis dieb. otio datis intermiſſum olim conuiuium ſollerter Alexander inſtitueret, totuſq; in lætitiam effuſus, cum diei noctem peruigilem iunxiſſet, recedentem iā a conuiuio medicus theſſalus inſtaurata commeſſatione, & ipſum ac ſodales eius inuitauit, ubi accepto poculo media potione repente uelut telo confixus ingemuit: elatuſq; a conuiuio ſemianimis ita excruciatus eſt, ut ferrum in remedia poſceret, tactumq; hominum uelut uulnera indoleſceret, amici cauſas morbi intemperiem ebrietatis diſſeminauerūt. Reuera autem inſidiæ fuerunt. Nam memoratus Antipater cum chariſſimos amicos ſuos interfectos videret ab Alexandro, ſeq; magnis rebus in Græcia geſtis, non tam gratum apud regem quā inuidioſum eſſe, a matre quoq; eius Olympiade uarijs ſe criminationibus uexatum: ad occupandum regem Caſſandrum filium dato ueneno ſubornat, qui cum fratribus Philippo & Iolla miniſtrare regi ſolebat: cuius ueneni tanta vis fuit, ut non ære, non ferro, non teſta contineret, nec aliter ferri niſi in ungula equi potuerit. præmonito filio ne alij q̄ Theſſalo & fratribus cre-

F deret. Hac igitur cauſa apud Theſſalum paratum repetitumque conuiuium eſt. Philippus & Iollas, prægustare ac tentare potum regis ſoliti, in aqua frigida uenenum habuerunt, quā prægustatæ iam potioni ſupermiſerunt. Quarta die Alexander indubitatam mortem ſentiēs, agnoſcere ſe fatum domus maiorum ſuorum ait: Nam pleroſq; Aeacidarum intra triceſimum annum defunctos. Tumultuantes deinde milites inſidijsq; perire regem ſuſpicantes ipſe ſedauit, eoſq; oēs cū prolatus in editiſſimum locum vrbis eſſet ad conſpectum ſuum admiſit, oſculandamq; dexterā ſuam a flentibus porrexit. Cū lachrymarentur oēs, ipſe uero ſine lachrymis tn̄: uerum ſine vllo triſtioris mentis argumēto fuit, ut quoſdam impatiētius dolentes conſolatus ſit, qb. mandata ad parentes eorū dedit: adeo ſicut in hoſte, ita & in morte inuictus ei animus fuit. Cū deficere eum amici uiderent, quærunt quē imperij faciat hæredem: R̄ndit: Digniſſimum. Tāta illi magnitudo animi fuit, ut cum Herculem filium, cum fratrem Arideum, cum Roxanem uxorem p̄gnantem relinqueret, oblitus neceſſitudinū, digniſſimum nuncupauit hr̄dem, prorſus quaſi nefas eſſet uiro forti alium q̄ virum fortem ſuccedere, aut tanti regni opes alijs q̄ probatis relinqui. Hac uoce ueluti bellicum inter amicos cecinifſet, aut malum diſcordiæ miſiſſet, ita oēs in æmulationem conſurgunt: & ambitione uulgi tacitum ſermonē & fauorem militum q̄runt. Sexta die p̄cluſa uoce exemptū digito annulum Perdicæ tradidit. Quæ res gliſcentē amicorū diſſenſionem ſedauit. Nā & ſi non uoce nuncupatus eſt hæres, indicio tn̄ electus uidebat. Deceſſit Alexander habēs annos trigintatres & unum menſem. Hęc aūt qa in hiſtoria Machabæorum regni Alexandri mentio eſt facta, iō ex libris Gentilium interpoſui, vt lector agnoſceret non fruſtra uirtutē Alexandri enarrari, ſed magnimitate atq; actione eſſe ipſum p̄cipuum. Quod aūt Alexander dr̄ diuiſiſſe regnū ſuum, cū adhuc uiueret pueris ſuis qui ſecum erāt a iuuentute nutriti, nō tam ipſe hoc diuiſit q̄ illis diuidēdum reliquit. Igiṫ Alexāder per xij. annos trementem ſub ſe orbē oppreſſit, principes uero eius. xiiij. dominati ſunt, & velut opimā p̄dam a magno leone ꝓſtratam auidi diſcerpere catuli, ſeq; ipſos in rixam irritatos p̄dæ æmulatione fregerūt. Itaq; Ptolemæo primo Aegyptus & Aphricæ Arabiæq; pars ſorte ꝓuenit. Cōfinē huic ꝓuinciæ Syriā Laomedon Myteleneus, Ciliciā Philotas cū Filoxeno & Illyrio accipiūt, Medię maiori Atropat⁹, minori Alceta frater, Perdicę p̄ponit. Suſiana gēs Cyno, Phrygia maior Antigono Philippi filio aſſignaṫ. Lyciā & Pāphiliā Nearchus, Cariam Caſſander, Lydiā Menāder ſortiunṫ, Leonato G minor Phrygia euenit. Thracia & regiones pontici maris Lyſimacho, Cappadocia cum Paphalagonia Eumeni daṫ, ſummus caſtrorū tribunatus Seleuco Antiochi filio ceſſit. Stipatorib. regijs ſatellitibuſq; Caſſander filius Antipatri p̄ficiṫ. In Bactriana vlteriore, & Indię regionibus p̄fecti priores qui ſub Alexādro eſſe cœperunt, ꝑmanſerunt. Seres inter duos amnes Hydaſpē & Indum cōſtitutos Thaxiles habebat, in Colonias in Indis cōditas Phyton Agenoris filius mittiṫ, Parapamiſadas & fines Caucaſi mōtis Axiarches accepit, Arachoſii Gedroſijq; Sybirtio decernūṫ, Drāgas & Arios Staſanor, Bactrianos Amyntas ſortitur. Sogdianos Scythęus, Nicanor Parthos, Philippus Hircanos, Phrataſernes Armenios, Neoptolemeus Perſas, Peuceſtes Babylonios, Arthous Pelaſgos, Archeſilaus Meſopotamiam adepti ſunt. Sed tn̄ inter cætera hæc regna quatuor tm̄ eminebāt: hoc eſt Aegypti, qđ tenebat Ptolemęus Lagi filius, Macedonum qđ Philippus, qui & Arideus frater Alexandri poſſedit. Syriæ & Babylonis, qđ Seleucus Nicanor ſibi uindicauit. Aſiæ: quod tenuit Antigonus, ſicut in uiſione Danielis præmonſtratum eſt, ꝙ fracto uno cornu maiore in capite hirci illius inſignis, orta ſint pro eo quatuor cornua minora. vnde ſequitur:

*Iuſtinus lib. 12. & 13.*

*Alexandri cōſtantia in morte.*

*Dan. 8.*

b *Et ob.* Decedente igiṫ Alexādro magno totū corpus regni Macedonū, qđ ipſe non ſine grādi labore coadunauerat, pueri eius per tyrannidē diripuerūt, & multis atq; grauib. prælijs dilaniauerunt, ſicut in hiſtorijs gentiū copioſiſſime ſcriptū inuenitur. Sed ex his plurimis omiſſis, ſcriptor p̄ntis hiſtorię ad Antiochum Epiphanē ꝑuenit, qui plurima in Iudæos cōmi- ☞ ſit mala

& eleuatum cor eius, & obtinuit regiones gentium, & tyrannos, & facti a
ſunt illi in tributum. Et poſt decidit b
in lectum, et cognouit quia more- c
retur. Et uocauit pueros ſuos nobi- d
les, qui ſecum erant nutriti a iuuentu e
te ſua, et diuiſit illis regnum ſuum, f
cum adhuc uiueret. Et regnauit Alexander annis duodecim, et mortuus
eſt. Et obtinuerunt pueri eius regnum g
unuſquiſque in loco ſuo, et impoſue- h
runt ſibi omnes diademata poſt mortem eius, et filij eorum poſt eos an- i k
nis multis, et multiplicata ſunt ma- l

## NICOLAVS DE LYRA. H

¶ *ſibi libenter adhærebant: nam in uictorijs non retinebat ſibi niſi bonum honorabile, concedens alij bonum utile ex ſua liberalitate.*

*a* Et facti ſunt illi in tributum. *ad ſui exercitus ſuſtentamentum.*

*b* Et poſt hæc decidit in lectum. *ægritudine valida.*

*c* Et cognouit quia moreretur. *Habuerat enim de hoc reſponſum ab arboribus ſoli & lunæ conſecratis, a quibus quæſierat ſi deuicto orbe terrarum rediret ad matrem ſuam & ſorores chariſſimas, & reſponſum eſt quòd non, quia cito eſſet moriturus.*

*d* Et uocauit pueros ſuos nobiles. *id eſt ſocios familiares, nullus enim de filijs ſuis ſi tamen aliquos habuit, legitur poſt eum regnaſſe.*

*l* Et mu.ſu.ma.in ter. *quia regnum Syriæ & regnum Aegypti ab Alexandro deſcendentia afflixerunt populum Iſrael colentē dominū, & qa præmiſſa dicta ſunt ut ad Antiochum illuſtrem deueniretur, iō ſubditur:*

¶ Et exijt

## MORALITER.

✱ b *Decidit in lectum.* aſſumens noſtræ paſſibilitatis defectum.

c *Et co.q.mo.* nā an̄ mortē ſuā pluries p̄dixit, & volūtarie ſuſcepit.

d *Et uocauit pueros ſuos nobiles.* ſ. apoſtolos, qui licet de humili plebe fuerunt progeniti, tamen fuerunt nobiles virtute, & ſpirituſſancti chariſmatibus adornati. de qua nobilitate dicitur: Nobilitas ſola eſt animum quæ moribus ornat.

e *Qui ſecum erant nutriti.* pabulo uerbi diuini.

f *Et diuiſit illis regnum ſuum, dum adhuc ui.* nam imminente paſſione ſua dixit eis Lucæ uiceſimoſecundo. c. Ego diſpono uobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnū. Item illud: *Et diuiſit illis regnum ſuum.* dicit glo. i. diuidendum tradidit. Et hoc modo poteſt exponi de eccleſia militante, quæ frequenter dicitur Chriſti regnum, cuius ordinationem & diſtinctionem per diuerſos ſtatus & dioceſes Chriſtus apoſtolis & eorum ſucceſſoribus commiſit.

g *Et obtinuerunt pueri eius regnum unuſquiſq; in loco ſuo.* Nam quilibet regimen ſpirituale accepit in ſorte ſua.

h *Et im.ſibi om.di.* ſcilicet diademata martyrij & doctrinæ.

i *Et filij eorum poſt eos.* quia poſt apoſtolos fuerunt multi epiſcopi, qui ſunt ſucceſſores apoſtolorum, qui meruerunt diademata martyrum & doctorum.

k *Annis multis.* Hoc dicitur, quia poſtea per longum tempus paulatim refriguit Charitas in miniſtris eccleſiæ, intantum, ꝙ multi ſunt magis intenti pompis & carnalitatibus, quàm defenſioni ſui gregis & doctrinæ: ideo ſubditur:

l *Et multip.ſunt ma.in t.* in populis ex ſuperiorum malis exemplis. Greg. in paſto. Cum paſtor per abrupta graditur, conſequens eſt ut ad præcipitium grex ſequatur:

✱ *Et exijt.*



☞ ſit mala, & locum ſanctum polluit ac legem prophanauit.
A De quo ſequitur:

a *Et ex.ex e.ra pe.* Primus itaq; poſt Alexandrum magnum regnauit in Syria Seleucus cognomēto Nicanor annis. xxxij. Secundus Antiochus, qui vocabaṫ Sother annis xix. Tertius Antiochus, q̄ uocabaṫ Theos annis. xv. Quartus Seleucus, qui cognominatus eſt† Gallericus filius Antiochi annis. xx. Quintus Seleucus Ceraunos fili⁹ Seleuci Gallerici, annis trib. Sextus Antiochus magnus, quē ſcriptura hic dicit Antiochi illuſtis patrē eſſe, qui frater erat Seleuci Ceranni & fili⁹ Seleuci Gallerici, regnauit annis trigintaſex. Septimus Seleucus, q̄ & Philopator noīatus eſt annis. xij. Poſt quē Antiochus Epiphanes, qui & p̄clarus ſiue nobilis dr̄ frater Seleuci Philopatoris, & filius Antiochi magni annis. xj. De quo modo ſcriptura narrat, qđ ex eis exierit radix peccatrix, Antiochus illuſtris filius Antiochi regis qui fuerat Romæ obſes. Qui merito radix peccatrix dr̄, qui ſtirps inutilis, ad pc̄tā ꝓcliuis, & ad impietatem erat prontiſſimus, ſub quo legis Dei perſecutio, & Machabæorū bella narrātur. Colligitur. n. oē tp̄s regni Græcorum a primo anno Seleuci Nicanoris vſq; ad initium regni Antiochi Epiphanis anni. cxxxvii.

b *In di.il.e.* Græca ac Romana narrat hiſtoria, qđ Antiochus Epiphanes cōtra Ptolemæum Philometorē Cleopatrę ſororis ſuę filiū, cuius ipſe auunculus erat, dolos conſtruxerit, vt eū regno Aegypti priuaret, Et cū poſt mortē Cleopatræ Alauius eunuch⁹ nutritius Philometoris & Leneus Aegyptum regerēt, & repeterēt Syriā, quā
B Antiochus fraude occupauerat, ortū eſt inter auunculum & puerū Ptolomæū p̄liū. Cūq; inter Peluſiū & montē Caſſium p̄liū commiſiſſent, victi ſunt duces Ptolemęi. Porro Antiochus parcens puero, & amicitias ſimulans, aſcēdit Mēphis & ibi ex more Aegypti regnū accipiens, pueriq; reb. ꝓuidere ſe dicēs, cū modico pp̄lo oēm Aegyptū ſubiugauit, & abūdātes atq; vberrimas ingreſſus eſt ciuitates ☞ fecitq; quæ

la in terra. Et exijt ex eis radix pecca- a b
ti, Antiochus illuſtris, filius Antio- c d
chi regis qui fuerat Romæ obſes: & e f
regnauit in anno centeſimo triceſi-
mo & ſeptimo regni Græcorum. In g
diebus illis exierunt ex Iſrael filij ini-
qui: & ſuaſerunt multis, dicentes: Ea h
mus & diſponamus teſtamentum
cum gentibus, quæ circa nos ſunt: i
quia ex quo receſſimus ab eis, inue- k
nerunt nos multa mala. Et bonus l
uiſus eſt ſermo in oculis eorum. Et m
deſtinauerunt aliqui de populo, & n o
abierunt ad regem, & dedit illis po- p
teſtatem ut facerent iuſtitiam gen-
tium. Et ædificauerunt gymnaſium q
in Hieroſolimis ſecundum leges na
tionum: & fecerunt ſibi præputia,
& receſſerunt a teſtamento ſancto, r ſ
& iuncti ſunt nationibus, & uenun- t u
dati ſunt ut facerent malum. Et pa- x y
ratum eſt regnum in conſpectu An
tiochi, & cœpit regnare in terra Ae-
gypti, ut regnaret ſuper duo regna. z
Et intrauit in Aegyptum in multi- a

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *a* Et ex.ex eis. *ſ. a regibus Syriæ, vt patet in figura ſupra poſita.*

*b* Radix pec. *nam ex eo pullulauerunt plura mala q̄ ex alijs p̄cedētib.*

*c* Antiochus il. *i. præclarus ſeu nobilis, & ſignat idē quod Epiphanes, quod eſt nomen Græcum, & dicitur ab Epi. quod eſt ſupra, & phanes apparitio, quaſi ſuper alios eminens vel apparens.*

*d* Filius Antiochi. *magni.*

*e* Qui fuer. Romæ ob. *Nam Antiochus magnus pater eius per Romanos fuit repreſſus, ab infeſtatione vicinarum ſibi gentium Romanis fœderatarum, & ad maiorem ſecuritatem acceperunt obſidem filium ſuum iuniorem, qui audita morte ſui patris & inertia Seleuci ſui fratris: de Roma clam receſſit, & in Syriam veniens aliquas ciuitates maritimas habuit, & tandem regnum: ideo ſubditur:*

*f* Et re. in anno cen. *quod incepit ab Alexandro magno, vt dictum eſt ſupra. Dicunt tamen aliqui quod hæc numeratio incipit a primo anno Seleuci, qui immediate ſucceſſit Alexandro magno in Syria. Sed hoc nō videbitur bene dictum, quia hic & infra vi. ca. & Dan. viij. Alexander dicitur primus in regno Grecorū. Nec obſtat quod ipſi per tempora regū intermediorum numerant. cxxxvij. annos a primo anno Seleuci vſq; ad primum annum Antiochi Epiphanis, quia idem annus dicitur ultimus regis præcedentis, & primus immediate ſequentis: & ſic bis computatur. Antiochus autem Epiphanes fuit nonus ab Alexandro magno: & ſic per talem computationem vnius anni bis computati habentur nouē anni minus ſecundum ueritatem, qui fuerunt de tempore Alexandri magni poſtq̄ regnauit in tota Græcia. Duodecim autem anni quibus dicitur regnaſſe incipiunt a tempore quo poſt patrē immediate regnauit in Macedonia tantum: & ſic regnum Græciæ inchoandum eſt ab eo.*

*g* In dieb. il. *Poſita origine perſecutoris, hic conſequenter ponitur occaſio perſecutionis quæ proceſſit ex malitia aliquorum de populo Iſrael: ideo dicitur:* In diebus illis exierunt ex Iſrael filij ini. *non ſolum in ſeipſis formaliter, ſed etiam in alijs effectiuè: ideo ſubditur:*

*h* Et ſuaſe.mul.di.ea.& diſpo.teſta. *i. fœdus ſocietatis.*

*i* Cum gentibus. *incircunciſis & idolatris nos eis conformando, & ſubditur ratio.*

Quia

*k* Quia ex quo rece. ab eis. *Iſtud dictum videbatur habere colorem,* C *quia ante captiuitatem Babylonicā populus Iſrael multum declinauit ad idololatriam, vt patet. iij. & iiij. reg. & tamen habuit reges potentes ſ. in Samaria & Ieruſalem. Poſt reditum vero captiuitatis Babylonicæ uſq; ad hoc tempus, ad idolatriam non declinauerat & tamen regem nō habuerat: & ſub tributo regum aliorum ſeruiebat. Sed iſti tacebant illud ex quo perſuaſio talis erat iniqua. ſ. quod ꝓpter idolatriā regum Iſrael & Iuda & ſubditorum ſuorū dicta regna fuerant deſtructa & reges Iſrael & Iuda cum ſuis populis captiuati.*

*l* Et bonus uiſus eſt ſ. in oculis eo. *quia reſpiciebant quantum ad illud quod proponebatur, & nō quantū ad illud qđ tacebatur.*

*m* Et deſtinaue. *i. firmiter ordinauerunt.*

*n* Aliqui de po. *i. pauci reſpectu aliorum.*

*o* Et abierunt ad regem. *ſ. Antiochum idolatram.*

*p* Et dedit illis poteſtatem, ut facerēt iuſtitiam gentium. *i. vt ſecundum ritum incircunciſorum viuerent, & ad hoc alios libere poſſent inducere.*

*q* Et ædificauerunt gymnaſi. *i. ſcholam, in qua docerentur & addiſcerent leges & ſtatuta Gentilium. Et dicitur gymnaſium, nam in ſchola diſputat unus contra alium, ſicut in gymnaſio exercentur homines ad luctam corporalem.*

*r* Et fecer. ſibi præ. *dimittendo filios ſuos incircunciſos.*

*t* Et iuncti ſunt nati. *conformando ſe eis in uita & moribus.*

*u* Et uenundati ſunt. *i. totaliter dediti.*

*x* Vt facer. ma. *Sicut de Achab dicitur. iij. Reg. xxi. eo quod venundatus ſis, vt faceres malum in conſpectu domini.*

*y* Et paratum eſt regnum in conſpectu Antiochi. *Hic conſequenter ponitur afflictionis tempus & ordo. Nam eam fecit Antiochus in egreſſu de Aegypto. Ad cuius intellectum ſciendum, quod ſicut dixi ſuper Daniel. x. Antiochus magnus ad confœderationem ipſius cum rege Aegypti, & econuerſo, dedit filiam ſuam Cleopatram Ptolemęo Epiphani, ex quibus natus fuit Ptolemęus Philometor: igitur mortuo Ptolomæo Epiphane Antiochus illuſtris rex Syrię accepit aliquas ciuitates regni Aegypti regno ſuo propinquas, quaſi tutor nepotis ſui, qui puer adhuc erat: quas cum duces Aegypti repeterent pro puero, & ipſe nollet reddere, motum fuit bellum inter ipſos & Antiochum: in quo deuicti fuerunt duces Aegypti: & per conſequens Ptolemęus Philometor cum eis qui erat adhuc multum iuuenis, & Aegypto ſpoliata Antiochus uenit in Ieruſalem, vbi fecit multa mala, ut habetur in parte ſequenti. In hac autem parte deſcribitur bellum dictum, cū dicitur:* Et paratum eſt re. in conſpe. An. *ſ. regnum Aegypti modo iam dicto. & patet litera paucis exceptis.* D

*a* In multitudine gra. *ſ. ad ſuſtinendum.*

¶ In curribus

## MORALITER.

✱ a *Et exijt ex eis ra.pec. Anti.* i. prælatus cupidus & ſuperbus. Nam cupiditas eſt radix omnium malorum, ut dicitur. j. ad Timoth. vj. b. & Eccle. x. b. Initium omnis peccati eſt ſuperbia. Et radix iſta multum diabolo procurante germinauit in eccleſia.

c *Antioc. il.* Tales. n. quia promouentur ad eccleſiæ dignitates, licet ſint de infimo genere, tamen reputari volunt nobiles & illuſtres. Bern. ſuper Miſſus eſt. Videas pleroſque in eccleſia Dei de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos, ſubito intumeſcere, priſtinæ abiectionis obliuiſci: genus quoque ſuum erubeſcere, & infimos dedignari parentes.

g *In dieb. il. exie. ex Iſ. fil. ini.* Iſrael interpretatur uidens Deum, ideo per iſtos ſignificantur mali religioſi, qui per vitam contemplatiuam eſſe debent incluſi, ſed diſcurrere quærunt, & diſſolutis ſecularibus familiaritate coniungi, & per conſequens in moribus conformari, ſicut dicitur Pſal. cv. f. & commiſti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum, & factū eſt illis in ſcandalum: ideo ſequitur:

ſ *Et receſ. a teſta. teſta. ſancto.* i. a religionis uoto.

u *Et uen. ſunt, ut fac. ma.* i. totaliter dediti. Vnde dicit Auguſt. Sicut non inueni meliores illis qui in monaſterijs profecerunt, ita non inueni deteriores, qui in eis defecerunt.

y *Et paratum eſt re. in conſpe. Antio.* ſicut dictum eſt, per Antiochum ſignificatur prælatus cupidus & ſuperbus: Et iam intantum aliqui ſunt cupidi & ſuperbi, quòd volunt tenere plures eccleſias, ideo ſubditur:

z *Vt regnaret ſu. duo re.* vnde contingunt contentiones & prælia.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E fecitq; quæ non fecerant patres eius, & patres patrum illius, ſicut in Danie. de eo ſcriptum eſt. Nullus.n. in regno Syriæ ita uaſtauit Aegyptum, & omnes diuitias eorum diſſipauit, & tā callidus fuit, vt prudentes cogitationes eorum qui duces pueri erant ſua fraude ſubuerteret.

a *Et con. Anti.* Conſequenter autem de eodem rege in prædictis hiſtorijs narratur, quod poſtquam reuerſus eſt expulſus ab Aegyptijs ueniſſe cū in Iudęam: hoc eſt aduerſus teſtamētum ſanctum, & ſpoliaſſe templum & aurum tuliſſe quam plurimum. Poſitoq; in arce præſidio Macedonum, reuerſum in terram ſuam, & poſt biennium rurſum contra Ptolemęum exercitum congregaſſe ad auſtrum. Cumq; duo fratres Ptolemæi Cleopatrę filij quorum auūculus erat Antiochus, obſiderent̄ Alexandriæ, legatos veniſſe Romanos, quorum unus Marcus Publius Leuinas, cum eum ſtantem inueniſſet in litore, & ſenatuſconſultum dediſſet, quo iubebatur ab amicis populi Romani recedere, & ſuo imperio contentum eſſe. & ille reſpōſum ad amicorum conſilium detuliſſet, orbem dr̄ feciſſe Marcus in arenis baculo quem tenebat manu, & circūſcripſiſſe regem atq; dixiſſe: Senatus & populus Romanus præcipiunt, vt in iſto loco reſpondeas quid conſilij geras. Quibus dictis ille præterritus ait: Si hoc placet ſenatui & populo Romano, recedendum eſt hinc, atq; ita ſtatim mouit exercitum. His cōſentanea Ioſephus ſcripſit, quod reuerſus propter Romanorū timorem ab Aegypto rex Antiochus ad Ieroſolymam duxerit exercitum, quo perueniēs anno. cxliij. *[Ioſephus antiquita. lib. 12. c. 6.]*

F poſt regnum primi Seleuci centeſimaquinquageſimatertia Olimpiade, die uigeſima & quarta menſis Caſleu, quem Macedones Appelleon nominant, ceperit eam ſine conflictione cuiuſpiam, aperientibus ei portas his qui voluntati eius conſentiebant, ingreſſusq; ciuitatem Ieroſolymarum multos interemit, ſibi contraria ſapientes. Necnon ēt eos qui portam aperiētes ciuitatem ei tradiderunt pp templi diuitias interfecerit, multasq; auferens ab eo pecunias ad Antiochiam reuerſus ſit. poſtq̄ aūt ſpoliauit tēplum, ita vt uaſa Dei & lucernas aureas aſportaret, & aram aureā & menſam & ſacrariū, neq; de uelis abſtinuerit quæ ex byſſo & cocco erant: exhauriens aūt & theſauros nil penitus derelinquens, ad maximum Iudæos luctum pp hæc uſq; perduxerit, nam & quotidianas immolationes quas Deo ſm̄ leges offerebant celebrare prohibuit. Deprædans aūt totam ciuitatē quoſdam interfecit, alios captiuos cum uxoribus & filijs deduxit, ita vt numerus multitudinis captiuorum uſq; decem milia exiſtere videretur. Myſtice aūt Antiochus hic qui intrauit in terram ſanctam cū ſuperbia & deuaſtauit tēplum, & locum ſanctum polluit ſuperſtitione Gentili, Typum tenet Antichriſti, qui cōtra eccl'iam Chriſti crudeliter bellum gerit, & animas credentiū (quæ uere templū Dei ſunt) errore ſuo polluere contendit. De quo in Danielis prophetia ſub figura iſtius Antiochi ita ſcriptū eſt: Cor eius aduerſus teſtm̄ ſanctuarij, & faciet ac reuertetur: & cogitabit aduerſus eos qui dereliquerunt teſtm̄, brachia ex co ſtabunt, & polluent ſanctuarium fortitudinis, & auferent iuge ſacrificium, & dabunt abominationē in deſolationem, & impij teſtamenta ſimulabunt fraudulenter: populus aūt ſciēs Deū ſuū obtinebit & faciet, & reliqua. Nulli dubiū eſt quin hæc quæ ſub Antiocho Epiphane in imagine p̄ceſſerūt, hoc eſt ut rex ſceleratiſſimus perſecutus ſit populum Dei, ſęuitiā præfigurent Antichriſti, qui Chriſti populum pſequetur, qui indignabit̄ contra teſtm̄ Dei: & cogitabit aduerſus illos quos vult legē Dei relinquere, polluetq; ſanctuarium Dei, hoīes uidelicet ad imaginē Dei creatos diuerſis uitijs corrūpendo: auferet iuge ſacrificiū, qn̄ hoſtiam laudis Chriſto Dei filio offerre in eccl'ia phibebit: abominationē deſolationis in loco ſancto ſtatuet, qn̄ diuinum cultū a Chriſtianis ſibi extorquebit exhiberi, ita ut in templo Dei ſedens oſtendat ſe tanq̄ ipſe ſit Deus. Vnde multi noſtrorū putant ob ſæuitiæ & turpitudinis magnitudinem Domitianū ſiue Neronē Antichriſtū fore. Sed licet ipſi Antichriſti fuerint, quātū ad eius corpus pertinent, & membra ipſius ſunt: tn̄ ipſe oīm iniquorū caput iuxta finem *[Myſticè; Dan. 11.e]*

tudine graui, in curribus & elephantis & equitibus, & copioſa nauiū multitudine. Et conſtituit bellum aduerſus Ptolemæum regem Aegypti, & ueritus eſt Ptolemæus a facie eius, & fugit, & ceciderunt vulnerati multi. Et comprehendit ciuitates munitas in terra Aegypti, & accepit ſpolia terræ Aegypti. Et conuertit Antiochus, poſtquam percuſſit Aegyptum in centeſimo & quadrageſimo & tertio anno, & aſcendit ad Iſrael, & aſcendit Ieroſolymam in multitudine graui. Et intrauit in ſanctificationē cum ſuperbia, & accepit altare aureū & candelabrum luminis, & uniuerſa uaſa eius, & menſam propoſitionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & uelum, & coronas, & ornamentum aureum, quod in facie tēpli erat, & comminuit omnia, & accepit argentum & aurum & uaſa concupiſcibilia, & accepit theſauros occultos quos inuenit, & ſublatis omnibus abiit in ter-

G

a In cur. *in quibus pugnabant reges antiquitus.*
b Et elep. *Portantibus caſtra lignea, in quibus erant homines armati deſuper proijcientes iacula.*
c Et equi. *Circa elephantos ordinatis, ne occiderentur ab aduerſarijs.*
d Et copioſa nauium multitudine. *inuadens Aegyptum per terram, & per mare.*
e Et conuertit. *Hic conſequenter ponitur Iudæorum multiplex oppreſſio, cum dicitur: Et conuertit Antiochus. iter ſuum.*
f Poſtquam percuſsit Aegyptum. *modo dicto.*
g In centeſimo & quadrageſi. & tertio an. *ſcilicet regni Græcorum. & per conſequens anno ſexto regis Antiochi, vt patet ex prædictis.*
h Et aſcendit ad Iſrael. *quia parata erat ad faciendum mala.*
i Et intrauit in ſancti. *id eſt in templum quod iamdiu erat per Zorobabel & ſocios eius reædificatum.*
k Cum ſuperbia. *tractans contemptibiliter uaſa ſacra: ideo ſubditur:*
l Et accepit altare aureum. *in quo cremabatur thymiama ad honorem diuinum.*
m Et candelabrum lu. *nam ſuper illo erant ſeptem lucernæ aureę.*
n Et uniuerſa ua. eius. *ſcilicet forcipes & emunctoria, quæ omnia erant aurea, Exod. xxv.*
o Et menſam propoſitionis. *ſuper quam ponebantur duodecim panes calidi in die ſabbathi pro duodecim tribubus Iſrael, & in hoc ſignabatur quod ſacerdotibus debebatur a populo victus.*
p Et libatoria. *id eſt vaſa, in quibus probabantur liquida, de quibus fiebant Libamina, quę ſunt oblationes de liquidis.*
q Et phialas. *id eſt vaſa, in quibus reponebantur vnguenta & thymiamata.*

H

r Et mortariola aurea. *in quibus terebantur illa ex quibus componebantur.*
ſ Et uelum *diuidens inter ſanctum & ſanctumſanctorum.*
t Et coronas. *exiſtentes ibi ad ornamentum templi.*
u Et ornamentum aureum. *id eſt cortinam aurifrigiatam.*
x Et comminuit omnia & accepit. *i. in puluerem redegit, vt dicunt aliqui expoſitores, ſed non eſt veriſimile, quòd tam pretioſa uellet ſic conterere: ideo dicitur quod comminuit. i. a propria forma tranſmutauit, materiam retinens ad alios vſus ad ſuam utilitatem.*

¶ Et ingemuerunt

MORALITER.

✻ e *Et conuertit Antiochus.* Sequitur:
h *Et aſcendit ad Iſrael.* per quod ſignificatur clauſtrum religionis, vt dictum eſt. Dicit autem Gregorius homil. x. Certe iniquorum omnium diabolus caput eſt: propter quod caput eſt iniqui pręlati. & ideo de uno fit tranſitus ad alium propter connexionem eorum. Ideo Antiochus qui prius ſignificauit prælatum iniquum, hic ſignificare poteſt diabolum, qui aſcendit ad Iſrael ſubuertendo ſtatum religioſum. ideo ſequitur:
l *Et accepit altare au.* in quo cremabatur incenſum: ideo ſignificat orationem deuotam, ſicut dicitur Pſalmo cxl. a. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo. quæ multum eſt diminuta in locis religioſorum.
m *Et candelabrum luminis.* Per quod ſignificatur ſacræ ſcripturæ ſtudium, ſicut dicitur Pſal. cxviij. o. Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen ſemitis meis: quod eſt multum diminutum in religione, & quaſi ablatum. Nam multi libentius ſtudent iura ciuilia, & aliqui philoſophica, & aliqui curioſa & inutilia: Et quod deterius eſt ſuperſtitioſa.
o *Et menſam propoſitionis.* in qua ponebantur panes: ideo ſignificat celebrationem miſſæ, in qua conſecratur panis vitæ. Hæc autem eſt ablata pro magna parte, quia ſacerdotes religioſi ſolebant celebrare quaſi quotidie: nunc autem multi celebrant valde raro, & ſine debita præparatione.
p *Et libat. & phialas & mort. aurea, & uelum & coronas & orn. au.* per iſta ſignificantur illa quæ ualent ad tria prædicta, ſcilicet orationem, ſacræ ſcripturæ lectionem, & miſſæ celebrationem.
x *Et accepit ar.* locutionis mundæ: Pſal. xj. b. Eloquia domini eloquia caſta, argentum igne examinatum.
y *Et aurum.* charitatis fraternæ, quæ tanquam aurum, eſt pretioſior inter uirtutes ad proximum.
z *Occultos the.* ſ. pœnitentię occultæ & orationes priuatæ. Iſta nāq; nititur diabolus a religioſis auferre. & abſtulit pro magna parte.

✻ Et ingemuerunt



A ta finem mundi uenturus eſt, qn̄ iuxta veritatis ſn̄iam erit tribulatio talis qualis nō fuit ab initio mundi uſq; mō, nec fiet poſtea. Verum iuxta Iohannis uocem Antichriſti iam multi ſunt, quia per membra ſua idem malignus hoſtis iam myſterium operatur iniquitatis, per hæreticos videlicet ſchiſmaticos atque paganos, & ſeducit multos: tunc ēt ſi fieri poteſt ipſe ſcandalizat electos, quia ſoluitur Satanas de carcere ſuo, & totum furorem ſuum quātum permittitur, in Chriſticolas perfundit. Tollit ergo Antiochus de Ieruſalem altare aureū: qn̄ eos qui perfectiores eſſe uidebātur, & pro populi ſtatu non mediocriter dn̄m exorare, ſuaſu maligno euellit de eccleſia. Tollit & candelabrum luminis & uniuerſa uaſa eius, qn̄ eos qui prædicationis officio fungebantur, & veluti luminaria per diuerſas ſpecies dogmatū in populo Dei lucere debuerunt, ſiue per metum ſiue per cupiditatem terrenam de ordine ſuo præcipitauit. Tollit ergo menſam propoſitionis ac uaſa eius, qn̄ ſcripturas ſacras cū iniqua interpretatione confundere per hæreticos ſatagit, & eos qui in meditatione legis Dei uelut uaſa menſæ Dei ac panes propoſitionis commanere videbantur, aſtutia nequitiæ ſuæ corrumpere, atq; in errorem ſeducere cōtēdit. Velū quoq; & coronas & ornamentū aureum, qđ in facie templi erat, idem antiquus hoſtis tollit: & cōminuit oīa, qn̄ literā legis Dei (in qua ſapīa diuina ac myſteria cæleſtia latent, & ubi corona perpetuæ mercedis, & bene laborantibus, & pręcepta Dei ſeruantibus, in regno cęleſti, ac cla-

B ritate perpetua percipienda promittitur) contritis ſentētijs ac ſenſu deprauato in alienū intellectum conuertit, animaſq; ſibi obediētes hoc modo decipit. Nam aurum argentumq; & theſauros occultos nihil aliud intelligo q̄ eloquij uenuſtatē ac ſenſuum puritatem, cum theſauro uirtutum, quæ in occultis cordis apud fideles collocantur. Hæc oīa diabolus de regno Chriſti auferre molitur, cum poſſeſſores eorū his bonis ſpoliatos in baratrum ſuę perditionis ſecum trahere conat̄. Hinc quotidie planctus & gemitus in eccleſia naſcitur, cum de caſu proximorum per compaſſionem cœtus fidelium non mediocriter contriſtatur. vnde ſequitur:
✻ terfecit, ſignificatur ꝙ bonus prælatus debet Chriſtianum a veritate fidei declinãtem ferire gladio ſpirituali: & ſi pertinax fuerit, tradere iuſtitiæ ſeculari, feriendum gladio materiali. & ſimiliter infidelem Chriſtianum ſeducentem populum debet iudex ſecularis ad inſinuationem eccleſiæ exterminare.
e *Et excla.ma.&c.* quia paſtor eccleſię debet fideles in fide confirmare, & cum eis diuinũ auxiliũ & ſanctorũ implorare. iõ ſubdit:
f *Et fugit ipſe & fi.e.in mon.* De quibus dicitur Pſal. cxx.a. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi &c.
g *Tunc deſcend.multi &c.* Per quos ſignificantur ſimplices Chriſtiani habẽtes zelum Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, & ex hoc incurrunt damnum temporale, & aliquando ſpirituale.
✻ *Tunc*



G a *Tunc cõ.&c.* Narrãte ſcriptura manifeſtũ eſt, ꝙ ſaluatore &
A apoſtolis eius ꝑdicantibus Euãgeliũ, multi de Iudæorũ popu
lo veniebãt ad fidẽ credẽtes legi & ꝓphetis de aduẽtu Chri-
ſti teſtãtibus: necnõ de ꝓſelytis atq; de aduenis plurimi relin
quẽtes idola ſua ac ſupſtitionẽ gẽtilitatis ꝯfluebãt vndiq; ad
audiẽdũ uerbũ Dei: & additi ſunt ad
numerũ credẽtiũ, ꝑcuſſerũtq; pctõ-
res in ira ſua, & viros iniquos in indi
gnatione ſua cũ zęlo fidei inſtigati
malignos ſpũs ab obſeſſis ꝑ errorẽ
hoĩb. eijciẽtes expulerũt, & fraudis
Mat. 1.d ſuæ venena ipſis patefecerunt. Inde
quoq; cõpulſi fugerũt ad nationes,
iuxta illud Euãgelij, quo ſanatis ho-
minibus dæmones ꝑmiſſi ſunt a ſal
uatore ire in porcos, vt immũdi poſ
ſeſſores vaſa immũditiæ poſſiderẽt.
b *Et ob.&c.* Obtinebãt milites Chri
ſti legẽ de manibus gẽtiũ, & de ma-
nibus regũ, qñ in veritate Euãgelij
perſiſtẽtes nullo cedebãt errori. qn
potius errãtes ꝑdicatione ſua ſubij-
ciebãt ueritati. Inde factũ eſt, ꝙ plu-
rimi eorũ, q ꝑ faſtũ mũdanũ elati ꝑ-
ſecutores ante fuerãt Chriſtianæ re
ligionis, ijdẽ poſt modũ conuerſi eſ
ſẽt aſſertores firmiſſimę veritatis. Et
nõ dederũt cornu peccatori: qa nõ
cõſentiebant iniquitati. Iuxta illud
Eſther † quo in orõne ſua dicit: Ne
Eſter. 14.e tradas dñe ſceptrũ tuũ his, q nõ ſũt.
c *Et app.&c.* Exhortatio hæc Mata-
thiæ qua exhortabatur filios ſuos vt
æmulatores eſſent legis Dei, & da-
rẽt aĩas ſuas ꝓ teſtamento patrũ, bñ
cõuenit Euãgelicæ doctrinæ, qua ip
ſa ueritas diſcipulos ſuos uerbis &
exemplis inſtruebat, qũo reſiſterent
vniuerſis erroribus Iudæorũ, paga-
norum, atq; hæreticorũ, & mũdũ ꝑ-
B dicationibus ſuis ad fidem cõuerte-
rẽt. Ipſamque doctrinam ſuam atte
ſtatione legis & prophetarum affir-
mabat, oſtendens eundem eſſe auto
rem noui, qui & veteris teſtamenti.
☞ *Vos ergo*

fecerunt, & non pugnauerimus aduer
ſus gentes pro animabus noſtris & iu- a b
ſtificationibus noſtris, citius diſperdẽt c
nos a terra. Et cogitauerunt die illa, di- d
centes: Omnis homo quicunque vene
rit ad nos in bello die ſabbathorum
pugnemus aduerſus eum, & non mo-
riemur omnes ſicut mortui ſunt fra-
a tres noſtri in occultis. Tunc congrega- e
ta eſt ad eos ſynagoga Iudæorum for- f
tis viribus ex Iſrael, omnis uolunta- g
rius in lege, & omnes, qui fugiebant a
malis, additi ſunt ad eos, & facti ſunt il h
lis ad firmamentum. Et collegerunt
exercitum, & percuſſerunt peccatores i
in ira ſua, & uiros iniquos in indigna-
tione ſua, & cœteri fugerunt ad natio- k
nes, vt euaderent. Et circumiuit Mata- l
thias & amici eius, & deſtruxerũt aras,
& circunciderunt pueros incircunci- m
ſos quotquot inuenerunt in finibus Iſ-
rael in fortitudine. Et perſecuti ſunt fi- n
lios ſuperbiæ, & proſperatum eſt opus o
b in manibus eorum. Et obtinuerunt le- p
gem de manibus gẽtiũ, & de manibus q
regum, & non dederunt cornu pecca- r
c tori Et appropinquauerunt dies Mata ſ
thiæ moriendi, & dixit filijs ſuis: Nunc t
cõfortata eſt ſuperbia, & caſtigatio, & u x
tempus euerſionis, et ira indignationis. y z
Nunc ergo filij æmulatores eſtote le- a
gis, & date animas veſtras pro teſtamẽ b
to patrũ, & mementote operũ patrum c
quæ fecerunt in generationibus ſuis, et d
accipietis gloriã magnã & nomen æter
nũ. † Abrahã nonne in tẽtatione inuen e f
tus eſt fidelis, & reputatum eſt ei ad iu- g
ſtitiam? † Ioſeph in tempore anguſtiæ h
ſuæ cuſtodiuit mãdatũ, et factus eſt do i k
minus Aegypti. Phinees pater noſter l
zelando zelum Dei accepit teſtamentũ
ſacerdotij æterni. † Ieſus dum impleuit m n
verbum factus eſt dux in Iſrael. Caleb o p
dum teſtificatur, in eccleſia accepit hæ q
reditatem, † Dauid in ſua miſericordia r
conſecutus eſt ſedem regni in ſecula. ſ
† Elias dum zelat zelum legis receptus t u
eſt in cœlum. † Ananias, Azarias, x
& Miſael credentes liberati ſunt de y
flamma. † Daniel in ſua ſimplicitate li z a
beratus eſt de ore leonum. Et ita co-
gitate generationem & generatio-
nem, quia omnes, qui ſperant in
eum, non infirmantur. Et a uerbis b c
viri peccatoris ne timueritis, quia d e
gloria eius ſtercus & vermis eſt.

NIC. DE LYRA.

¶ *a* Pro animabus noſt. *i. pro vitis noſtris, vt ita liceat loqui.*
*b* Et iuſtifi. *i. legis obſeruationibus.*
*c* Citius diſper.nos. *et ſic ſequentur maiora mala.*
*d* Et cogitauerunt &c. *Iſtud ordinauerunt de conſilio Matathiæ, vt dictum eſt.*
*e* Tunc con.eſt. *Hic tertio declaratur eorum conſtantia, quia non fuerunt fracti labore anxietatis, quo viriliter hoſtibus reſtiterunt, ideo dicitur:* Tunc congre. eſt eos. *ſ. ad Matathiam & eius amicos.*
*f* Synago.iu.for. viri. *quantum ad robur corporis & ſpiritus. ideo ſubditur:*
*g* Omnis volun.in lege. *i. habens voluntatem ſeruandi legem.*
*h* Et facti ſunt &c. *eligentes Matathiam in principem ſuum.*
*i* Et percu.&c. *per zelum legis excitata.*
*k* Et cęt.fu.ad natio. *gentilium extra Iudæam exiſtentes.*
*l* Et circum.&c. *per loca Iudææ idololatria polluta.*
*m* Et circum.pue.incir. *quos parẽtes eorũ nõ fuerãt auſi circũcidere mortis timore*
*n* Et perſe.ſunt fi. ſuperbiæ. *i. homines valde ſuperbos, ſicut homines digni morte dicuntur filij mortis. 1. Reg. xxi.*
*o* Et proſp.eſt opus in ma.eorum. *i. Matathiæ & filiorum ſuorum.*
*p* Et obtinuerunt legem. *id eſt legis obſeruantiam.*
*q* De manibus gentium. *i. repreſſa eorum potentia.*
*r* Et non dederunt &c. *ſed magis repreſſerunt: & ſic minus dicendo plus ſignificat.* C
*ſ* Et appropinquauerunt &c. *Deſcripta Matathiæ conſtantia, hic cõſequenter deſcribitur eius prouidentia: nam uidens appropinquare tempus ſuæ mortis ordinauit in poſterum de defenſione legis: & primo ad eam filios ſuos animat, dicens:*
*t* Nunc confortata.eſt ſuperb. *ſ. Antiochi regis, vt patet ex prædictis.*
*u* Et caſtiga. *noſtra pro peccatis noſtris.*
*x* Et tempus euerſionis. *diuini cultus et legis.*
*y* Et ira. *i. pœna.*
*z* Indignationis. *ſ. diuinæ ſuo iuſto iudicio, licet nobis occulto.*
*a* Nunc ergo o fi.æmu.eſto legis. *i. zelatores & defenſores ipſius, quia nunc eſt neceſſitatis tempus.*
*b* Et date animas &c. *periculo mortis vos exponendo.*
*c* Pro teſtamento patrum. *i. patribus dato, Exo. xx. Secundo exempla patrum allegat, & primo in generali, dicens: Et mementote operum patrum &c.* Diuiſio
*d* Et accipietis glo.magnam. *i. uirtutis famam in præſenti, & nomen æternum in futuro. Conſequenter ponit exempla in particulari, dicens:*
*e* Abraham non in tem. *immolationis Iſaac Gene. xxij.*
*f* Inuentus eſt fide. *q.d. Sic. quia paratus fuit ipſum immolare propter bonum obedientiæ.*
*g* Et reputatum eſt &c. *propter bonam voluntatem.*
*h* Ioſeph in tempore &c. *quia tunc erat venditus in ſeruum.*
*i* Cuſtodiuit man. *renuens adulterium, Gen. xxxix. c.*
*k* Et fa.eſt d.æg. *Gen. xli. e.*
*l* Phine.pa.no.&c. *ſicut dictũ eſt ſupra.* D
*m* Ieſus. *id eſt Ioſue.*
*n* Dum impl.&c. *per Moyſen ſibi dictũ.*
*o* Factus eſt dux in Iſ. *Ioſue. 1.*
*p* Caleb dum teſt. in ec. *virtutem Dei contra alios exploratores. Num. xiiij. a.*
*q* Accepit hæred. *Ioſue. xiiij. c.*
*r* Dauid in ſua miſ. *qua pepercit Sauli, qui bis cecidit in manu ſua. 1. Reg. xxiiij. & xxvi.*
*ſ* Conſe.eſt ſe.reg.in ſe. *ij. Reg. vij.*
*t* Elias dum zelat.ze. le. *occidendo prophetas Baal. iij. Reg. xix. f.*
*x* Ana. az. mi. cre. *corde vnum verum Deum & confitentes ore.*
*y* Libe.ſunt de flamma. *Dan. iij.*
*z* Daniel in ſua ſimp. *i. orans Deum ſimplici corde.*
*a* Libe.eſt de ore leo. *Dan. vi. Cętera patent vſq; ibi:*
*b* Et a uer. *ſ. comminatorijs.*
*c* Viri pec. *ſ. Antiochi regis.*
*d* Ne ti. *timore veſtros animos deijciẽte.*
*e* Quia glo.eius ſtercus & vermis eſt. *i. in ſtercus & vermen conuertetur. Et uidetur hic Matathias prophetice loqui, nam in lãguore poſtea poſito Antiocho vermes uiuentes de carne eius ſcaturiebant, & ex fœtore eius exercitus grauabatur, vt habetur infra li. ij. ca. ix.*
¶ Hodie

MORALITER.

✻ e *Tunc congre.eſt ad eos ſyn. Iudæorum fortis. &c.* ſ. ad Matathiam & filios eius, per quos ſignificatur, ꝙ ad bonũ prælatum & ſocios eius debent fideles per charitatem & obedientiam ſuam adunari, & cum ipſis contra fidei et morum impugnatores fideliter præliari.
ſ *Et appropinqua.dies Matathiæ moriendi &c.* Per hoc dedit exemplum principibus & prælatis vt faciant teſtamentũ de obſeruantia fidei & morum poſteris ſuis & amicis.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

E a *Vos er.* Legimus in euangelio Iohãnis, ꝙ ſaluator ad paſſionem properans eadẽ nocte qua traditus eſt, poſt cęnã myſticã & lauationẽ pedũ quã diſcipulis ſuis pcinct⁹ lintheo exhibuit, plurima exhortationis ſuæ præbuerit documẽta, inter q̃ & paſſionẽ, q̃ eis in mũdo erat futura pdixit, & gloriam futuri regni ac gaudiũ cęleſtis patrię pmiſit. Sed qa mors Matathiæ paſſionẽ præfigurat redemptoris, qũo eccleſiæ magiſteriũ ordinauerit per omne tempus præſentis uitæ audiamus. (Ioan. 13. a)

b *Et ec. S.* Supra diximus, ꝙ † Symeõ, audiens interpretatur. Et bene dixit Simonem virum eſſe conſilij, quia q ſpiritusſancti gratia docẽte auditu interno inſtruuntur, vtiles p oĩa atq; habiles ſunt cõſilio. vñ Pſalmiſta ait: Audiã qd loquat̃ dñs ĩ me, qm̃ lo. p. in p. ſ. &c. Et in Apo. Qui audit (inqt) dicat veni. Hortatur nos magiſter cęleſtis, quatenus illos audiamus, quos ipſe interius docens ſalubres nobis eſſe fecit magiſtros. († Simon. Pſal. 84. b. Apoc. 22. d)

c *Et Iudas* (inquit) *Mac. for. uiri ſit uo. pr. mi. ip. age.* Quid per Iudã Machabæũ, niſi primi prædicatores deſignantur euangelij, qui ab ipſo ſaluatore eruditi, idonei fuerũt ad agẽdũ bellũ Chriſtiani populi. Sed quia Iudas cõfeſſio interpretat̃, & pleriſq; in locis typũ tenet ipſius ſaluatoris, ſciamus tũc ordinaliter agi bellũ noſtrum, qñ ipſe dignatur dirigere conſilium & actũ noſtrũ. Vñ ipſa veritas diſcipulis ait: Manete in me & ego in vobis. Sicut palmes non põt ferre fructum a ſemetipſo, niſi manſerit in uite, ſic nec vos, niſi in me mãſeritis, quia ſine me nihil poteſtis facere. Et ecce ego ſum uobiſcum omnibus diebus uſq; ad conſummationem ſeculi. (Ioan. 15. a)

Hodie extollitur, & cras nõ inuenietur: quia conuerſus eſt in terrã ſuam, et cogitatio eius periit. Vos ergo filij confortamini, & viriliter agite in lege, quia cum feceritis, quæ vobis pręcepta ſunt in lege a dño Deo veſtro, in ipſo glorioſi eritis. Et ecce Simon frater veſter, ſcio quòd vir cõſilij eſt. Ipſum audite ſemper, & ipſe erit vobis pater. Et Iudas Machabæus fortis viribus a iuuentute ſua ſit uobis princeps militiæ, & ipſe aget bellum populi. Et adducetis ad uos omnes factores legis, & vindicate vindictã populi veſtri. Retribuite retributionem gentibus, & intendite in præceptum legis. Et benedixit eos, & appoſitus eſt ad patres ſuos. Et defunctus eſt centeſimo quadrageſimoſexto anno, & ſepultus eſt a filiis ſuis in ſepulchris patrum ſuorum in Modin, & planxerunt eum omnis Iſrael planctu magno.

F d *Et be.* Scriptũ inuenit̃ in euãgelio, qũo ſaluator poſtq̃ finiuit cęnã (quã cũ diſcipulis ſuis añ paſſionẽ ſuã habuit) vltimã pdicationẽ qua inſtruebat ipſa nocte diſcipulos ad extremũ orõne ad patrem directa finierit, ſuoſq; diſcipulos ipſi ſeruãdos commendauerit, dicens: Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut ſint unum, ſicut & nos. & paulo poſt: Sanctifica (inquit) eos in ueritate: ſermo tuus ueritas eſt, ſicut me miſiſti in mundum, & ego miſi eos in mundum: & pro eis ſanctifico meipſum, ut ſint & ipſi ſanctificati in ueritate. Et reliqua. Talibus. n. locutionibus Matathias noſter ſuos alũnos inſtruxit ac bñdixit. Sicq; poſit⁹ eſt ad pr̃es ſuos: qa oĩa ſicut de eo ſcriptũ erat, ſanctorũ patrum dicta paſſione ſua ac reſurrectione atq; aſcẽſione implẽdo confirmauit. G (Ioan. 17. b. Ibidem. b)

e *Et def.* Supra dictum eſt, ꝙ Matathias in cxlv. anno gẽtibus tẽplum Dei pphanãtibus ſurrexerit: & filij eius zelare legẽ Dei & uindicare ſancta. Nũc quoq; ſcriptura refert eũdẽ Matathiã. cxlvj. anno defunctũ eſſe. Vñ apparet, ꝙ nõ amplius q̃ vno anno cũ filijs ſuis poſt ĩceptã ultionẽ pariter vixerit, ſicq; defunctus eſt. Iſte. n. numerus annorũ bñ cõuenit p myſteriũ dñicæ paſſioni, qa poſt plenitudinẽ tpis, qua Deus filiũ mittere decreuit: ſm atteſtationẽ legis & euãgelij ſexta ætate ſeculi, hoiem q ſexto die creatus eſt ſexta die paſſus ſanguinis ſui ptio pfecte redemit ac reparauit. Qđ aũt ſepultus dr̃ a filijs in ſepulchro patrũ ſuorũ ĩ Modin, ſignat paſſionis ſuæ memoriã quotidie a fidelibus in ſctã eccleſia: vbi iudicij & ęquitatis locus eſt cõgrue uenerari, planctumq; ſalubrem ibidẽ celebrari, qa æternæ uitæ deſiderio ſcti uiri accẽſi p ei⁹ adeptu ĩ cordiũ ſuorũ cubiculis ſtudẽt ſalutiferis lachrymis cõpungi. (Ioſeph. lib. 12. antiq. ca. 7. & 8.)

NIC. DE LYRA.

¶ a Hodie exto. *potentia regni.*
b Et cras non inue. *i. cito morietur.*
c Quia c. ĩ t. ſ. *i. reuerſus ut dictũ eſt ſu. c. 1.*
d Et cogit. eius. *quia non potuit perficere quod cogitabat de Iudæorum deſtructione.*
e Vos er. *Hic tertio filios ſuos ad defenſionẽ legis ordinat, dicens:* Vos ergo filij confor. *in domino & in potentia virtutis eius.*
f Et vir. ag. in le. *pugnãdo p eius defenſiõe.*
g Quia in ip. *ſeruanda & implenda.*
b Glorioſi eri. *primo in ſpe, poſtea in re. Quod autẽ in aliquibus libris interponitur:* Cum fec. *non eſt de textu, nec habetur in libris correctis.* H
i Et ecce. Si. frater u. ſcio, q. uir con. eſt. *i. prudens in dandis conſilijs.*
k Ipſum audite ſem. *eius ſequendo conſilium.*
l Et ipſe uo. erit pa. *quia prudentia in bellis eſt magis neceſſaria quàm fortitudo.*
m Et Iu. M. ſo. vi. *ideo ad principatum militiæ aptus.*
n Et ipſe a. *de conſilio tamen Simonis.*
o Et ad. *quia virtus vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa.*
p Re. *ipſas puniendo pro malis illatis fidelibus. Cætera patent.*

GLOS. ORD. CAP. III.

☞ Et *ſur. Iu.* Matathia decedente Iudas Machabęus filius eius ſucceſſit in locum ipſius, quem adiuuabant oẽs fratres eius & vniuerſi, qui ſe iunxerant patri eius. Quid ergo in hoc facto nobis innuit̃, niſi ꝙ redemptor noſter poſtquã paſſione ac reſurrectione ſua cõpleta aſcendit in cœlos, ſucceſſores ſibi in euãgelica prædicatione miſſo de cœlo ſpiritusſancto apoſtolos primũ ordinauit, qui merito Iudæ nomine hoc eſt confitentes cenſentur: quia de ipſis Lucas in euangelio ait: Erant ſemper in templo laudantes & benedicentes Deum. Hos ergo omnes fratres ſui, et uniuerſi qui ſe cõiunxerant patri eius adiuuabant, quia minoris ordinis uiri, & omnes credentes, quia dogmate Chriſti ad fidem eius conuenerũt, in atteſtatione euãgelii pro uiribus choro apoſtolorum colloborabant. (Luc. 24. g)

b *Et præliabantur præ. Iſr. cum læ. & di. g. po. ſuo.* quia ipſe apoſtolicus cętus, ſpiritusſancti gratia repletus inſtanter ubiq; verbum Dei prædicabant gaudentes in tribulationibus, in neceſſitatibus, & in preſſuris augendo & multiplicando ubiq; numerum in dño credentium. Induit ſe loricam ſicut gigas, quia fortitudine fidei vndiq; ſe muniebat. Succinxit ſe arma bellica, iuxta illud Pau. apoſtoli quo docuit, dicens: State ergo ſuccincti lumbos ueſtros in veritate & induti lorica iuſtitiæ & calceati pedes in pparatione euãgelij pacis, in omnibus ſumentes ſcutũ fidei in quo poſitis oĩa tela neqſſimi ignea extinguere, & galeam ſalutis aſſumite, & gladiũ ſpiritus quod eſt uerbũ Dei. Sicq; contra hoſtes pugnabat, & protegebat caſtra eccleſiæ. (Ephe. 6. c)

c *Et ſimilis factus eſt leo in ope. ſu. & ſicut ca. leo. rug. in ve.* Illi uidelicet leoni admodum ſimilis, de quo ſcriptum eſt: Vicit leo de tribu Iuda radix David. Et de quo Iacob patriarcha (Apo. 5. b)

CAP. III.

Et ſurrexit Iudas, q vocabatur Machabæus filius eius p eo, & adiuuabãt eũ oẽs fr̃es eius, et vniuerſi, q ſe cõiũxerant patri eius, & præliabãtur pliũ Iſrael cũ lætitia. Et dilatauit gloriam populo ſuo, et induit ſe loricam ſicut gigas, & ſuccinxit ſe arma bellica ſua in prælijs, & protegebat caſtra gladio ſuo. Similis factus eſt leoni in operibus ſuis, & ſicut catulus leonis rugiens in uenatione. Et perſecutus eſt iniquos perſcrutans eos, & qui conturbabant populum ſuum eos ſuccẽdit flammis, & repulſi ſunt inimici eius, præ timore eius, & omnes operarij iniquitatis conturbati ſunt, & directa eſt ſalus in manu eius. Et exacerbabat reges multos, & lætificabat Iacòb in operibus ſuis, & in ſeculum memoria eius in benedictione. Et perambulabat ciuitates Iuda, & perdidit impios ex eis, & auertit iram ab Iſrael. Et nominatus eſt uſque ad nouiſſimum terræ, & congregauit pereuntes. Et congregauit Apollonius gentes, & a Samaria uirtutem multam & magnam ad bellandum contra Iſrael. Et cognouit Iudas, & exijt obuiam illi, & percuſſit & occidit illum, & ceciderunt uulnerati multi, & reliqui fugerunt, & accepit ſpolia eorum. Et gladium Apollonij abſtulit Iudas, & erat pugnans in eo omnibus diebus. Et audiuit Seron princeps exercitus Syriæ, quòd congregauit Iudas congregationem & eccleſiam fidelium ſecum, & ait: Faciam mihi nomen & glorificabor in regno, & debellabo Iudam & eos qui cum ipſo ſunt, quia ſpernebant uerbum regis. Et præparauit ſe, & aſcenderunt cum eo caſtra impiorum fortes auxiliarij, ut facerent uindictam in filios Iſrael. Et appropinquauerunt uſque Bethoron, & exiuit Iudas obuiam illi cum paucis. Vt autem uiderunt exer-

NIC. DE LYRA. CAP. III.

Et ſur. Iu. q vo. *Poſt liberationem populi ſub Matathia, conſequenter deſcribitur einſdem liberatio ſub Iuda. Circa quã primo deſcribitur uirtus ducis. ſcđo cõflictus eius cũ aduerſarijs, ibi: Et perſecutus eſt. Circa primum dicitur:*
a Et ſ. I. *ad populi defenſionẽ poſt ſuũ patrẽ.*
b Et ad. eũ *obediẽtes ei tãq̃ exercitus duci.*
c E præl. præ Iſ. cũ. lę. *Signũ. n. habitus generati eſt delectatio in opere. ij. Ethic. et per hoc patet, ꝙ habebat habitum fortitudinis.*
d Et dilatauit gloriam po. ſuo. *ad facta patris ſui notabiliter addendo.*
e Et induit ſe loricam ſicut gi. *i. fortiter & audacter.*
f Et ſuccinxit ſe. *nam agilis erat & expeditus ad bellandum, ſicut homo ſuccinctus ad ambulandum.*
g Et protegebat caſtra *ſ. Iſrael.*
h Similis factus eſt leoni. *de quo ſcribitur Prouer. xxx. d. Leo fortiſſimus beſtiarum, ad nullius pauebit occurſum.*

¶ Et ſicut

MORALITER.

✻ a *Et ſur. Iu.* Per quem ſignificatur ſucceſſor idoneus boni principis vel prelati malos uiriliter impugnando. (Allegor.)

✻ *Et congre-*



A triarcha per figurã in benedictione myſtica filiorũ ſuorũ inter cætera ait: Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi aſcendiſti: requieſcẽs accubuiſti vt leo, & quaſi leæna: qs ſuſcitabit eũ? Venatio itaq; illa ſpiritalis fuit, qñ ſpiritales uenatores retib. euangelij hoies ad fidem rapiebant. Taliter ergo Iudas myſticus perſecutus eſt iniquos, & qui conturbabãt pplm ſuũ, ſuccẽdit flãmis, qa ſiue pſecutores hoies ſiue ẽt malignos ſpũs tali ſtudio taliq; actu pſequẽdo cõturbationẽ nõ minimã flãmis inuidiæ ſuccenſis ingerebat. (Gen. 49. b)

a *Et re. ſu. & c Et ex. re. m.* Illo uidelicet qui reſiſtere euangelio Chriſti moliebantur.

b *Et læ. Ia. in ope. ſu.* qñ credẽtiũ pplm confortauit uerbo & exemplis: & in ſeculum mĩa eius in benedictione, ſm illud Sap. Sapiẽtiam, inquit, ſanctorum narrabunt omnes populi, & laudem eorum pronũciabit omnis eccleſia ſanctorum. (Eccl. 44. c)

c *Et per. ci. & per. di. im. ex eis.* quia explorando eccleſiarum fidem hæreticos qui cõtraria rectæ fidei ſapiebãt anathemate perculerat noĩatus eſt vſq; ad nouiſſimum terræ, qa in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. (Pſal. 18. a)

d *Et con.* Quid per Apollonium, niſi Iudæorũ ſæuitia exprimitur, qui ex Samaria uirtutem multam cõtra Iſrael congregauerant, quia per obſeruantiam literæ legalis fidem Chriſti quaſi contrariam præceptis Dei debellare certabãt. Sed obuiam Apollonio Iuda exijt, pcuſſitq; & occidit eũ, qa Chr̃s in apl̃is ſuis Iudæorũ errorẽ atteſtatione ipſius legis & prophetarũ debellans contriuit, oñdendo quod umbra legis & prophetarũ B præfigurabat ueritatem euangelij.

e *Ceciderunt. ex eis uu. mu.* Quia per inuidiam ſauciati multi ex Iudæis corruerunt. Reliqui uero fugerunt, hoc eſt ſalutem ſibi ab eccleſiaſtico dogmate requiſierunt. Quorum ſpolia accepit Iudas, cum omnes ceremonias legis quas illi carnaliter habuerant, diſcipuli Chriſti ad ſpiritalem vſum conuertebant.

f *Et gla. Ap. ab. Iu. & er. pu. in eo om. die.* Gladium Apollonij non alium intelligimus, q̃ ſermonem legis & prophetarum, quem prædicatores ſancti tollentes oĩb. dieb. in eo pugnãt, cum a carnali populo hiſtoriam diuinę legis ſpiritali ſenſu apl̃ica traditione interpretatam auferentes oĩm gentium debellant errores: omnibusque diebus ſeculi huius gaudij virtus ſanctæ eccleſiæ glorioſiſſimam parit uictoriam.

g *Et au. Se.* Per Seron principem exercitus Syriæ, ſignificatur potentatus iſtius mundi, qui bene nomine Syriæ cẽſetur. Syria. n. interpretatur ſublimis ſiue humectans, quia mundus iſte ſuperbia extollitur, luxuriaq; grauatur: Diſponit itaq; Seron debellare Iudam, & eos qui cum ipſo ſunt, cũ faſtus mũdanus doctorib. ſanctis & fidelium populo inſidias molitur: caſtraq; impiorum ad hoc congregat, vt per plurimorum ſolatium, opprimat innocentes, confidens magis in potentia regni quam in uirtute Dei. Sed contra opinionẽ ſuam illi euenit, quia lapis abſciſus de monte ſine manibus conteret ſtatuam ſuperbam, comminuetq; aurum argentum æs & ferrũ: dabitur regnum populo ſanctorum. Vicit leo de tribu Iuda radix Dauid, cui omnis poteſtas in cælo data eſt & in terra. (Seron princeps Syriæ. Dan. 2. Apoc. 5. b. Matt. 28. d)

h *Et ap. uſ. Beth. & exi. Iu. ob. illi cum pa.* Bene dr̃ ꝙ exercitus Seron appropinquaret Bethoron, quia uniuerſum ſuum actum profert cum tumultu. Bethoron. n. interpretatur domus iræ. Cui Iudas obuiauit cum paucis, quia cœtus ſanctorũ nõ per iram, ſed per patientiam atq; humilitatem rñdet inimicis, cui præceptum eſt a dño dicente: Eſto cõſentiens aduerſario tuo cito cum ieris in uia cum eo. Ego autem dico uobis non reſiſtere malo. Sed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram. Et ei qui vult tecum contendere in iudicio, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. (Matt. 5. d. Ibidem. f)

*Vt ui-*

C i *Vt aũt ui. &c.* Verba timentiũ fragilitatẽ exprimunt quorũdam ſubditorum, qui magis imbecillitatem ſuam conſiderãtes pertimeſcunt caſum q̃ per robur fidei fiduciam habeãt in Deum. Sed talium formidinem doctorũ ſolertia pijs exhortationibus compeſcens de futuro Dei adiutorio certam illis tribuit ſpem, qui protector eſt omnium fideliter in ſe ſperantium.

☞ *Et contritus*

NIC. DE LYRA.

¶ a Et ſicut ca. le. ru. in ue. *Cuius rugitu terrentur beſtiæ & fiunt ſtupidæ, & ſic gentes idololatræ audito nomine Iudæ.*
b Et perſec. eſt iniq. *Hic conſequenter deſcribitur conflictus Iudæ cum aduerſarijs: & primo in generali. ſecundo in ſpeciali, ibi: Et congregauit Apollonius. Circa primum dicitur:* Et perſ. eſt iniq. p. e. *In locis abditis vbi ſe abſconderant fugiendo.* (Diuiſio)
c Et dicta eſt ſa. *ſcilicet Iſrael.*
d In manus eius. *i. in potentia eius.*
e Et exacerba. r. mul. *Eorum gentes debellando.*
f Et lætifica. Iacob. *i. populum Iſrael ipſum liberando.*
g Et in ſeculum m. e. *Quod patet adimpletum. nam ad eius commẽdationem narrantur eius facta per orbem uniuerſum.*
h Et co. pere. *ſ. factores legis quos interficiebant Gentiles.*
i Et con. Apol. *Hic conſequenter deſcribitur eius conflictus cum aduerſarijs magis in ſpeciali. Et primo, tẽpore Antiochi Epiphanis. ſecundo, tempore filij ſui Antiochi Eupatoris, ca. vi. tertio, tempore Demetrij filij alterius fratris. ſ. Seleuci primogeniti Antiochi magni. vij. ca. Prima in tres ſecundum triplex bellum quod habuit Iudas tempore Antiochi. Primum fuit cũ regni ducib. Secundum cum regis principib. ibi: Vt audiuit autem rex. Tertium cum finitimis gentibus, ca. v. Prima adhuc in duas: quia primo ponitur bellum Iudæ cũ Apollonio duce Samariæ. ſecundo, cum Seron duce Syriæ, ibi:* Et audiuit Seron. *Circa primum dicitur:* Et congreg. Apol. gentes. *Vt faceret ſibi nomen debellando Iudam.* (Diuiſio) D
k Et cogno. Iu. *Per exploratores ſuos.*
l Et exijt obuiam. il. *Non permittens ei fines ſuos ingredi.*
m Et gla. Apo. ab. *In ſignum victoriæ, ſicut Dauid gladium Goliæ. 1 Reg. xvij.*
n Et er. pu. in eo om. di. *Hoc dicitur ad denotandum gladij bonitatem.*
o Et aud. Seron. *Hic conſequenter deſcribitur bellum Iudæ cum Seron duce Syriæ. Circa quod primo ponitur ipſius Seron apparatus, & patet litera. Secundo Iudæorũ metus, ibi: Et exiuit Iudas obuiam illis cũ paucis. ideo timuerunt. ſ. multitudinem fortem contra ſe uenientẽ. Tertio ponitur per verba Iudæ populi cõſolatio, ibi: Et ait Iudas: Facile eſt cõcludi multos in manu paucorũ, & hoc uirtute Dei cui nõ põt reſiſti, quã eis aſſiſtere affirmat, dicẽs:* (Diuiſio)

¶ Ipſi

MORALITER.

✻ i *Et con. ap. ge.* Per Samaritanos qui partim legem tenebant, & partim repudiabant, ſignãtur hæretici, qui partim tenent legem Chriſti, & partim contemnunt. hos aũt congregat Apollonius. i. diabolus ad impugnandũ bonũ plãtum & eius populũ de fide & morib. ſicut legit̃ eſſe factũ tpib. Arrij & aliorũ hæreticorũ, ſed bonus plãtus eis occurrit gladio uerbi Dei & excõicationis ſnĩa eos diſperdens. Accipit aũt gladium Apollonij, & cum eo pugnat contra cæteros hæreticos. Eſt. n. gladius iſte ſacra ſcriptura, intellectu falſo deprauata: quam bonus prelatus accepit ſecundum intellectum, & ſic confutat errores hæreticorum.

o *Et au. Se. prin. ex. Sy.* Per Syriam quæ ſublimitas interpretatur, ſuperbia ſignificatur. vnde de diabolo qui rex eſt ſuper filios ſuperbiæ, dicitur Iob. xli. d. Omne ſublime uidet, &c. ideo per Seron principem exercitus Syriæ ſignificatur ſpiritus malignus, qui ſpecialiter tentat de uitio ſuperbiæ. Et iſte inſurgit contra bonum pręlatum nitens ex conuerſatione morum & fidei & hæreticorum cõfutatione eum inducere in elationis faſtum: ſed bonus prælatus eum debellat per humilitatis uirtutem, Deo attribuens totam uictoriam, dicens quod ſequitur:



✻ *Non in mul-*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

a *Et con.eſt.* qa ſæpe patientia ſanctorum furorem mitigat perſequētium, & māſuetudo humiliū pſternit audaciam ſuperborum. Inde eſt quod Paulus docet dicēs: Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: Si ſitit, potum da illi. Hæc.n. faciens carbones ignis congeres ſuper caput eius. Noli uinci a malo, ſed uince in bono malum.

Rom. 12. d — Ibidem

b *Et ce.* Bene per octonariū numerū ſumma concluditur ſalubriter cadentium, qa illi qui uoluntarie cedunt ueritati, & circūciſione ſpiritali oēs a ſe abſcidunt ſpūalr uoluptates, & octo beatitudinum ſtudent in ſe recolligere uirtutes. Cæteri aūt qui fugerūt, uenerunt in terrā Philiſthijm, qa cū quidam pſecutorum licet reſiſtere nullo mō ueritati poſſint, tñ magis eligunt confugere ad latibula errorū ſuorū q̄ †eccleſiæ atq; obedire utili cōſilio ſpiritalium magiſtrorum. Et bene dictū eſt fugiſſe eos in terram Philiſthijm. Philiſthijm.n. interpretatur ruina duplex. Duplicē.n. hēt ruinam is qui primū cōcidit pctō: & deinde per ſemetipſum deſperans perſeuerat in malo.

† credere uel cedere

c *Et ce.ti.* Timor Iudę & fratrum eius ſuper oēs gentes cecidit, cum potētia Chriſti per uirtutes atq; miracula in mēbris eius emicuit. Et puenit ad regem nomen eius, quia potentatui huius mundi innotuit prædicatio euangelij eius, & de prælijs Iudæ narrabāt oēs gentes cum uictoriam redemptoris noſtri, de morte ac mortis autore totius orbis prædicant nationes.

Myſtice

d *Vt aut. au* Antiochi huius hiſtorici affectus quibus nō mediocriter ęſtuabat, hoc eſt ira & cupiditas, & ſuperbia, bene exprimunt Antiochi ſpiritalis mores, quibus ualidiſſime totū infeſtat mundum, ſed nunc per mēbra ſua, iuxta aūt finem mūdi per ſemetipſum, qñ tribulatio talis erit qualis nō fuit antea, nec poſt futura erit. Iraſcitur autem qñ audit gloriam ſanctorum & uirtutem atq; conſtantiam eorum. Congregat aūt exercitum, dans illi ſtipendia in annum, cum per pñtis uitæ commoda & honores, ambitioſos quoſq; incitat ad perſecutionem fidelium. Intentusq; faſtu mundano ac cupiditate optimates ſuos eligit, vt prouideant regni negotia, qñ miniſtros ſuos atq; ſequaces ad hoc ordinat, vt pñtium rerum illecebras ſuggerant, ac pouocando ad uoluptates terrenas cōſentiētes ſibi pertrahāt. Filiorum.n. noīe illi cenſentur, qui imitatores ſunt Antichriſti. Hos.n. per optimates ſuos nutrit, cū p ſceleſtiſſimos quoſq; uarijs uitijs corrumpendo pabulum ignis æterni efficit. Hocq; pcipue ſuis magiſtratib. pcipit, vt extirpēt uirtutē Iſrael & reliqas Ierl'm, & conſtituāt alienigenas pro eis: qa nulla intentio nullumq; ſtudium magis diaboli eſt q̄ ut euertat eccleſiā Chri. & robur fidei in electis mollificet, atq; in loco uirtutum uitia ſubintroducat.

Mat. 24. b

*Et elegit.*

## NIC. DE LYRA.

¶ *b* Ipſi ueniunt ad nos in multitudine contu. *i. in malis obſtinati.*

*c* Et ſuperbia. *quam Deus a principio mundi deiecit in angelis ſuperbientibus.*

*d* Vt diſperdant nos & uxores noſtras. *iniuſte nocumentum nobis inferendo in perſonis proprijs & nobis coniunctis & rebus poſſeſſis, propter quod habent iniuſtum bellum, nos autem iuſtum. ideo ſubditur:*

Nos

citum uenientem ſibi obuiam, dixerunt Iudæ: Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem hanc tantam, & tam fortem? Et nos fatigati ſumus ieiunio hodie. Et ait Iudas: Facile eſt concludi multos in manu paucorum, & nō eſt differentia in conſpectu Dei cæli liberare in multis, & in paucis: quoniam non in multitudine exercitus uictoria belli, ſed de cælo fortitudo eſt. Ipſi ueniunt ad nos in multitudine contumaci & ſuperbia, vt diſperdant nos & uxores noſtras & filios noſtros, & ut ſpolient nos. Nos uero pugnabimus pro animabus noſtris, & legibus noſtris, & ipſe dominus conteret eos ante faciem noſtram. Vos autem ne timueritis eos. Vt ceſſauit autem loqui, inſiluit in eos ſubito. Et contritus eſt Seron & exercitus eius in conſpectu ipſius, & perſecutus eſt eum in deſcenſu Bethoron vſque in campum. Et ceciderunt ex eis octingenti uiri, reliqui autem fugerunt in terram Philiſthijm. Et cecidit timor Iudæ ac fratrum eius, & formido ſuper omnes gentes in circumitu eorum, & peruenit ad regem nomen eius, & de prælijs Iudæ narrabant omnes gentes. Vt audiuit autem Antiochus rex ſermones iſtos, iratus eſt animo, & miſit, & congregauit exercitum uniuerſi regni ſui, caſtra fortia ualde. Et aperuit ærarium ſuum, & dedit ſtipendia exercitui in annum, & mandauit illis ut eſſent parati ad omnia. Et uidit quòd defecit pecunia de theſauris ſuis, & tributa regionis modica propter diſſenſionem & plagam quam fecit in terra, ut tolleret legitima quæ erant a primis diebus. Et timuit ne non haberet & ſemel & bis in ſumptus & donaria: quæ dederat ante larga manu, & abundauerat ſuper reges qui ante eum fuerant. Et conſternatus erat animo ualde, & cogitauit ire in Perſidem, & accipere tributa regionum & congregare argentum multum. Et reliquit Lyſiam hominem nobilem de genere regali ſuper negotia regia a flumine Euphrate uſque ad flumen Aegypti, & ut nutriret Antiochum filium ſuum donec rediret. Et tradidit ei medium exercitum & elephantos, & mandauit de omnibus quæ uolebat, & de

*e* Nos uero pugnabimus pro animabus noſtris. *i. vitis noſtris defendendis.*

*f* Et legi. noſtris. *a Deo datis. ideo concludit:* Et ipſe dominus. *Quarto ponitur aduerſariorum debellatio, cum dicitur:*

*g* Vt ceſſauit au. lo. *& patet litera vſque ibi:*

*h* Et per. ad re. *ſ. Antiochum Epiphanem.*

*i* Vt audi. au. r. *Hic conſequenter deſcribitur bellum Iudæ cum regis principibus ad hoc ſpecialiter deſtinatis; præcedentes uero non fuerunt ab bellandum miſſi, ſed cum eſſent poſiti ad cuſtodiam terrarum Iudeæ propinquarum, intulerunt Iudæis bellum, vt ſic oſtenderent ſe zelare pro rege. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur belli apparatus. Secundo conflictus capitu. ſequen. Prima in duas: quia primò ponitur apparatus ex parte regalium. ſecundo, ex parte Iudæorum, ibi: Et uidit Iudas. Et notandum, quod apparatus ex parte regalium ſemper eſt cum ira & cupiditate, cum multitudine ſuperba & poteſtate: ex parte vero Iudæorum cum oratione & humilitate, cum Dei fiducia & pietate. Circa primum primo ponitur regis ordinatio. ſecundo, ordinationis executio, ibi: Et rex aſſumpſit. Circa primū dicitur:* Vt audiuit au. rex. *duces ſuos a Iudæis deuictos. Cætera patent uſque ibi:*

Diuiſio

*l* Et uidit quod defecit pecunia de th. ſu. *quia non ſufficiebat ad tantum exercitum diu ſuſtinendum.*

*m* Et tributa regio. mo. prop. diſ. *non.n. ſoli Iudæi rebellauerant, eo quòd cogebat eos ad colendum Iouis idolum, vt ſupra dictum eſt: ſed etiam multi Gentiles alium ritum habentes, quorum aliqui colebant Herculem, alij Dianam, & ſic de alijs: quibus ſcripſerat per decretum, vt dimitterent ritus ſuos propter Antiochi cultum, ut eſſet populus unus: vt dictum eſt ſupra. 1. ca. quod erat eis graue, ideo negauerant Antiocho tributa conſueta.*

*n* Et timuit ne n. ha. & ſemel & bis. *i. vt non poſſet continuare ſumptus militum ſicut prius.*

*o* Et cogitauit ire in Perſid. *in qua erant diuitiæ multæ, vt poſſet inde defectum ſuum ſupplere: dimiſit tamen in Antiochia quæ erat metropolis regni ſui Lyſiam ad cuſtodiam regni ſui & filij ſui, & ad deſtruēdum habitatores Iudæa, & populandum eam alienis gentibus: hæc autem ordinauit, ſed non in omnibus ſic euenit: & his prædictis patet litera, paucis exceptis quæ diſcurrentur.*

*p* Et reliquit Lyſiam hominem nobilē de ge. re. *in quo notatur eius aptitudo ad cuſtodiam regni.*

*q* Et tradidit ei medium exercitum & elephantos. *quia tradidit ſibi medietatem exercitus tam in hominibus quàm in animalibus, aliam uero medietatem ſecum duxit.*

¶ Et rex

## MORALITER.

✻ a *Non in multitu. ex. &c.* Sequitur: l *Vt audiuit autem Antiochus rex ſermo. iſtos iratus eſt animo.* quia diabolus qui per Antiochum ſignificatur, vt ſupra dictum eſt, quando cognoſcit victoriam iuſtorum, & confuſionem ſuorum valde turbatur, & quærit uias per quas poſſit iuſtos deijcere, & ſuorum debellationem uindicare. ideo ſubditur.

k *Et congregauit exercitum uniuerſi regni ſui. &c. Et reliquit Lyſi.* Per iſtum quem reliquit Antiochus ſuper negotia regia, ſignificatur tyrannus per procurationē diaboli conſtitutus in poteſtate terrena, & perſequitur Iudam & eius exercitum, id eſt bonum prælatum & eius populū in bonis ſpiritualibus & temporalibus, & etiam in corporibus, & hoc ſignificatur per hoc quod ſubditur.

✻ *Et ele-*



a *Et elegit Ly.* Quid per Lyſiam niſi faſtus mūdanus deſignatur, q per tres viros, hoc eſt p tres ordines pſecutorum bellū Chriſti eccleſiæ ingerit: hoc eſt p paganos, p hęreticos, & per falſos Chriſtianos, qbus ſubrogant quadraginta milia virorū & ſeptē milia equitū, vt diſpdāt Iudā ſm verbū regis. Quid p quadragenariū numerū, niſi vniuerſitas tpis deſignat, quo pſecutionem in mundo tolerat eccl'ia? Quatuor.n. principales partes ſunt orbis, hoc eſt oriēs, occaſus, ſeptētrio, & meridies, in qbus dilatata cōſiſtit eccl'ia, quam vt cōgregaret filius Dei deſcendit in mundū: vbi añ paſſionē ſuā quadraginta diebus & quadraginta noctib' ieiunauit, vt oñderet tētationē nřam in carne ſua (quā de nřa mortalitate aſſumere dignat' eſt, pticipari uoluiſſe. Vñ ab hora mortis eius vſq, ad diluculū reſurrectiōis cōſtāt horę quadraginta, ſi ipſa nona cōnumeretur. Poſt reſurrectionē quoq; nō ampli' q̄ dies quadraginta cū diſcipulis in hac terra eſſe voluit: huic eorū vitæ adhuc humana cōuerſatione cōmiſtus: & cū illis alimenta mortalium (q̄uis iā nō moriturus) accipiēs, vt p ipſos quadragīta dies ſignaret ſe occulta pñtia, qđ pmiſit impleturū qñ ait: Ecce ego ſum vobiſcū oībus diebus vſq, ad conſummationē ſeculi. Per ſeptenariū vero numerū quo equitū milia deſcribunt, nō aliud q̄ plenitudo pſecutionū demōſtrat, qa ſicut p ſeptēariū numerū ſeptiformis gřa ſpūſcti oñdit, ſic & econtrario legit in euāgelio, q̄ ſpūs nequā in hoīem ſecū introduxerat ſeptē ſpūs nequiores ſe. Et alibi: A muliere peccatrice legit dñs ſeptem dæmonia eieciſſe. Oēs ergo pſecutores recte diabolo inſtigāte ad hoc coadunāt: vt eccl'iā Xpi deſtruāt, & cōfeſſores oīpotētis Dei blaſphemare cōpellant: & hoc nō ſegniter, ſed tota virtute pficiūt.

Allegor. — Quadragenarius numerus & quaternarius quid myſtice ſignificet. — Matt. 4. a — Act. 1. a — Matt. 28. d — Septenarius numerus — Matt. 12. d — Luc. 8. a

b *Et p.* Quid p Ammaū niſi amatores mūdi exprimunt, q p cupiditatē ſcl'i negligunt hře amicitiā Dei? Vñ ſcriptū eſt: Qui vult amicus eē huius ſeculi, inimicus Dei cōſtituit. Et Iohānes inqt: Qui diligit mūdū, nō eſt charitas Dei in eo: Et merito hoc noīe tales nūcupant. Interpretat eñ Ammaus, ppl's abiectus. Abiectione qppe digni ſunt, q amorē pñtis ſeculi pferūt dilectioni Dei. Vñ ipſa veritas in euangelio ait: Qui amat patrē ſuum aut matrem ſuā plus q̄ me, nō eſt me dignus. Nec incongrue Ammaus in terra cāpeſtri eſſe dicitur, qa lata ac ſpatioſa eſt via quæ ducit ad mortem, & multi intrant per eam.

Iac. 4. a — 1. Ioan. 2. c — Matt. 10. d — Matt. 7. b

c *Et au* Mercatores iſtos q ambiūt ſeruitiū Hebræorū non alios melius ſignare arbitror q̄ malignos ſpūs, q deſiderāt interitū fideliū, & hoc geſtiunt, vt p cupiditatē terrenā cæleſtē nobis auferāt gl'iam, et libertatē q̄ habemus in gřa Chriſti, in cultū ac ſeruitutē cōuertāt diaboli. Vñ in euāgelio legitur, quod ipſe diabolus caput nřm, mediatorē videlicet Dei & hominū: ducēs in mōtē excelsū, oñderit ei oīa regna mundi ac gl'iam eorū atq; tentando dixerit: Hęc oīa tibi dabo, ſi pcidens adoraueris me. Et bñ dř, qđ additi ſunt ad eos exercitus Syriæ & terrę alienigenarum, quia luxurioſi quiq; & alieni a vero Dei cultu iunguntur inimicis noſtris, & moliendo interitum noſtrum, cooperatores ſunt immundorum ſpirituum.

Myſtice — Matt. 4. b

d *Et ui. Iu.* Aeſtuantibus perſecutoribus & pugnam cōtra fideles diſponentibus, ipſi magis ad exemplum Iudæ ac fratrum eius incitātur ad augmentum fidei & profectū virtutum. iuxta illud Pſalmiſtæ, qui ait: Dum ſuperbit impius, incenditur pauper. Talis ergo intentio debet eſſe ſeruorū Dei, ut pugnēt

Pſal. 9. a

pro

p populo & ſanctis ſuis, qa p ſtatu fidei Chriſtianæ religionis, atq; p fraterna ſalute debēt cōtra ſpiritales neqtias & cōtra prauos hoīes inſtāter dimicare, adiutoriumq; Dei aſſidua orōne implorare, qa ipſe eſt, de quo ſcriptū eſt: Adiutor in opportunitatibus in tribulatione, cui ſoli derelictus eſt paup, & pupillo tu eris adiutor, quia paterna pietate laborē & dolorē conſiderat ſuorum. conteret brachium peccatoris & maligni: iudicat pupillo & humili, ut non apponat vltra magnificare ſe homo ſuper terram.

Pſal. 9. b

*Et con-*

inhabitantibus Iudæam & Ieruſalē, & ut mitteret ad eos exercitum ad conterendam & extirpādam uirtutē Iſrael, et reliquias Ieruſalem, & auferēdam memoriam eorum de loco, & ut cōſtitueret habitatores filios alienigenas in omnibus finibus eorum, & ſorte diſtribueret terram eorum. Et rex aſſumpſit partem exercitus reſidui, & exiuit ab Antiochia ciuitate regni ſui, anno centeſimo & quadrageſimoſeptimo, & transfretauit Euphraten flumen, & perambulabat ſuperiores regiones. Et elegit Lyſias Ptolemæum filium Dorymini, & Nicanorem, & Gorgiam, uiros potentes ex amicis regis, & miſit cum eis quadraginta milia uirorum, & ſeptem milia equitum, ut uenirent in terram Iuda, & diſperderent eam ſecundum uerbum regis. Et proceſſerūt vt irent cum uniuerſa uirtute ſua, & uenerunt & applicuerunt Emmaum in terra campeſtri. Et audierunt mercatores regionum nomen eorum, & acceperunt argentum & aurum multum ualde & pueros, & uenerunt in caſtra ut acciperent filios Iſrael in ſeruos, & additi ſunt ad eos exercitus Syriæ & terræ alienigenarum. Et uidit Iudas & fratres eius, quia multiplicata ſunt mala, & exercitus applicabat ad fines eorum, et cognouerunt uerba regis, quæ mandauit populo facere in interitum et conſummationem. Et dixerunt vnuſquiſque ad proximum ſuum: Erigamus deiectionem populi noſtri, et pugnemus pro populo noſtro et ſanctis noſtris. Et congregatus eſt conuentus, ut eſſent parati in prælium, vt orarent, et peterent miſericordiam et miſerationes. Et Ieruſalem non habitabatur, ſed erat ſicut deſertum. Non erat qui ingrederetur et egrederetur de natis eius, et ſanctum conculcabatur. Et filij alienigenarum erant in arce, ibi erat habitatio gentium. Et ablata eſt uoluptas a Iacob, et defecit ibi tibia, &

## NIC. DE LYRA.

¶ *a* Et rex aſſumpſit partem. *Hic conſequenter ponitur ordinationis regis executio. & primo ex parte regis, cū dicitur.*

*b* Et exiuit ab an. ci. re. ſui. *ſ. metropoli.*

*c* Anno centeſimo & quadrageſimo ſeptimo *ſ. regni Græcorū. regni uero ſui anno decimo: quia cępit regnare anno centeſimo triceſimo ſeptimo regni Græcorum, vt dictum eſt ſupra ca. 1. Secundo ponitur executio ex parte Lyſiæ cuſtodis regni, cum dicitur: Et elegit Lyſias, &c.*

*f* Viros potentes ex amicis regis. *Vt ſic eſſent magis uoluntarij ordinationem regis exequi.*

*g* Et miſit cum quadra. milia. uiro. *ſ. peditum. Cętera patent vſque ibi.*

*h* Et audi. mer. re. no. eo. *In multitudine & fortitudine, & credentes quod ſtatim deberent Iudæos capere, præparauerunt ſe ad emendum illos in ſeruos et ancillas: propter quod venerunt ad caſtra eorum.*

*i* Et uidit Iudas. *Hic conſequenter ponitur apparatus belli ex parte Iudęorum. & primo per humilem & deuotam orationē, ſecundo per bellatorum diſpoſitionem, ibi: Et poſt hæc. Circa primum patet litera ex prædictis vſque ibi.*

Diuiſio

*l* Et Ieruſalem non habitaba. *Hoc interponitur ad reddendum cauſam quare non iuerunt in Ieruſalem ad orandum, cum ibi eſſet locus diuini cultus.*

*m* Et ſanctum. *i. templi locus.*

*n* Conculcaba. *Et ſubditur a quibus.*

*o* Et filij alienigenarum erant in arce. *Propinqua templo.*

¶ Et con-

## MORALITER.

✻ d *Et elegit Lyſias Ptole.* Qui interpretatur ſuſpendens aquas. ideo per ipſum ſignificatur perſecutio in ſpiritualibus impediendo ſtudium vel doctrinam ſacræ ſcripturæ: quod legitur Iulianus apoſtata Chriſtianis feciſſe.

e *Et Nicanorem.* Qui interpretatur ſtans lucerna, per quam ſignificatur intelligentia tyranni ad malum intenta, ſecundum illud Prouer. xxj. a. Lucerna impiorum peccatum, & per hoc ſignificatur aſtutia tyranni, in temporalibus rapiendis, ſicut legitur de Iuliano apoſtata, quòd facultates & patrimonia auferebant Chriſtianis ſub colore verbi Chriſti, Luc. xiiij. g. Niſi quis renuntiauerit omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.

Eccleſiæ bona diſtrahere cupientes quo colore utentes.

f *Et Gorgiam.* Qui interpretatur diuiſio, & ſignificat perſecutionem in corporalibus, per quam paſſi diuiduntur a præſenti uita.

h *Et audierunt merca re.* Per quos ſignificantur illi qui tyrannos excitant ad affligendum populum exactionibus & alijs grauaminibus, ſperantes inde reportare temporalia lucra, quod frequenter contingit, quia multa de talibus detinentur a miniſtris, & non veniunt ad manum tyrannice præſidentis.

i *Et uidit Iudas & fratres eius.* Hic ponitur defenſio boni prælati & populi deuoti. ideo ſubditur.

k *Et congregatus eſt conuentus, ut eſſent parati in prælium.* Orationibus deuotis implorantes auxilium diuinum.



✻ *Et con-*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL ES

E a *Et congre.ſunt.* Illi qui ad dimicandum contra hoſtes congregati fuerant, venerunt in Maſphat contra Ierl'm. Et quid per Maſphat (q iudicium interp̄tat̄) niſi ve.teſt.ſignat̄: locus orationis erat in Maſphat, qđ ꝓſpicit ſemꝑ ad nouum teſta.& teſtimonium p̄bet euangelio Chriſti. Illuc.n.neceſſe eſt ut ſpiritales milites Dei cordis intentionē vertāt, quatenus ex lectione diuina inſtruant̄, qualiter contra hoſtes ſpiritales p̄liari debeant. Locus.n. orationis erat in Maſphat ante in Iſrael: qa oracula diuina per libros legis & ꝓphetarum primum nobis innotuerunt, deinde per euangelium.

b *Ieiu.il.die* qa cōtinentiæ operā dabant. Induerunt ſe cilicijs & cinere in capite ſuo, qa pn̄iam ꝓ pc̄tis ſuis, quæ per carnis fragilitatem cōtraxerūt, agere Deo digne decernunt. Et † ſciderūt veſtimēta ſua, cum corpus caſtigant, & carnalia in ſe deſideria

† deſtituerunt.

mortificāt. Quod aūt ſequitur quia.

c *Expan.lib.le.de qui.ſcr.gen.ſim.* Oſtendit qđ memoriam diuinorum præceptorum bonis actibus demonſtrent, q digne militare ꝓbantur. Lex.n.dn̄i irreprehēſibilis cōuertens aīas electorum, exprobat malefacta ꝑfidorū, & deteſtat̄ idolorū culturā, & omnem contradicit impietatis facturā. Attollunt ſacerdotalia ornamēta q ſacerdotij eccl'aſtici digne faciunt officia. Primitias & decimas donāt, q initiū & ꝑfectionē boni operis Deo deputant. Suſcitant Nazareos, q impleuerūt dies, q ꝑ caſtitatis mūditiā gratā vitā omni tp̄e Deo exhibere ſtudēt. Et clamāt voce magna in cælū, q diuinitatē pijs p̄cibus ac bonis actibus ꝑ miam ꝓuocāt. Sicut.n.clamor impiorū, quē blaſphemia & prauis operibus

F ꝓferūt Deū irritat, ſic cōfeſſio & fides ſc̄tōrum, q̄ ꝑ dilectionē operat̄, maieſtatē diuinā in oī tp̄e placat.

d *Et poſt hæc.* Tribunos appellat eos q militibus mille præerāt, quos Greci, χιλιάρχους, vocāt Cēturiones q cētū, πεντακοντάρχους q quinquaginta, & decuriones qui decē. Ordināt.n.prędicatores ſc̄ti ſubiectos ſuos quatenus nil in eis inordinatū reperiat̄, ſed militia Chri-

1.Cor 14.g ſti rōnabiliter perfungantur. Vn̄ Paulus auditoribus ſuis ait:
2.Timo.2.a Omnia autem honeſte & ſecundum ordinem fiant. Et iterum: Nemo, inquit, coronabitur niſi qui legitime certauerit.

Deut.20.b e *Et dixit his.* Scriptum eſt.n.in Deuteronomio, homo formidoloſus & corde pauido non egrediatur ad bellum, uadat & reuertatur in domum ſuam, ne pauere faciat corda fratrum ſuorū, ſicut & ipſe timore perterritus eſt. Quibus uerbis edocet non poſſe quenq̄ profeſſionem contemplationis, vel ſpiritalis militiæ arripere exercitum, q adhuc nudari terrenis opibus pertimeſcit: Ne rurſus infirmitate mentis ad priſtinas ſordes reuertatur, ſuoq; exemplo alios ab euangelica perfectione reuocet, & fidelium vigorem infirmet. Iubētur itaq; tales, ut diſcedentes a pugna reuertantur in domum ſuam, quia nō

Iacob.1.b poſſunt duplici corde bella domini præliari. Vir.n. duplex animo inconſtans eſt in omnibus uijs ſuis. Tales quippe oportet ut nec initium † renouationis arripiant, quibus melius eſt ut in actiua uita conſiſtant, quàm tepide contemplationem exequentes maiori diſcrimine ſeipſos inuoluant. Melius eſt enim non uouere, quàm uouere & non reddere. Similiter & ille a tali militia ſuſpenditur, qui uxorem duxerit, qui plantauerit uineā uelut propagines filiorum. Non enim poteſt ſeruire diuinæ militiæ ſeruus uxoris: Nec pōt aſſequi ſtudium contemplationis, qui adhuc in delectatione configitur carnis. Nemo inquit Apoſtolus, militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus, ut ei placeat cui ſe probauit.

† renuntiationis. Eccl. 5.a Actiuam uitam contemplatiua præeligere quibuſdam conſulendū eſt. 2.Tim. 2.a

☞ Et mo-

cithara. Et congregati ſunt & uenerunt in Maſphat contra Ieruſalem: quia locus erat orationis in Maſphat ante in Iſrael. Et ieiunauerunt illa die, & induerunt ſe cilicijs, & cinerem impoſuerunt capiti ſuo, & † diſſuerunt ueſtimenta ſua. Et expanderunt † libros legis de quibus ſcrutabātur gentes ſimilitudinē ſimulachrorum ſuorum, & attulerunt ornamēta & ſacerdotalia, & primitias & decimas, & ſuſcitauerunt Nazareos qui impleuerāt dies. Et clamauerūt uoce magna in cælū dicētes: Quid faciemus iſtis, & quò eos ducemus? Et ſancta tua cōculcata ſunt, & cōtaminata ſunt: & ſacerdotes tui facti ſunt in luctū et in humilitatē. Et ecce nationes cōuenerūt aduerſum nos, ut nos diſperdāt. Tu ſcis quę cogitāt in nos. Quomodo poterimus ſubſiſtere ante faciem illorum, niſi tu Deus adiuues nos? Et tubis exclamauerūt uoce magna. Et poſt hæc conſtituit Iudas duces populi, tribunos & centuriones, & pētacontarchos & decuriones. Et dixit his qui ædificabant domos, & ſpōſabāt uxores & plantabāt uineas & formidoloſis, ut redirēt unuſquiſq; in domū ſuā ſecūdum le-

d In Iſrael. *Ibi enim congregabatur populus Iſrael ad orandum dominum, vt habetur. 1.Reg.vij.* G

e Et ieiunauerunt die illa. *ad ſe coram domino affligendum in uictu.*

f Et induerunt ſe cili. *ad ſe affligendum in veſtitu.*

g Et cinerem impoſuerunt capiti ſuo. *in ſignum humiliationis.*

h Et diſſuerunt ueſtimenta ſua. *i. ſciderunt in ſignum afflictionis.*

i Et expanderunt libros legis. *ad oſtendendum, quòd parati erant pro lege ſe exponere periculis mortis.*

k De quibus ſcrutabantur gentes ſimilitudinem ſimulachrorum ſuo. *Aliqui enim Gentiles magis ſubtiles & literati volebant arguere cultum idolorum ex libris Moyſi: nam Exo.xxv. præcipitur, quod intra ſanctum ſanctorum ponerentur imagines cherubim: Sed hoc non ualet, quia non ponebantur ibi ad hoc quod colerētur, ſed ut oſtenderetur quod angeli per cherubim repræſentati ſeruiunt Deo: cuius ſedes figurabatur per propitiatorium quod remanebat vacuum: ad ſignificandum, quod deitas non poteſt per imaginem repreſentari, ut diffuſius dictum fuit ibidem.*

† deſ... run. † li...

l Et attulerunt ornamenta ſacerdotalia. *Et ſubditur cauſa quare iſta adduxerunt ad illum locum, cum dicitur.*

n Et clamauerunt uoce magna. *ad impetrandum Dei miſericordiam.*

o Quid faciemus iſtis? *nam extra Ieruſalem non erat locus ſacrificij: Nazarei vero tenebantur offerre ſacrificia in expletione uoti ſui, Nu.vi. Similiter ſacerdotes nō poterāt vti veſtibus ſacerdotalibus, niſi in miniſterio templi. ad quod non poterant accedere propter Gentiles qui erant in arce, vt prædictum eſt, ideo ſubditur.*

p Et quo eos du. *q. d. non eſt alius locus.*

q Et ſancta tua. *Id eſt templi loca.*

r Conculcata ſunt. *a Gentilibus.*

ſ Et con.ſunt. *ex luxurijs ibidē exercitis.* H

t Et ſacerdo. tui facti ſunt in luctum. *non potentes tibi miniſtrare, ſed ſolum miſeriam ſuam lugere.*

u Et in humilitatem. *i. deiectionem.*

x Et ecce nationes con. &c. ut nos diſpe. *quaſi dicant, nō ſufficiunt eis mala nobis illata, niſi nos penitus deleant de terra.*

y Et tubis exclamauerunt uoce magna. *ut miſericordiam implorarent, non ſolum vocibus humanis, ſed etiam muſicis inſtrumentis, ſicut aliquando pulſantur eccleſiæ campanæ contra periculum fulguris & tempeſtatis.*

z Et poſt hæc conſtituit Iudas duces populi. *Hic conſequenter ponitur apparatus Iudæorum per exercitus diſpoſitionem, cum dicitur.* Et poſt hæc conſtituit Iudas duces populi. *nam in periculis non eſt omittendum ſcienter, quod ſecundum humanam prouidentiam poteſt fieri: aliter uideretur quædam tentatio Dei.*

a Tribunos. *qui præeſſent mille bellatoribus.*

b Et centuriones. *qui centum.*

c Et pentacontarchos. *qui quinquaginta: & dicitur a penta, quod eſt quinque, & coſtes decem, & archos princeps, quia quinque decenarijs præſidebant.*

d Et decuriones. *qui decem præeſſent.*

e Et dixit his qui ædificabant domos, & ſponſabant uxores, & plantab. *Sequitur, ſecundum legem, quæ habetur Deu. xx. Et horum ratio fuit ibi dicta.*

¶ Et collocauerunt

## MORALITER.

✻ a *Et cō.ſunt, & ue.in Maſphat.* qui interpretatur iudiciū. nā homines boni in tribulatione poſiti iudicio Dei iuſto reputāt ſe pati.

e *Et ieiunauerunt.* ſe affligendo.

g *Et cinerem poſuerunt ſuper capita ſua.* ſe humiliando. Hæc enim debent fieri tempore tribulationis, ut oratio de liberatione populi apud Deum ſit magis exaudibilis.

m *Et ſuſcitauerunt Nazare.* Per quos ſign̄antur religioſi qui ſeparati ſunt ab alijs in modo viuendi et tempore tribulationis debent ad orandum præ cæteris excitari. Et ideo ſubditur.

n *Et clamauerunt uoce magna in cælum.*

y *Poſt hæc conſtituit Iudas duces populi.* quia non ſolum debent eſſe orationibus intenti, ſed etiam in ſtatibus ſuis bene ordinari.

e *Et dixit his qui ædificabant domos.* Per iſtos ſignificantur illi qui ſunt tēporalibus nimis intenti, & in delectatione carnali nimis effuſi, propter quod ad ſpirituale prælium non ſunt apti, &c.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ a Et congregati ſunt. *Iudæi.*

b Et uenerunt in Maſphat contra Ieruſalem. *i. venerunt adorare ibi verſa facie ad Ieruſalem, ſicut dicitur de Daniele quod orabat verſus Ieruſalem, Dan.vi. Et ſubditur cauſa orādi in Maſphat, cum dicitur.*

c Quia locus erat orationis in Maſphat an. *i. prioribus temporibus.*

In



☞ a *Et moue.ca. & col.* Recte exercitus
A Iudæ ad auſtrum Emmaum caſtra collocare dicūtur, quia milites Chriſti cum contra hoſtes ſuos p̄liari diſponunt, calore fidei magis ſe animare quàm frigore infidelitatis torpere eligunt.

b *Et ait Iu. Accin.* Talis debet eſſe doctrina ſanctorum prædicatorum, taliſq; exhortatio vt incitent animos auditorum ſuorum, roborentq; corda illorum ad reſiſtendum diabolo & exer-

gem. Et mouerunt caſtra, & collocauerunt ad auſtrū Emmaum. Et ait Iudas: Accingimini, & eſtote filij potentes, & eſtote parati in mane, ut pugnetis aduerſus nationes has quæ conuenerunt diſperdere nos & ſancta noſtra, q̄m melius eſt nos mori in bello, quàm uidere mala gentis noſtrę & ſanctorum. Sicut autem fuerit uoluntas in cælo, ſic fiat.

& exercitui eius, ſpem quoque victoriæ ſoli Deo committant. C

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et colloc. *Ioſephus dicit Emmaus quæ diſtat a Ieruſalem ſexaginta ſtadijs, vt habetur Lucæ ultimo.* Ioſephus

b Melius eſt n.mo.in b. *Iuſto, quæ mors eſt uirtuoſa.*

c Quam uidere mala gentis noſtræ & ſanct. *Quæ eſt uita probroſa, cui bona mors eſt pręeligenda.*

## GLOS. ORDIN. CAP. IIII.

☞ E T aſſum.Gorg. Gorgias quinq; milia in exercitū ſuū aſſumit, cum diabolus carnales quinq; ſenſib. corporis deditos illecebra uoluptatum ſibi adunare contēdit. Mille equites ſecum tollit, cum oē bellū ſuum in ſuperbia & contemptu mādatorum Dei agere diſponit, quatenus contrariæ partis in hoc agmina ſuperet, cum eos p̄uaricare pręcepta Dei ſuadet. Initium.n.oīs peccati ſuperbia eſt, vbi autor mortis ſibi, & ſequacib. ſuis inuenit ruinā. Et bn̄ dr̄, qđ nocte ꝓmouerit caſtra, qa totam nequitiā ſuā per cęcitatem mētis in ſibi ſubiectis explere concupiſcit, ut nullo modo præuideant, qualis ſibi ruina ex cōſenſu peccati immineat.

b *Et fi.qui e.ex ar* Arx hic non altitudinē uirtutum, ſed extollentiā uanæ gloriæ ſign̄at. Illi.n.peccatorib. ducatum p̄bent, qui in ſuperbiā ſe erigere audēt. Pn̄t & maligni ſp̄us in his ducib. aduerti, qui ad eius partē ꝑtinēt qui dixit: In cælū aſcendā, & ponam ſoliū meū ad aqlonē, & ero ſimilis altiſſimo. Iſti.n.duces iniquitatis in

B foueā & uoraginē ſcelerum conſentientes ſibi nunq̄ trahere deſiſtunt.

c *Et au. Iu. & ſur.ip.* Nota lector, ꝙ pars aduerſa quæ iuncta fuit Gorgię totam diſpoſitionem ſui belli in nocte facit, & Iudas atq; ſui ſequaces in die, qa operatores ſcelerum & executores errorum comitātur ſemper rectores tenebrarū, lucem odiendo diuinorum p̄ceptorum, & obſcuritatem diligēdo ſecularium uolupta-

Theſ.5.d tum. Vnde per Paulū dr̄: Qui dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt. Nos autē qui diei ſumus, non ſumus noctis filij,

Io. 14. neq; tenebrarū. Verum Iudas hoc eſt confeſſor Dei oēm apparatū belli in luce fidei atq; meditatiōe legis Dei ordinat. Vnde cum trib. milib. uirorum tm̄ in cāpo apparet, cum illis uidelicet qui nō in mundana potentia, ſed in fide patris & filij & ſpirituſſancti fiducialiter agentes, cum ſimplicitate mentis uitam honeſtā in hoc mundo ducere ſtudent.

d *Et le.alie.oc.ſu.& ui.eos ue.* Venientibus ex aduerſo hoſtib. in prælium ſocij Iudæ tuba canunt, & conteruntur gentes, qa per tubæ ſonitum uox prędicationis exprimitur. Milites Iudæ tuba canunt, cū p̄dicatores Chriſti euangelium in toto mūdo annūtiant. Vn̄ conteruntur hoſtes: quia huic fidei Chriſti ſubijciūtur gētes, necnon & ſpiritales inimici uirtute cōterunt̄ Chriſti, atq; gladio ſp̄ūſſc̄ti trucidati mergunt̄ in ꝓfundum abyſſi.

☞ Et perſecu-

## CAP. IIII.

E T aſſumpſit Gorgias quinque milia uirorum & mille equites electos. Et mouerunt caſtra nocte, ut applicarent ad caſtra Iudæorum, & percuterent eos ſubito. Et filij qui erant ex arce, erant illis duces. Et audiuit Iudas, & ſurrexit ipſe & potentes percutere uirtutem exercituum regis, quę erat in Emmaum. Adhuc enim diſperſus erat exercitus a caſtris. Et venit Gorgias in caſtra Iudæ noctu, & neminem inuenit. Et quærebat eos in montibus, quoniam dixit: Fugiunt hi a nobis. Et cum dies factus eſſet, apparuit Iudas in campo cum tribus milibus uirorum tantum, quia tegumenta & gladios non habebant. Et uiderunt caſtra gentium ualida: & loricatos, & equitatus in circumitu eorum: & hi docti ad prœlium. Et ait Iudas uiris qui ſecum erant: Ne timueritis multitudinem eorum, & impetum eorū ne formidetis. † Mementote qualiter ſalui facti ſunt patres noſtri in mari rubro, cum ſequeretur eos Pharao cum exercitu multo. Et nunc clamemus in cælum, & miſerebitur noſtri dominus: & memor erit teſtamenti patrum noſtrorum, & conteret exercitum iſtum ante faciem noſtram hodie: & ſcient omnes gentes, quia eſt Deus qui redimat & liberet Iſrael. † Et leuauerunt alienigenæ oculos ſuos, & uiderunt eos uenientes ex aduerſo. Et exierunt

*ſona propria, ibi: Quicunq; autem alienigenarum. Prima adhuc in tres, quia primo ponitur Gorgiæ inſidiatio. Secundo inſidiantis deluſio, ibi: Et audiuit Iudas. Tertio deluſi fugientis confuſio, ibi: Et adhuc loquente. Inſidiatio uero Gorgiæ fuit, quia diſpoſuit de nocte uenire ad caſtra Iudæorum & eos occidere ex improuiſo. Et patet litera vſque ibi:*

b Et filij. *Scilicet alienigenarum.*

c Qui erant ex arc. *Id eſt de numero illorum qui erant in arce Sion, ad nocendum Iudæis quantuncunque poterant.*

d Erant illis duces. *Quia ſciebant loca circa Ieruſalem, per quæ frequenter diſcurrebant ad deprædandum Iudæos.*

e Et audiuit Iudas & ſurrexit ipſe & potentes percutere uirtutem exercit. regis. *Hic conſequenter ponitur inſidiantis deluſio, quia fraus Gorgiæ fuit reuelata Iudæ: & tunc cum omnibus bellatoribus ſuis exiuit de tentorijs ad percutiendum partem exercitus regis, quæ remanſerat in caſtris antequam Gorgias cum alia parte rediret: qui credens fugiſſe Iudæos in montibus, quærebat eos, & interim Iudas aliā partem exercitus debellauit, & ſic artem arte deluſit: & his dictis patet litera paucis exceptis quæ diſcurrentur.*

f Adhuc enim diſperſus erat exercitus a caſtris. *Quia illa pars exercitus quam Gorgias ſecum duxerat, adhuc non redierat ad caſtra regis.* D

h Quia tegumenta. *Id eſt arma ad ſe protegendum.*

i Et gladios. *Ad inuadendum.*

k Non habebāt. *Propter inopiam, vt dicunt aliqui. Sed hoc non uidetur uerum: quia de ſpolijs exercitus Apollonij et exercitus Seron acquiſierant arma in bona quātitate, vt patet capite præcedenti. & ideo libri correcti ſic habent:* quia tegumenta & gladios non habebant. *& in hoc redditur cauſa quare Iudas apparuit in campo cum tribus milibus tantum: quia licet acquiſiuiſſent arma in præcedentibus uictorijs, non tamen in tanta copia, quod poſſent armare ultra tria milia uirorum bellatorum, & ſic eſt ſenſus, quia tegumenta & gladios non habebant ſcilicet ad armandum plures quàm tria milia.*

l Mementote qualiter ſalui facti ſunt patres noſtri in mari rubro, cum ſequeretur e. *Exo. decimoquarto.g.*

¶ Et tuba ce-

## MORALITER.

† Inf.9.b

✻ a *Aſſum.Gor.q.m.* Quia interpretatur diuiſio, & ideo ſignificat dæmonem, qui per ſe & per homines malos diſſenſionem ponere nititur inter bonos: ſed cum bonus prælatus hoc audit, debet uelociter occurrere ad remedium adhibendum ne diſſenſionis ignis creſcat intantum quòd non poſſit extingui. Ideo ſequitur:

e *Et audiuit Iudas, & ſurrexit ipſe & potentes percutere uirtut. exercituum regis.* Ad tollēdum diſſenſiones, quod facilius fieri poteſt in principio, quod ſignificatur per hoc quod ſubditur:

f *Adhuc enim erat diſperſus exerci.* Et ſubditur pugnandi modus, cum dicitur:

g *Et cum dies factus eſſet apparuit Iudas in ca. cum tri.mi.* Per quod ſignificatur, ꝙ talis pugna debet eſſe in confidentia ſanctiſſimæ trinitatis corde credendo, & ore confitendo. ideo ſubditur:

✻ Et tuba ce-

## NIC. DE LYRA. CAP. IIII.

E T aſſum.Gorgias q.mi. *Poſtquàm deſcriptus eſt pugnæ apparatus, hic conſequēter deſcribitur conflictus. Circa quem primo ponitur Iudæ decertatio. ſecundo deuictis aduerſarijs templi purificatio, ibi: Dixit autem Iudas. Prima in duas, quia primo ponitur conflictus Iudæ cum exercitu miſſo a Lyſia. Secundo cum ipſo in perſona pro-*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Et per.ſu.e.uſ.Ga.* Noīa locorū uſq; quo perſecutus eſt Iudas hoſtes ſuos, demonſtrāt virtutis ſuæ efficaciam. Gazeron.n. interpretatur iuxta lumen meum. Idumæa, rufa ſiue terrena. Azotus ignis patruelis. Iamnia, mare ſiue dextera eius. Et qd per Gazeron, niſi lumen fidei: & quid per Idumæam, niſi Gētilitas? Quid aūt per ignem patruelē niſi ardor charitatis? & quid per Iamniam niſi ꝓfunditas ſciæ, & effectus boni operis demōſtratur? Tamdiu ergo perſequitur chorus ſanctorum doctorum Gentilem populum, donec illū ab errore Gētilitatis ad lumē fidei perducat, & ignē charitatis in eo accēdat, ꝓuocetq; eū ad meditationē diuinæ legis, atq; ad ſtudium boni operis. Hæc.n. perſecutio ſalutifera eſt, & interfectio ſalubris. Vnde ſubiungitur: *Allegor.*

b *Et ce.ex ill.uſ.ad tr.mi.uir.* Sicut.n. tria milia fuerūt ſociorū Iudæ qui ꝑſequebanť: ſic & ceciderunt ex hoſtiū parte tria milia uirorū. Ceciderunt.n. nō vt funditus interirēt, ſed ut poſt caſū erecti melius ſtarēt, qa imbuti ſanctæ trinitatis fide ad eorum ſocietatē pertingere ſtudebant, quos ſe pio animo perſecutos eſſe agnoſcebant.

c *Et re.eſt Iu.* Milites quoq; Chriſti nequā imminēte bello cito dēnt eſſe ſecuri de uictoria, ſed tādiu dēnt prælia ri, donec certi ſint de cōuerſione hoſtium ſpiritualium. Cum.n. perſequēdo hoīes peccatores ſeu infideles, eos conuerterint ad pnīam peccatorum, & ad fidem Chriſti quæ per dilectionem operatur bona opera, tunc oportet vt eorum colligant ſpolia, hoc eſt eorum utantur ſcientia, ac pij laboris cōmunicent induſtria. In auro.n. poſſumus accipere ſapīam. In argento, eloquentiam. In hiacyntho, cęleſtem F conuerſationem. In purpura, per martyrium ſanguinis effuſionem. Tunc.n. fructuosè colligimus has opes cū in fide recta inuenimus eas eſſe acceptabiles. Si autem ad ſpiritales hoſtes hanc transferimus uictoriam, tunc debemus eſſe ſecuri, cū poſt finē pn̄tis uitæ non eſt neceſſe hoſtium inſidias uereri. Tunc.n. ſalubriter colligimus ſpolia, qn̄ laboris noſtri a Chriſto cōdigna accipiemus præmia. Vnde bene dr̄ Iudas ſuos exhortari, ut non cōcupiſcerent ſpolia, cum inimicorum ſæua imminebāt bella. Cum penitus inimici ſuperati erant, tunc cum ſuis reuerſus eſt ad ſpolia caſtrorum colligenda, quia neceſſe eſt ut prædicator quiſq; admoneat auditores ſuos, ut inimicorum præcaueant iacula, q̄diu tp̄s eſt belli. Cum autem peruenerit tp̄s pacis, ipſius videlicet pacis, quam ſaluator diſcipulis ſuis promiſit dicens: Pacem meam do uobis: tūc prælati ſimul & ſubditi gaudium æternum habebunt de ꝑcepta remuneratione, quia nequaq̄ vltra pertimeſcent de ſequenti laborum ac lachrymarum dolore: Tuncq; Deo adiutori ſuo laudes canendi tempus eſt. Vnde ſcriptum eſt:

*Vita præſens bello cōtinuo peragitur aliter in futura.*

*Ioan. 14.d*

d *Et con.hym.* Salus magna eſt in Iſrael, qn̄ numerus credentium multiplicatur in dn̄o populorum, qui ſaluatorem agnoſcunt fide, confitentur ore, atq; in bona glorificant operatione. Siue aliter. Tunc in Iſrael ſalus erit magna, quando in eccleſia Chriſti aduerſitas erit nulla. Et ſignanter additum eſt. *De quo modo agnoſcitur & glorificatur.*

e *In die il.* In die vtique reſurrectionis, qn̄ ſponſa nobiliſſima in cæleſti regno ſuperno iungetur ſponſo, qn̄ omnes ſancti in conſpectu Dei non ſolum de animarum requie ſuarum, ſed etiam de corporum gaudebunt immortalitate.

f *Quicunque ali.* Deniq; alienigenæ euadentes uictoriam Iudæ annuntiant Lyſiæ, quia qui non per ſanctorum doctorū miniſteria, Chriſti ſaluberrima capiunť præda, p̄ceptoribus ſuis a quib. nutriuntur ad mortē (licet inuiti, qa ueritate coacti) gloriā annunciant Chriſti. Lyſias.n. qui interpretatur generans, ſigñat mundi potentes, qui licet ſint generati, non tñ baptiſmate Chriſti meruerunt regenerari. Hi ergo militum Chriſti audientes victoriam, conſternunť aīo deficiuntq;, qa non qualia voluerūt, talia contigerūt in Iſrael. Et qualia mādauit rex. eorum.n. voluntas talis erat, vt non p̄ualeret euangelij per ſanctos doctores p̄dicatio, neq; in dn̄o credentiū augeretur multitudo. Et talia ēt ſuis rectorib. hoc eſt immundis ſpiritib. placere ſciebant, qa in ꝓphanis idolorū ſimulachris diuino cultu ab hoībus venerati, hoc eis perſuadebant, ut fidē Chriſti non reciperent, ſed non p̄ualebant, qa pater gloriam filij ſui in uniuerſis nationibus longe lateque manifeſtabat. G

g *Et ſe.a.c.* Eligit Lyſias ſexaginta milia uirorū, & eqtum quinq; milia, ad bellandum contra Iſrael, cum oī tp̄e iſtius mundi (qđ ſex ętatib. diſtinguit) per quinq; ſēſus corporeos, princeps huius ſeculi incitātibus tenebrarum harum rectorib. milites Chriſti diuerſis vitijs laniando ſuperare contēdit, ac per malos homines bonorum meditatur necem. Sed occurrit illis Iudas cum decem milibus uiris, quia regis noſtri exercitus in hoc eſt ualidior cæteris, ꝙ per oīa ſtudet diuinis obtemperare p̄ceptis, aſſiduasq; p̄ces ad dn̄m mittens eius confortatur manu, in cuius maxime confidit potētatu, & tandiu inſiſtit prælio, donec inimici ſui atq; aduerſaria turma ſpiritali ad perfectum iugulentur gladio. unde in prece Iudæ ſubiungitur: *Eph. 6*

☞ *Deijce eos.*

de caſtris in prælium, & tuba cecinerunt hi qui erant cum Iuda. Et congreſſi ſunt, & contritæ ſunt gentes, & fugerunt in campum. Nouiſſimi autem ceciderunt in gladio, & perſecuti ſunt eos vſq; Gazeron, & uſq; in cāpos Idumæę, & Azoti & Iāniæ: & ceciderunt ex illis uſq; ad tria milia uirorum. Et reuerſus eſt Iudas, & exercitus eius ſequēs eum. Dixitq; ad populum: Non concupiſcatis ſpolia, quia bellum contra nos eſt: & Gorgias & exercitus eius ꝓpe nos in mōtibus, ſed ſtate nunc contra inimicos noſtros, & expugnate eos, & poſt hæc ſumetis ſpolia ſecuri. Et adhuc loquēte Iuda hęc, ecce apparuit pars quædā proſpiciens de mōte. Et uidit Gorgias ꝙ in fugā conuerſi ſunt ſui, & ſuccenſa ſunt caſtra. Fumus enim qui uidebatur declarabat qđ factū eſt. Quibus illi cōſpectis timuerunt valde, aſpicientes ſimul & Iudam, & exercitum in cāpo paratum ad prælium. Et fugerunt omnes in campo alienigenarum, & Iudas reuerſus eſt ad ſpolia caſtrorum. Et acceperūt aurum multum & argētum, & hiacynthum, & purpuram marinā, & opes magnas. Et conuerſi hymnum canebant, & benedicebāt Deum in cælū, quoniam bonus eſt, quoniā in ſeculum miſericordia eius. Et facta eſt ſalus magna in Iſrael in die illa. Quicūque aūt alienigenarum euaſerunt, uenerunt & nūtiauerunt Lyſiæ vniuerſa quæ acciderant. Quibus auditis ille conſternatus animo deficiebat, qa nō qualia voluit, talia cōtigerunt in Iſrael, & qualia mandauit rex. Et ſequēti anno cōgregauit Lyſias electo

## NIC. DE LYRA.

¶ *a* Et tuba cecid. qui erant cum Iuda. *ad animandum bellatores ſuos ad prælium. Cætera patent.*

*e* Et adhuc l. Iuda. *Hic conſequenter ponitur Gorgiæ deluſi confuſio, quia fugit timens confligere cum exercitu Iudæ. ideo dicitur:* H

*f* Ecce apparuit pars quædam. *ſcilicet illa pars exercitus regis quam ſecum duxerat Gorgias, vt prædictum eſt.*

*g* Proſpiciens de mo. *in quo Gorgias quæſierat Iudæos.*

*h* Et uidit Gorg. quod in &c. *ſcilicet illi quos reliquerat in caſtris.*

*i* Et ſuccenſa ſunt caſtra. *eorum a Iudæis.*

*k* Quibus ille conſpectis &c. Et fuger. *non audentes cum Iudæis confligere. Cætera patent.*

*n* Quicunque autem. *Deſcripto conflictu Iudæ cum exercitu miſſo a Lyſia, hic conſequenter ponitur eius conflictus cum exercitu Lyſiæ in perſona propria. Circa quod primo ponitur motiuum Lyſię. Et patet eius apparatus cum ſubditur:*

*q* Congrega. Lyſias el.ui *ſ.peditum. Secūdo ponitur Iudæ occurſus, ibi: Et occurrit eis Iudas, & c. & oratio eius, cum ſubditur:*

¶ Benedictus es

## MORALITER.

✻ a *Et tuba ceci.* Per quod ſignificatur clamor fidelis cōfeſſionis & deuotæ orationis. Et ſeq̄tur effectus debellationis, cū ſubditur:

b *Et contritæ ſunt gent.* Vere namque conteruntur, quando de malis ſuis pœnitent, & conſilio pacis acquieſcunt.

c *Dixitque ad po.* ſcilicet Iudas.

d *Non concupiſcatis ſpo.* Per hoc ſignificatur, quod prælatus bonus debet inducere populum ſuum, vt non quærat in uita pręſenti prę miū de debellatione aliquorū vitiorum. nam adhuc imminet bellum: ſed finito bello contra vitia recipietur præmium in ſecuritate magna, quod quidem bellum in morte iuſti finitur, & tunc præmium ſecure accipitur.

l *Et ac.au.mu.* per quod ſignificatur remuneratio Dei pretioſa.

m *Et conuerſi hymnum canebant.* nam in remuneratione patriæ eſt laus perpetua.

o *Quibus au.ille conſter.animo defic.* Sicut dictum eſt ſupra per Lyſiam ſignificatur tyrannus, qui de uictoria bonorum turbatur: & ideo quærit vias, quomodo poſsit eis amplius nocere: quod ſignificatur cum dicitur:

p *Et ſequenti anno congregauit Lyſiam.* ſed Iudas eum debellabat cum decem milibus virorum, per quod ſignificatur

✻ obſeruatio



A a *Deijce eos* Quinq; ſunt libri legis Dei, & quinq; ſunt ſenſus (ut prædiximus) corporei: Qui.n. ſe in doctrinam legis reſtringit concupiſcentiam carnis auertendo oculos ſuos, ne videāt vanitatem, obturando aures ſuas, ne audiāt linguā detrahentem, & obſcena carmina ac luſus mundanos, quibus frequenter auditis inq̄natur interior homo, q odoratū atq; guſtum ſuū cōtinet, ne illecebra vtat voluptatū, q coercet linguā ſuā a malo, & labia ſua ne loquať dolū. Diuertit a malo & facit bonum, inquirit pacē, & ꝑſeq̄tur eam. Iſte inimicos ſuos ſuperās victoriā capiet ſaluberrimā, & triūpho gaudebit largiſſimo. Sed Lyſias ſpūalis licèt ſemel, bis, terq; contritus fugā inierit, tñ non deſiſtit a cœpta nequitia, ſed rediuiua iterū reſuſcitat prælia. vnde ſcriptum eſt.

b *Vidēs au.Ly.* Bn̄ dr̄ ꝙ Iudas cōtritis hoſtibus atque ſopitis ad tp̄s bellis, hortatur ſuos ꝙ mūdarēt ſctā ac renouarent: qa maximū ſtudium hn̄t ſcti doctores, ut in qbuſcunq; læſa ab hoſtibus ſubiectorū ſibi fuerit eccleſia, ad priſtinū ſtatū ſanctæ conuerſationis iterū reſtaureť. Iuxta tropologiā aūt neceſſe eſt, ut vnuſqſq; fidelis mentē ſuam, quā bn̄ montis Siō uocabulo deſignatā poſſumus accipere, qa Sion ſpeculū interp̄tať. Et beati ſunt mundo corde, qm̄ ipſi Deū uidebūt. ſi aliqd ꝑ fraudē hoſtis in ea pollutum eſt factū inſtanti niſu expurget, donec ad integrū renoueť. Ibi.n. et deſertā ſctificationē & altare ꝓphanatum, & portas exuſtas intelligere poſſumus, qa ibi laudis hoſtia in altare fidei Deo immolabať, & ingreſſus cęleſtis uitę meditabať. In atrijs uero virgulta naſcūť B cū in cordibus humanis ſuperfluarū cogitationū multitudo generať.

c *Paſtophoria* (inquit) *uide. di.* Paſtophoria Gręce dn̄r thalami vel cubicula, in qbus Leuitę excubabāt in atrijs domus dn̄i quorū commemoratio fit in vltima uiſione Ezechielis ꝓphetę. Paſtophoria ergo diruūtur, cū ſecreta mētis per deſideria illicita dilanianť. Sed hæc oīa maxime opus eſt, vt ꝑ pnīam pctōrum & emūdationem morum, ac pias p̄ces ad dn̄m inſtātiſſime purificenť. Vn̄ recte de exercitu Iudæ ſcriptum eſt: Quod cū viderent ſctificationē deſertam, ſciderunt veſtimenta ſua, & planxerunt planctu magno, &c.

d *Tunc ordi.Iu.ui.* Apte dictū eſt, qđ ordinauerit Iudas uiros, ut pugnarent aduerſus eos q erāt in arce, donec emundarēt ſctā, qa hoc ordinat redēptor noſter ꝑ p̄dicatores ſuos, quatenus milites ipſius aduerſus eos qui inhabitant in arce ſuperbię, hoc eſt hoīes inflationis ſpū elatos vel ēt malignos ſpiritus ſuperbia tumentes inſtanter pugnent donec corda electorum ab omni labe iniquitatis expurgent.

e *Et elegi ſacer.ſine ma. uolun.haben. in lege Dei & mundane ſancta.* quia eiectis his de officio eccleſiaſtico qui erroris lepram, vel ſcelerum maculam in ſe habebant, voluntarios atq; moribus probos in fidem Dei elegit adminiſtratores uerbi, ut ſanctæ eccleſiæ conuenticula ab omni erroris contagione efficiat aliena. Ideo ſubiunctum eſt, qđ *tulerit lapide con.in lo.immun.* qa hæreticos qui noluerunt per † conuerſationem rectę fidei & ſanæ doctrinæ lapides p̄tioſi fieri, anathemate perculſos atq; de cōione eccleſiæ eiectos, oībus patefecit, qđ eſſent reprobi.

☞ *Et cogitauit.*

rum uirorum ſexaginta milia, & equitum quinque milia, ut debellaret eos. Et uenerunt in † Iudæam & caſtra poſuerunt in † Bethoron, & occurrit illis Iudas cum decem milibus uiris. Et uiderunt exercitum fortem & orauit, & dixit: Benedictus es ſaluator Iſrael, qui contriuiſti impetum potentis in manu ſerui tui Dauid, & tradidiſti caſtra alienigenarum in manu Ionathæ filij Saul & armigeri eius. Conclude exercitum iſtum in manu populi tui Iſrael, & confundantur in exercitu ſuo & equitibus. Da illis formidinem, & tabefac audaciam uirtutis eorum, & commoueantur contritione ſua: Deijce illos gladio diligentium te, & collaudent te omnes qui nouerūt nomen tuum in hymnis. Et commiſerunt prælium, & ceciderunt de exercitu Lyſiæ quinq; milia uirorum. Videns autem Lyſias ſuorum fugam, & Iudæorum audaciam, & quòd parati ſunt aut uiuere aut mori fortiter, abijt Antiochiam & elegit milites, ut multiplicati rurſus uenirent in Iudæam. Dixit autem Iudas & fratres eius: Ecce contriti ſunt inimici noſtri, aſcendamus nunc mundare ſancta & renouare. Et congregatus eſt omnis exercitus, & aſcenderunt in montem Sion. Et uiderunt ſanctificationem deſertam, & altare prophanatum, & portas exuſtas, & in atrijs uirgulta nata ſicut in ſaltu uel in montibus, & paſtophoria diruta. Et ſciderunt ueſtimenta ſua, & planxerunt planctu magno, & impoſuerunt cinerem ſuper caput ſuum, & ceciderunt in faciem ſuper terram, & exclamauerunt tubis ſignorum, & clamauerunt in cælum. Tunc ordinauit Iudas uiros, ut pugnarent aduerſus eos qui erant in arce, donec emundarent ſancta. Et elegit ſacerdotes ſine macula uoluntatem habentes

*conflictus, cum dicitur: Et commiſerunt prælium: & c. & patet litera.* C

*c* Dixit au.Iu.& fra.eius. *Poſtquam deſcripta eſt Iudæ decertatio, hic conſequenter repreſſis hoſtibus deſcribitur templi purificatio. Et ſecundo purificatę renouatio, ibi: Et acceperunt lapides. Tertio, altaris dedicatio, ibi: Et fecerunt dedicationem. Circa primum primo ponitur lamentum deſtructionis, cum dicitur.* *Diuiſio*

*f* Et uide.ſancti. *ſ.ipſum templum.*

*g* Et altar. *ſ.holocauſtorum.*

*h* Prophanatum. *Nam ibi poſitum fuerat idolum, ut dictum eſt ſupra. 1.c.*

*k* Et in at. *ſ.in atrio ſacerdotū, et in atrio virorum mundorum, & in atrio immundorum.*

*l* Et paſto. dir. *i.domunculas circa atria ſacerdotum ædificatas, in quibus offerentes hoſtias pacificas comedebant corā domino partem ſibi contingentem. Nam de hoſtijs pacificis una pars incendebatur ad honorem diuinum, alia cedebat in vſus ſacerdotum. Tertia in uſus offerentium.*

*m* Et ſci.ueſti. ſua. *In ſignum doloris & humiliationis.*

*n* Et cla. *De quibus habetur Num. x. Et dicuntur tubę ſignorum, quia per illas ſignificabantur plura. ſ. conuocatio ad conſilium, & congregatio ad feſtum, & motio caſtrorum & exercitatio ad bellum.*

*o* Tunc ordinauit. *Hic ſecundo tollitur impedimentum purificationis, cum dicitur:* Tunc ordinauit Iudas &c. *Vt ſic eſſent occupati in ſua defenſione, ut non poſſent proijcere ſagittas uel ſpicula ad eos qui emundabant loca ſancta. Et conſequēter ponitur ipſa purificatio cū dicitur.*

*p* Et elegit ſacerdo. *i.ſanctæ vitæ & integræ famæ.*

¶ Et tule-

## MORALITER.

✻ obſeruatio decem decalogi mandatorum, per quam conteritur exercitus uitiorum. D

c *Dixit autem Iudas.* Sequitur.

d *Aſcendamus nunc.* Bonus enim prælatus uidens eccleſiam vitijs deformatam habito competenti tempore, debet ſtatim eam uiſitare & eius reformationi inſtare. ideo ſubditur.

e *Et aſcenderunt in montem Sion.* per quem ſignificatur eccleſia.

f *Et ui.ſan.deſe.* Tunc enim ſanctificatio deſerta efficitur cum eccleſia male frequentatur.

g *Et altare.* Per qđ ſignificatur ſacerdotium, qa ſicut munus ſup altare offertur, ſic euchariſtia quę eſt ſacrificiū nouæ legis ſuper caput ſacerdotum eleuatur: ſic ergo altare prophanatur, quando ſacerdotium carnis vitio polluitur.

i *Et portas exuſtas.* Quod fit, qn̄ per cupiditatē ſimoniacā aliqui ingrediunť.

k *Et in atrijs & c.ſicut in ſal.* In quo naſcuntur arbores infructuoſæ. Igitur per hæc uirgulta ſignificantur infructuoſi clerici, non facientes fructum in eccleſia Dei pp defectum ſcientiæ & uitæ.

l *Et paſtophoria diru.* Loca erant in quibus offerentes comedebant de ſacrificijs pacificis coram domino. & ideo per ipſa ſignificatur fidelium communio, quæ tunc diruitur, quando Chriſti corpus indigne ſumitur.

m *Et ſcide.ueſtimenta ſua* Quia boni talia uidentes in eccleſia triſtantur & lamentantur.

o *Tunc ordinauit Iudas.* Bonus enim prælatus non ſolum debet eccleſiæ diſſipationem lamentari, ſed etiam inſiſtere eius reformationi: in quo primo ſunt impedimenta remouenda. & hoc ſignificatur per hoc quod Iudas ordinauit bellatores contra illos qui in arce erant. per quos ſignificantur dæmones, qui ſunt in arce ſuperbiæ: & quantum poſſunt impediunt reformationem eccleſiæ, contra quos pugnatur continua & feruida oratione. *Bonus prælatus*

p *Et elegit ſacerdotes ſine macula.* Culpæ grauis & infamiæ.

q *Voluntatem habentes in lege Dei.* Tales enim debent eſſe confeſſores & prædicatores euangelii, ut apti ſint ad emundationem populi Chriſtiani.

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *a* Benedictus es ſaluator Iſrael, qui con. impie. poten. *i. Goliæ. hoc habetur. 1. Reg. xvij.*

*b* Et tradidi.ca.alienigena. *1. Reg. xiiij. Tertio ponitur vtrorumque confli-*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

E a *Et cogitauit.* Altare holocauſtorũ eſt fides pura, doctrina recta, & conuerſatio munda Chriſti miniſtrorum. Sed hoc altare ſi prophanatum fuerit hęretica prauitate, vel ſcelerũ immanitate iam deſtruendum erit: hoc eſt a ſacerdotij dignitate deponẽdum, ne forte opprobrium ſit ſanctæ eccleſiæ, ꝙ habeat prauos & facinoroſos doctores, qui diabolica aſtutia ſeducti ſunt. Vñ dñs *Matt. 5.b* in euangelio diſcipulis ſuis ait: Vos eſtis ſal terræ: Quod ſi ſal euanuerit, in quo ſalietur: ad nihilũ ualet ultra niſi ut mittatur foras, & conculcẽt ab hominibus. De quo & Paulus ſcribens *Titum. 5. c* ad Titũ ait: Hęreticũ hoĩem poſt primam & ſcdam increpationem deuita. Sciẽs q̃a ſubuerſus eſt q̃ hmõi eſt, & delinquit, cũ ſit proprio iudicio condemnatus. Hinc & ad quoſdam de- *Rom. 2.d* linquentes ait: Per uos nomẽ Dei blaſphematur inter gentes. Taliter ergo depoſito altari myſtico reponi debẽt lapides iſti, *in monte do. in lo. apto, quoad. ue. proph. re. de eis.* Quia peccantes redigi debẽt ſub pnĩa, donec per ſanctos doctores diiudicetur ꝓ commiſſo crimine cõueniens ſatiſfactio perpetrata. In loco aũt eorum lapides integri ſꝫm legem ſubſtitui debẽt, ut fiat altare nouum ſꝫm illud qđ fuit prius: quia hoĩes fide catholica ſani, ſcientia ſctãrum ſcripturarum imbuti, bonis moribus religioſi, in locum regiminis vñ ceciderunt præuaricatores ſurrogari debent, ſꝫm autoritates utiq; diuinæ legis, ut ſine reprehenſione in nouitate vitæ & norma iuſtitiæ exhibeatur miniſterium Deo in ſancta eccleſia, quam ſibi acquiſiuit Chriſtus prætio ſanguinis ſui ſponſam, non habentem maculam neque rugam.

*Myſtice* F b *Et ædifi. ſan.* Ędificant ſancti pdicatores ſctã intra domũ intrinſecus & ædem, qñ ſubiectam plebẽ & intrinſecus ornãt ſcia ſanæ fidei & forinſecus honeſta cõuerſatione. Atria ſctĩficãt qñ nouiter venientes ad fidẽ ſacramẽtis diuinis imbuendo dedicãt. Faciunt uaſa ſancta noua, qñ corda hoĩm ad accipiendum verbum Dei reddunt habilia. Inferunt cãdelabrũ, & altare incenſorum, & menſam in templum, qñ doctrinæ ſpiritalis lucẽ, ſanctæ orationis puritatem, et ſcripturarum ſanctarum meditationem in eccleſia Dei exuſcitant. In cãdelabro ergo in qua lucere debent lucernæ, recte ſermonem euangelicæ doctrinæ poſſumus aduertere. in quo ſancti doctores igne ſanctiſpiritus accenſi lucere debent, ut qui ingrediuntur lumen uideãt. Vñ ueritas ipſa in euangelio ait: Ne- *Luc. 11.e* mo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper cãdelabrum, ut luceat oĩbus q̃ in domo ſunt. Per altare incenſorum nihil melius, q̃ perfectam ſanctorum vitam accipere poſſumus. vñ quotidie fragrat odor virtutum & ſacræ orationis in conſpectu altiſſimi. Menſam ergo domini non aliam quam ſacram ſcripturam intelligimus, in qua refectio animarum conſiſtit. Quod autem dicitur quod.

c *Appenderunt ue. & con. oĩa op. quæ fe.* In appenſione velorum exprimitur occultatio myſteriorum. Non enim oĩbus oĩa patefacienda ſunt diuinæ legis myſteria, ſed pro captu ingenij *Matt. 7.a* quorumlibet & profectu ſcientiæ atq; virtutũ. Vnde dñs apoſtolis præcepit dicẽs: Nolite ſanctum dare canibus, neq; mittatis margaritas veſtras ante porcos. Et Paulus rudibus diſci- *1. Cor. 3.d* pulis ait: Lac uobis dedi potum, non eſcam. Nondum. n. po- *1. Cor. 3.d* teratis, ſed nec adhuc quidem poteſtis. De pfectorum ergo ſcientia alibi ait: Et nos reuelata facie gloriam Dei contemplamur in eandem imaginem transformati tanquã a domini ſpiritu. Conſummant ergo omnia opera quæ facienda ſunt in domo Dei, qui fide ſermone & opere ſtudent ſecundum ordinem implere omnia mandata domini: Nec deeſt quicquam in perfectione, vbi humana uoluntas diuinæ per omnia obtemperat voluntati.

*Ioſephus li. antiqui. 12. ca. 10.* d *Et ante matuti. &c.* De hac autem renouatione Ioſephus ita narrat dicens: Quinta uero & uceſima menſis caſleu, quem macedones appelleon uocant. accenderunt lumina ſuper cãdelabrum & adoleuerunt holocauſta quæ obtulerũt in nouo altari. Hæc aũt facta ſunt poſt tres annos eodem die quo mutata eſt eorum religio ad prophanam idolorum conſuetudinem. Nam templum deſtructum ab Antiocho ſic tribus annis permanſit. Quinto enim anno & quadrageſimo & centeſimo in tẽplo G facta ſunt. Quinta & uiceſima die appellei men-

in lege Dei, & mundauerunt ſancta, & tulerunt lapides contaminationis a in locum immundum. Et cogitauit b c de altari holocauſtorum, quod prophanatum erat, quid de eo faceret. Et incidit illi conſilium bonũ, ut deſtrueret illud, ne forte eſſet illis in opprobrium: quia cõtaminauerũt illud gentes, & demoliti ſunt illud. Et d repoſuerũt lapides in monte domus in loco apto, quoadusq; ueniret pro e pheta, & reſponderet de eis. Et acce f perunt lapides integros ſecũdum legem, & ædificauerunt altare nouum g ſecũdũ illud quod fuit prius, & ædi h ficauerunt ſancta, et quę intra domũ i erãt intrinſecus & ędem, & atria ſan k l ctificauerunt. Et fecerũt uaſa ſancta noua, & intulerunt candelabrũ & al m n tare incenſorum & menſam in tem o plum. Et incenſum poſuerunt ſuper p altare, & accenderunt lucernas quæ ſuper candelabrũ erant, & lucebant in tẽplo. Et poſuerũt ſuper menſam panes, & appenderunt † uela, & con q ſummauerũt oĩa opera quæ fecerãt. d Et ante matutinum ſurrexerũt quin r ta & uiceſima die mẽſis noni: hic eſt mẽſis Caſleu, centeſimi quadrageſi ſ mi octaui anni, & obtulerũt ſacrificium ſecundũ legẽ ſuper altare holocauſtorũ nouum quod fecerũt. Secũ t dum tẽpus & ſecundum diẽ in qua contaminauerunt illud gẽtes, in ipſa renouatũ eſt in cãticis & citharis et ci u naris, & cymbalis. Et cecidit omnis

† uelamina H

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et tulerunt lapides contamina. *i. lapides altaris, quod fecerant Gentiles ad immolandum idolo ſuper altare holocauſtorum poſito, ut dictum eſt ſupra. 1. capi.*
b In locum immundum. *Lapides autem altaris domini contaminatos poſuerunt in loco mundo ſicut ſubditur.* Et cogitauit de altari holocauſtorum &c.
d Et repoſuerunt lapides in monte do. *i. in monte Sion vbi erat domus domini.*
e Quoaduſque ueniret propheta. *docens quid eſſet agendum de illis.*
f Et acceperunt lapides integros ſꝫm le. *Hic conſequenter deſcribitur templi purificati renouatio. & primo quantum ad altare holocauſtorum, cum dicitur:* Et acceperunt lapides integr. ſe. legem. *quæ habetur. Exod. xx. & Deu. xxvij.*
g Et ædificauerunt altare nouum ſecundum illud. *i. ad ſimilitudinem illius quod fuerat diſſipatum.*
h Et ædificauerunt ſancta. *reparando ruinas quæ erant in prima parte templi quę uocabatur ſancta.*
i Et quæ intra d. erant int. *reparando defectus exiſtentes in ſecunda parte templi, quæ dicebatur ſanctaſanctorum.*
k Et ædem. *i. ædificia quæ erant extra pro habitaculis ſacerdotum.*
l Et atria ſanctifi. *eradicando uirgulta & aſpergentes luſtrationis aqua.*
m Et intulerunt candela. & alta. incen. *Hæc. n. tria erant in prima parte templi. mẽſa propoſitionis in parte aquilonari, candelabrum in auſtrali, altare incenſi in medio contra ſanctumſanctorum.*
p Et incenſum poſuerunt. *i. cremauerunt ſuper altare.*
q Et appenderunt uela. *vnum in introitu templi, aliud ante ſanctumſanctorum.*
ſ Centeſimi quadrageſimi anni. *regni Græcorum*
t Secun. tem. & ſec. diem, in qua con. il. *nam anno centeſimo quadrageſimoquinto, die uiceſimaquinta menſis caſleu ſacrificauerunt idololatræ ſuper aram ut habetur ſupra. 1. ca. & anno. cxlviij. d. xxv. menſis caſleu obtulerũt Iudæi ſacrificiũ in tẽplo purificato: & ſic reuolutis tribus annis eadẽ die renouatũ eſt tẽplũ qua fuerat ante contaminatum*

¶ *ſicut fuerat*

## MORALITER.

✱ a *Et tule. conta.* i. altaris ab idololatris ædificati.
b *In loc. immun.* quia quicquid ad idololatriam pertinet, eſt abominandum. lapides autem altaris templi repoſuerunt in loco mundo ut dicitur hic conſequenter.
c *Et cogitauit de alta. holo.* quouſque ſurgeret propheta qui diceret quid agendum eſſet de ipſis, per quod ſignificatur quod ſi aliqui Chriſtiani contaminentur aliquo peccato publico & enormi, recludendi ſunt in clauſtro ad agendum pœnitentiam ſecundum determinationem ſapientis prælati.
f *Et acceperunt lapi. integros.* i. integræ famæ clericos. ex talibus enim debet eccleſia reformari.
g *Et ædificaue. ſanct. quæ intra domum erant.* Sequitur.
l *Et atria.* q̃ erãt extra tẽplũ. per qđ ſignificatur ꝙ in uiris eccleſiaſticis requirit̃ mũditia mẽtis interioris & cõuerſationis exterioris.
m *Et intulerunt candelabrum.* i. ſanctæ prædicationis uerbum.
n *Et altare incenſorum.* i. celebrationem diuinorum.
o *Et menſam.* i. euchariſtiæ conſecrationem.
q *Et appenderu. ue.* cauẽdo ab elatione ſurgente ex laude humana.
r *Et ante matuti. ſurre.* quia non ſolum de die, ſed etiam de nocte celebrandę ſunt laudes diuinæ.
u *Et citharis & cynaris & cym.* per quæ ſignificantur uariæ deuotiones mentis, quæ ſunt in eccleſia.

✱ *Et ornaue-*



A pellei mẽſis olympiadę centeſima quinquageſimatertia. Renouatũ vero eſt eodẽ die quinta & viceſima appellei menſis, octauo & quadrageſimo ac cẽteſimo anno, olympiade cẽteſima & q̃nquageſimaquarta. Deſolationẽ vero tẽpli contigit *Dan. 12.d* fieri ſꝫm Danielis pfationẽ, q̃ ante quadringenteſimo & octauo pdixerat anno, p q̃ ſignificauit qđ Macedones illud deſtruerent. Celebrauit autẽ Iudas cũ ciuibus ſuis pro renouatione tẽpli ſacrificia per dies octo, nullũ genus deliciarũ relinq̃ns, ſed prętioſiſſimis dapibus eos paſcẽs. Deũ autẽ laudibus & pſalmis glorificabãt, ſeſeq; mutuò cãtibus delectabãt. Pro renouatione verò ſolẽnium poſt multũ tp̃s inſperata religione, receptores legis poſuerũt vt poſteri per octo dies hãc renouationẽ tẽpli celebrarent. Vnde & ab illo tp̃e hactenus *Feſtum luminum.* hãc feſtiuitatẽ celebramus, vocantes eã, lumina, eò ꝙ preter ſpẽ hoc nobis ſplẽdidũ lumẽ colẽdæ religionis ap- *Myſtice.* paruit. Myſticè autẽ renouatio tẽpli, cõuerſio eſt hoĩm ad pęnitentiã peccatorũ, q̃ aliquibus erroribus atq; facinoribus cõtaminati erãt. Tũc eñ cantandũ, gaudendũ, lætandũ atq; iubilandũ, atq; laudandũ quibuſq; fidelibus eſt, qñ viderint ꝓximos ſuos per correctionẽ morũ atq; meditationẽ legis Dei in ſemetipſis inſtaurare, qđ antè iam per negligentiam deciderat. *Luc. 15.b* Vnde etiã ſacrũ euangeliũ narrat ſaluatorem dixiſſe, in cælis gaudiũ naſci ſup vno peccatore pęnitẽtiam agẽte. Si de vno, q̃tò magis de multis exultatio erit cõuerſis ad veracẽ cultũ Dei: *Prou. 14.d* quia ſicut ſcriptum eſt: In multitudine plebis dignitas eſt principis: illius videlicet principis, qui vult omnes homines ſaluos eſſe, & ad agnitionem veritatis peruenire.

*Ioan. 10.e* B a *Et ſtatuit Iudas.* Hanc quidem ſolennitatem ipſe ſaluator in euãgelio pdicatione ſua legitur decoraſſe, vbi ſcriptũ eſt: Facta ſunt encenia in Ieroſolymis, & hyems erat, & ambulabat *Encenia.* Ieſus in tẽplo in porticu Salomonis &c. Vnde ſciendũ eſt, ꝙ encenia hęc quę lectione euãgelica facta cognouimus, nõ ad primã tẽpli dedicationẽ, ſed ad vltimã pertinent, qđ ex eo facile colligit̃, q̃a hyeme facta referuntur. Prima ſiquidem eius dedicatio à Salomone tp̃e autũni. Media à Zorobabel & Ieſu ſacerdote tẽpore veris. Vltima à Iuda Machabęo tempore hyemis eſt facta, qñ ſpecialiter conſtitutũ eſſe legit̃, vt eadem dedicatio per oẽs annos in memoriã ſolẽnibus reuocaretur officijs, iuxta qđ vſq; ad tẽpus dominicę incarnationis obſeruatum fuiſſe ſupradicta ſentẽtia euangelij agnouimus. Hæc autem fuit cauſa ſecundę & tertię dedicationis, quia Salomon quidẽ tẽpli opus qđ dño condidit, ſeptem annis pfecit, octauo autẽ anno decima die ſeptimi menſis (q̃ à nobis octo ber appellatur) in magna gloria dedicauit. Sed hoc templum poſt annos quadringẽtos triginta incenderũt Chaldæi, & Ieroſolymorũ vrbe deſtructa, populũ Iſrael in Babyloniã abduxere captiuum, qui poſt annos ſeptuaginta regnãtibus Perſis in patriam eſt remiſſus. Ruſuſq; ædificatum eſt templũ p annos quadragintaſex, & tertia die mẽſis duodecimi, quẽ nos vocamus Martium, opus ad finem vſq; perductũ. Cui videlicet tũc operi pręfuere duces plebis ſtrenuiſſimi vt diximus, Zorobabel de regio genere, & Ieſus ſacerdos magnus, ſed & prophetę Aggęus & Zacharias adiuuantes eos atq; aduerſus inſidias impedientium opus hoſtium, cor populi roborãtes. Inde poſt annos fermè trecentos & quinquagintaſex nefandiſſimus Græcorum Antiochus fraude capta Ieruſalẽ tẽplum idem ſordibus idolorũ prophanauit, auferens inde & confringens altare dñi aureum, menſam propoſitionis, cãdelabrum luminis, & cætera quæ ſupra cõmemorata ſunt. Sed & Iudas Machabæus, cum eſſet de genere ſacerdotali colle- *Iudæorum* cto exercitu† Iudæorum aduerſus Antiochi duces arma corripiens, eoſq; de Iudęa expellens, perſecutioni ſæuiſſimę finẽ impoſuit, ac templum ab idolorum imaginibus emundans, noua rurſus altaria & cętera vaſa vel ornamenta faciens, atq; in templo reponens, dedicauit ea ſimul cum templo. Quod purificauit & renouauit xxv. die mẽſis noni, qui apud nos appellatur December, & ad hyemem pertinere nulli dubium conſtat. Statuitq; decretum, vt prędiximus annis omnibus diem enceniorũ. i. innouationis ac dedicationis templi feſta deuotione celebrari, ſicut locus iſte nũc teſtatur: Quę ꝓfectò omnia ſicut Apoſtolus docet in figura facta ſunt noſtri: & ꝓpter nos utiq; ſcripta. Ideoq; nobis ſolertius ſpiritali ratione C *Rom. 15.a* diſcutienda. Salomon quippe qui interpretatur pacificus ipſum redẽptorem noſtrum typicè deſignat. De quo Iſaias ait: *Iſa. 9.b* Multiplicabitur eius imperiũ, & pacis non erit finis. Tẽplum qđ ędificauit catholica eius eccleſia eſt, quã de vniuerſis per orbẽ credentibus, quaſi de uiuis lapidibus in unã ſuæ fidei & charitatis compagem aggregat. Quòd autẽ ſeptem annis ædificatum eſt templum, ſignificat, q̃a per totum huius ſeculi tp̃s (qđ ſeptẽ diebus euoluitur) ſanctę ſtructura eccleſię nunq̃ creſcere deſinit. Quòd octauo anno dedicatũ eſt, & celeberrima illa ac maxima ſolẽnitas à Salomone rege cunctis filius Iſrael tp̃e complete dedicationis exhibita, inſinuat myſticè, quia perfecto in fine mundi numero electorũ, diu deſideratę immortalitatis ſecutura eſt feſtiuitas & peracto uniuerſalis reſurrectionis miraculo, mox oẽs q̃ ad pacifici ueri regis. ſ. Salomonis regnum ptinent, ęterna cum eo gaudia patriæ cæleſtis intrabũt. Nã q̃a dñs noſter octaua die. i. poſt ſeptimam ſabbathi reſuſcitari à morte uoluit: rectè numerus octonarius nr̃æ quoq; reſurrectionis feſta uẽtura deſignat. Quòd tẽplum ab hoſtibus incẽſum, rurſum dño miſerãte cõſtruit̃. Quòd ab idololatris coinq̃natum denuo ſupernæ pietatis auxilio mundat̃, uarios ſanctę eccleſię inſinuat euentus, quę nunc infideliũ pſecutione premit̃, nũc à perſecutoribus reddita liberior trãquilla dño ſeruitute famulat̃. Nũc in q̃buſdã ſuis membris hoſtis antiq̃ periclitatur inſidijs. Nũc inſtante ſolertia doctorum fidelium, quos ad horã pdere videbat̃, p pœnitentiã iam caſtigatos recipit. Quòd verò tẽplũ ſecũdò quadraginta & ſex annis ædificatum eſt, ad ſignifica- D tionẽ dñici corporis qđ de virgine aſſumpſit, ſpiritualiter reſpicit. De quo ipſe Iudęis ait: Soluite (inquit) tẽplũ hoc, & in tri *Ioan. 2.d* bus diebus excitabo illud, quia videlicet ſolutũ paſſione corpus ſuum, ipſe tertia die reſuſcitauit ad vitã. Ferunt ſiquidem phyſici, ꝙ corpus hominis quadrageſimoſexto die poſt conceptionis initium in mẽbrorũ diſtinctione formetur, atq; iõ nõ caſu geſtũ, ſed diuinitus procuratũ eſt, vt eo annorum numero tẽplũ ædificaret̃, quo dierũ numero corpus dominicũ qđ p tẽplũ figurabat̃ in vtero virginali pfici oportebat. Quod autẽ encenia per oẽs annos celebrare ſancitum eſt, hoc profectò nos admonet, vt memoriam dominicæ reſurrectionis quã iam factam credimus, ſemper animo retinẽtes, noſtram reſurrectionem futuram ſperando taliter agamus, vt non ad iudicium, ſed ſicut dominus his qui bona egerint promiſit, re- *Matt. 25.d* ſurgere mereamur ad vitam.

*Templũ & corpus humanum perficiantur in quibus & quare.*

b *Et ædificauerunt in te.* Aedificãt ſancti doctores montẽ Siõ, ☞ quando

populus in faciem, & adorauerunt, & benedixerunt in cælum eum qui proſperauit eis. Et fecerũt dedicatio a nem altaris diebus octo, & obtulerũt holocauſta cum lætitia, & ſalutaria laudis. Et ornauerunt faciem templi b coronis aureis & ſcutulis, & dedica c uerunt portas & paſtophoria, & im d poſuerunt eis ianuas. Et facta eſt læti e tia in populo magna ualde, & auer a ſum eſt opprobrium gentium. Et ſta f tuit Iudas & fratres eius & uniuerſa eccleſia Iſrael, ut agatur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis ab anno in annum per octo dies, à quinta & uiceſima die menſis caſleu cum b lætitia & gaudio. Et ædificauerunt in g tempore illo mõtem Sion, & per circumitũ muros altos et turres firmas: ne quando uenirent gentes & conculcarent eum ſicut antea fecerũt. Et collocauit illic exercitum, ut ſeruarent eum, & muniuit eũ ad cuſtodiẽdam

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *ſicut fuerat antè prophetatum, Dan. viij.*
a Et fece. ded. al. dieb. o. *Hic cõſeq̃nter deſcribitur tẽpli renouati dedicatio. Et primò q̃tũ ad altare, cũ dicitur:* Et fecerũt ded. al. die. oct. *Et inde tractum fuit, ꝙ feſta ſolennia octauam habent in nouo teſtamento.*
b Et ornaue. fac. te. cor. aur. & ſcutu. *Pro victorijs à Deo ſibi datis.*
f Et ſtatuit Iudas & fratres eius & uniuerſa eccle. Iſ. ut ag. di. ded. *Iſte eſt dies de qua dicitur Ioban. x. e. Encenia facta ſunt in Ieroſolymis & hyems erat. Incipiebat enim hæc ſolẽnitas à vigeſimaquinta die caſleu, cui reſpõdet nouẽber, & aliquãdo decẽber in parte. Prima nãq; dedicatio tp̃e Salomonis facta fuit in ſeptembri. iij. Re. viij. Alia in reditu Babylonicę captiuitatis fuit in vere. Cætera patent vſque ibi:* *Diuiſ.*

¶ Vt haberet

## MORALITER.

✱ b *Et orna. fa. tem.* Id eſt aureolis martyrũ, virginũ & doctorũ.
c *Et dedic. por.* ingreſſum ſimoniacum auferendo.
d *Et paſtophoria.* Ad communionem deuotam inducendo.
e *Et facta eſt læt. in po. ma.* Nam ex talibus debet gaudere populus Chriſtianus.
g *Et ædificauerunt.* Per muros altos circa montem Sion, ſignificantur virtutes excellentes, quæ à philoſ. dicuntur heroicę, a theologis diuinę, quæ debent eſſe in prelatis eccleſię. per turres firmas, ſanæ doctrinæ, ad defenſionem fidei Chriſtianæ.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

E quando ſanctā eccleſiā verbo atq; exēplo ad ꝓfectū virtutū ꝓuocāt. Per circumitū muros altos cōſtruūt, qn̄ eā tutamine catholicæ fidei ac opere pcum vndiq; muniūt. Turres firmas erigūt, qn̄ ſpem totā in Dei bonitate eā ponere pcipiunt. *Ne quan.gē.* eā more priſtino cōculcent, vt non malignorū. ſ. ſpirituū nequia: vel prauorū hoīm malitia eis amplius nocere prępualeat. *Et collocauit* (inquit) *illic exer. ut ſ. eo.* exercitus in Sion ad ſeruandum eā locat, cum miniſtrorū turba, ad ſeruandæ legis Dei, ac ſacramentorum cęleſtium ritū in eccleſia ſubminiſtrat. *Muniunt eā ad cu. Beth.* cum exortationibus ualidis incitant eccleſiaſticos, G vt regulariter culturam obſeruent diuinam. Bethſura enim domus robuſti interpretatur.

a *Vt habeat populus munitionem contra faciem Idumæę.* hoc eſt ut fidei conſtantiam ſeruet aduerſus hoſtes ſpiritales, & contra furentis mundi partinaciam.

a Bethſuram, ut haberet populus munitionem contra faciem Idumææ. a

## NIC. DE LYRA.

¶ a Vt haberet po. mu. co. *Sicut enim Eſau perſequebatur Iacob, Gen. xxvij. ſic Idumæi ab Eſau deſcendentes ſemper moleſti fuerunt Iudæis deſcendentibus a Iacob.*

## GLOS. ORDIN. CAP. V.

ET *fa. eſt.* Irritant gētes cū uiderint culturæ Dei renouari facturā, qa ſiue hoſtes viſibiles ſeu ēt inuiſibiles, q inuidiæ æſtibus cōtra fidei ac virtutū ꝓfectū anhelāt iraſcunt, cruciant, ac pſequunt ſeruos Dei, ad nihilū eos redigere volētes, qn̄ cōſiderāt illos in altari rectæ fidei bonorum operum reſtaurare velle obſeruantiam. Inde dicit qđ:

b *Cogi. t. ge. Ia. q erāt int. eos, & cę. eū oc.* qa clareſcente in mundo euangelio Chriſti, & hoībus fidē Dei recipientibus, torquebant pſecutores, & pœnis eos tractātes inde auertere ſtudebāt. Silr et hoſtes ſpūales cū uiderint aliquos ex deſidia negligentiæ ſe reſtaurari velle in cultu pietatis, moliūtur eos gladio impietatis occidere, ac morte peccatorum trucidare. Sed Iudas fortiter cū ſcuto fidei hoſtib' reſiſtens debellat filios Eſau in Idumęa, qa chorus ſctōrū doctorū idololatras q ſpinetis vitiorū ſunt aſpri mi, & funeſtis ſacrificijs atq; luxuria mūdana fędiſſimi, gladio ſpiritus interimens, de contrarijs efficit ſubiectos, ac de hoſtibus facit amicos.

c *Et eos qui erant.* Hi q memoratis locis, hoc eſt in Arabathane & Bean F habitabant, & circūſedētes filios Iſrael in laqueū & ſcādalū fuerūt inſidiātes eis, ſignant Iudæos atq; hrticos, q cōtra eccłiā Dei ſcādala & inſidias ſp diſponūt. Sed tales a Iuda et ſocijs eius in turrib. ſuis cōcludunt, cū in ſupbiæ ſuæ machinationib' p doctorū induſtriā capiūt, et errores eorū anathematizant. Quorū turres incēdunt igni, cū oībus, q in eis ſūt, qn̄ autores ſcelerū & inuētores errorū ꝓ pctis ſuis, & nūc exurunt ardore diuini ſermonis, & in futuro examine, niſi cōdignā pnīam añ egerit, igne cōcremabunt ppetuæ vltionis.

d *Et tran.* Quid p filios Ammon (q interptat filius populi mei) niſi ſchiſmatici & hæretici exprimunt, q quōdā filii ſanctæ eccleſiæ eſſe uidebant, ſed inde recedētes, & in errorē ſe mittētes, facti ſunt filij diaboli. Vñ Iohānes apl's ait: Ex nobis exierūt, ſed nō erāt ex nobis. Si ergo fuiſſent ex nobis, pmāſiſſēt utiq; nobiſcū. *1. Ioan. 3. c* Hi hñt Timothęū ducē, hoc eſt hereſiarcas, q iuxta noīs ſui interptationē apud eos laudant. Sed iuxta intelligētiæ veritatē apud nos nequā eſſe dephēdunt. *Hereſiarchę.* Timothæus n. bñficus interptat. Sed hęc opinio de hæreſiarchis apud deceptos eſt. Apud nos āt uenefici melius, q̄ bñfici nūcupant, qa maleficijs ſuis uenenū erroris auditoribus ſuis miſcēt. Cōtra quos Iudas cōſurgēs & ſupior exiſtēs uictoriā capit, erroreſq; eorū deſtruendo, in Iudæā, hoc eſt in cōfeſſionem laudis Dei cū triumpho hoſtium regredit.

tuus eſt ibi Antiochus rex anno centeſimoquadrageſimonono. Et cognouit Lyſias, quoniã mortuus eſt rex, & conſtituit regnare Antiochũ filiũ eius quem nutriuit adoleſcentem, & uocauit nomẽ eius Eupatorẽ. Et hi, qui erãt in arce concluſerãt Iſrael in circumitu ſanctorum. Et quęrebant eis mala ſemper ad firmamentum gentium. Et cogitauit Iudas diſperdere eos, & conuocauit vniuerſum populum, ut obſiderent eos. Et conuenerunt Iſrael, & obſederunt eos anno centeſimoquinquageſimo, & fecerũt baliſtas & machinas. Et exierũt quidã ex eis, qui obſidebantur, & adiunxerunt ſe illis aliqui ex impiis Iſrael, & abierunt ad regem, & dixerunt: Quouſq; non facies iudicium: et vindicas fratres noſtros? Nos decreuimus ſeruire patri tuo & ambulare in præceptis eius, & obſequi edictis eius, et filij populi propter hoc alienabant ſe a nobis. Et quicunque inueniebantur ex nobis interficiebantur, & hæreditates noſtræ diripiebantur. Et non ad nos tantum extenderunt manum, ſed et in omnes fines noſtros. Et ecce applicuerunt hodie ad arcẽ in Ieruſalẽ occupare eam, & munitionem Bethſura munierunt. Et niſi præueneris eos velocius, maiora quàm hæc facient, nec poteris obtinere eos. Et iratus eſt rex, vt hæc audiuit, et conuocauit omnes amicos ſuos, et principes exercitus ſui, et eos, qui ſup equites erant. Sed & de regnis alijs et de inſulis maritimis venerunt ad eum exercitus conductitij. Et erat numerus exercitus eius centum milia peditũ, et viginti milia equitũ, et elephanti trigintaduo docti ad prælium: et venerunt per Idumæam, et applicuerunt ad Bethſuram, et pugnauerunt dies multos, et fecerunt machinas. Et exierunt, et ſuccenderunt

*f* Et cogitauit Iudas diſperdere eos. *Vt diuinus cultus libere poſſet exerceri.*

*g* Et fecerunt baliſtas. *Ad faciendum ſpicula contra arcis propugnacula.*

*h* Et machinas. *Ad deſtruendum muros eius.*

*i* Et exierunt quidam ex eis, qui ob. *Occulte, & impiorum ex Iſrael fauore. Ideo ſubditur:* Et adiunxerunt ſe illis.

*l* Nos decr. ſer. pa. tuo & amb. &c. *Iſti fuerunt de illis, qui iuerunt ad Antiochum Epiphanem impetrantes ab eo, vt facerẽt iuſtitias gentium in Ieruſalem, vt ſu. ca. 1.*

*m* Et filii populi no. *ſ. Matathias & filij eius & amici eius, qui præuaricatores legis obſidebant vel occidebant.*

*n* Et non ad nos tantum ex. manum. *Inferendo nobis mala.*

*o* Sed & in omnes fines no. *Perſequendo amicos & ſectatores regis.*

*p* Et ecce applicuerũt ho. *i. iſto tẽpore.*

*q* Ad ar. in Ier. *Impugnando gentẽ tuam.*

*r* Et munitionem in Bet. muni. *contra te & regnum tuum.*

*ſ* Et niſi pręueneris eos v. m. quam hęc f. *contra te.*

*t* Nec poteris obtinere e. *Quoniam erunt nimis fortificati.*

*u* Et ir. eſt rex. *Hic conſequenter ponitur ipſius regis prouocatio, ex qua primo diſponitur belli apparatus. Secundo, conflictus, ibi:* Et ve. *Circa primũ dicitur.* Et ir. eſt r. ut hæc aud. *Quia videbantur eſſe contra honorem ſuum & bonum reipublicæ.* *(Diuiſio)*

*x* Et cõu. oẽs ami. ſuos. *Vt ei aſſiſterent.*

*y* Et principes exercitus ſui & eos, qui ſuper. *Vt ſe ad bellum diſponerent.*

*z* Et elephanti trigintaduo docti ad prælium. *Dicit. n. Philoſophus libro de animalibus, q elephas eſt animal maxime diſciplinabile.*

*a* Et venerunt per. *Hic conſequenter ponitur belli congreſſus. Et primo in munitione. Secũdo in campo, ibi:* Et ſurrexit rex. *Circa primum dicitur:* Et uenerunt per Idum. *Quæ terra erat Iudæis aduerſaria, vt patet per prædicta quinq; capita.* *(Diuiſio)*

*b* Et applicuerunt ad Beth. *Vbi, erant Iudæi pro defenſione loci.*

*c* Et pugnauerunt dies multos. *Contra Bethſuram.*

*d* Et fec. machin. *Ad deſtruendum eam.*

*e* Et exierunt. *Scilicet Iudæi qui erant in munitione obſeſſi.*

*f* Et ſuccenderunt eas igni & pugnauerunt viriliter. *Reuertentes ad mu-* ¶ *nitionem, &*

MORALITER.

✻ reſtituit, ſed de coronatione filij ſui diligenter ordinauit. Et ſimiliter iſti nõ cogitẽt de reſtitutionibus faciẽdis, ſed ſolũ de filiabus & filijs promouendis.

a *Et cog. Ly.* Per iſtum, qui ex ambitione & inuidia coronauit Antiochum. ſ. vt poſt regem eſſet ſuper regni negotia, & ſic iſtis priuaret Philippum, cui dicta coronatio fuerat commiſſa, ſignificatur qlibet inuidus & ambitioſus. Et ſicut iſte Lyſias ex hoc facto fuit occiſus cum Antiocho, vt habetur ca. ſe. ſic iuſto Dei iudicio ſimilia facientibus frequenter contingit ſimilia pati.

d *Et hi, qui e.* ſ. ab acceſſu ad templum, & ideo per iſtos ſignificantur mali p̃lati: qui licet ſint in arce dignitatis eccleſiaſticæ, tamen impediũt aliquando populũ catholicũ ab acceſſu ad eccleſiã p excõicationes & interdicta irrõnabiliter fulminata. Et ſicut Iudas cõmiſit p̃liũ cõtra illos, ſic ſummus pontifex reprimere debet iſtos.

k *Et adiunx. ſe illis ali. ex ini. Iſ.* Per iſtos ſignificantur apoſtatæ a fide, vel a religione, ſeũ a ſocietate ciuitatis, vel regni. & iungunt ſe cum aduerſarijs iſtarum communitatum, vt poſſint eis inferre maius malum, quia nulla peſtis grauior ad nocendum quam familiaris amicus.

u *Et ir. eſt.* Per regẽ iſtũ paterni ſceleris imitatorem, ſignificatur diabolus, ſicut et per patrem, qui triſtatur de profectu bonorum. Iõ cõcitat cõtra eos exercitũ fortẽ & magnũ. ſ. peditũ & eq̃tum et elephantorũ. Per pedites ſignificantur hõies mali et hæretici, laici ✻ tamen.

NIC. DE LYRA.

¶ *primus tamen annus & vltimus fuerũt imperfecti, & anno. vii. regni ſui cœpit filios Iſrael grauiter affligere, & anno. ix. poſuit idolum ſuper altare, vt patet ex prædictis ſup. 1. cap.*

a Et cogno. *deſcripta morte Antiochi, hic conſequenter deſcribitur ſubſtitutio filij ſui, qui primo ſublimatur in regnum Secundo prouocatur contra Dei populum, ibi: Et hi qui erant. circa primum dicitur:* Et co. Lyſias. *quem reliquerat Antiochus ad cuſtodiam regni & nutritionem filij ſui, ut ſupra iij. cap.*

b Quoniam mor. eſt rex. *Hoc cognouit per nuntium præuenientem Philippum, quem rex moriens inſtituerat tutorem filij ſui.*

c Et conſtituit. *Vt ſic priuaret Philippum officio tutoris & regni negotijs in ſeipſum retorquendo.*

d Et hi, qui erant in. *Hic conſequenter rex nouus contra Iudæos prouocatur. Et primo ponitur huius prouocationis occaſio. Secundo ipſa prouocatio, ibi: Et iratus eſt rex. Occaſio vero prouocationis fuit accuſatio Iudæorum erga ipſum de obſidione Macedonum & quibuſdam alijs. Et hoc eſt, quod dicitur:* Et hi, qui erant in arcæ. *Ad nocendum Iudæis, vt habetur ſup. 1. cap.* *(Diuiſio)*

e Concluſerant Iſrael. *i. ſic eos arctauerunt, q non poterant libere exe qui cultum diuinum.*

Et co-



A per miam non conſideratur æqualitas, ſed mundani fauoris appetitur uanitas.

a *Sed & tur. li.* quæ impoſitę beſtijs triginta duos in ſe continebant viros, exprimunt fragilitatem potentiæ qua ſemper ſe perſecutores præualere martyrib. confidunt. Et recte dicitur:

b *Intus e. m. be. & re. eq. hi. & in. ſta.* qa crudelitas mẽtiũ quæ totũ machinabaẽ malũ intus æſtuabat in cordib. pſecutorũ, cui ẽt actus ſupbi forinſecus adminiculabant in tortura innocẽtum. His quoq; ita diſpoſitis Iudas ſtatuit tubis exercitũ ſuũ cõmouere: qa p̃dicatores ſcti cũ inſiſtũt bella pſecutionũ, nõ ceſſant uerbis cõfortare aĩos auditorũ. Et licet terrena gl̃ia reſplendeat in põpa mũdana, ſeu uaria in cruciatib. tormentorũ incãdeſcãt genera, tñ martyres Chriſti imperterriti manent † vindicis ſui Iudę utiq; ſpiritalis adhærentes lateri uincunt, atque proſternunt impiorum audaciam.

c *Et ui. Elea.* Notandũ aũt q hunc Eleazarũ Ioſephus fratrẽ eſſe Iudæ affirmat, de quo ſupra narratum eſt qđ eſſet unus de quinque filijs Matathiæ vocatus hoc nõie. Sed q̃ri põt qũo dicatur eſſe filius Saura ſi filius fuit Matathiæ, niſi forte Matathias ipſe alio nõie Saura uocatus ſit. Et qd per Eleazarũ qui elephantẽ interficiens occubuit, niſi pſona arrogantiũ deſignaẽ, qui dũ volunt fortiter aliqd gerere, & tñ nõ ſimplici aĩo ſed elato, in ſuis conatib. deuicti pſternuntur. Põt & non inconueniẽter hæc res ad hypocritarum ſignationẽ transferri. Dum. n. hypocritæ contra luxuriam, aut cõtra gulã, aut cõtra corporalia delicta per abſtinẽtiã cõfligunt carnẽq; per ieiuniũ ſeu per uigilias & cętera abſtinẽtiæ opa domantes, non ſe a ſpiritalib. nequitijs bñ obſeruãt, ita ut aut ab elatione, aut ab inuidia, aut a cupiditate nõ caueãt, quaſi uincendo uincunẽ, qa dũ alia uitia ſuperãt in ipſa uictoria incauti ab alijs conteruntur.

d *Et ap.* Promouet caſtra myſticus Antiochus ad Iudæã & montẽ Sion: qa totũ apparatũ belli uertit ad ſubuerſionẽ eccl̃iæ Chriſti: Et facit pacẽ cũ his q erãt in Bethſura, cũ nõ uerã pacẽ, ſed falſam offert his quos vult decipere, & per ſimulationẽ fallere. Sed illi tñmõ ad eũ exeunt de ciuitate, quib. nõ erãt aiimẽta cõcluſis, qa illi ſolũmodo de eccl̃iæ munimine ſeducti recedũt, qui non hñt pabulũ ſciæ atq; charitatis quo in aĩo paſcantur: Qui & male ſabbathizãt, cum nõ uirtutum ſtudium ſed ſegnicie otium diligunt, ipſiq; ab hoſte captiuati in eius dominiũ redeunt, qui præcauere eius inſidias nolunt. Quod autem dicitur quòd. ☞ Conuer.

eas igni, & pugnauerũt uiriliter. Et receſſit Iudas ab arce, & mouit caſtra ad Bethzacharan contra caſtra regis. Et ſurrexit rex ante lucem, & concitauit exercitus impetum contra uiã Bethzacharan. Et comparauerunt ſe exercitus in p̃lium, & tubis cecinerũt. Et elephãtis oſtẽderunt ſanguinẽ uuæ & mori, ad acuendos eos in præliũ. Et diuiſerũt beſtias per legiones, & aſtiterunt ſingulis elephãtis mille uiri in loricis cõcatenatis, & galeę ęreę in capitib⁹ eorum. Et quingẽti eq̃tes ordinati unicuiq; beſtiæ electi erãt. Hi ante tp̃s ubicunq; erat beſtia ibi erant, & quocunq; ibat ibãt, & nõ diſcedebãt ab ea. Sed & turres lignęę ſup eos firmę p̃tegentes, ſuper ſingulas beſtias, & ſup eas machinæ. Et ſup ſingulas uiri uirtutis trigintaduo qui pugnabãt de ſuper, & int⁹ magiſter beſtię. Et reſiduũ eq̃tatũ hinc & inde ſtatuit in duas partes, tubis exercitũ cõmouere, & purgere cõſtipatos in legionibus eius. Et ut refulſit ſol in clypeos aureos & ęreos, reſplẽduerũt mõtes ab eis: & reſplẽduerũt ſicut lãpades ignis. Et diſtincta eſt pars exercitus regis per mõtes excelſos & alia per loca humilia, & ibãt caute & ordinate. Et cõmouebanẽ oẽs inhabitantes terrã a uoce multitudinis eorũ, & inceſſu turbæ & colliſione armorũ. Erat enim exercitus magnus ualde & fortis. Et appropiauit Iudas & exercitus eius in p̃liũ. Et ceciderũt de exercitu regis ſexcẽti uiri. Et uidit Eleazar filius † Saura unã de beſtijs loricatam loricis regis, & eraẽ eminẽs ſup cæteras beſtias. Et uiſum eſt ei, q in ea eſſet rex, & dedit ſe ut liberaret populũ ſuum, & acquireret ſibi nomẽ æternũ. Et cucurrit ad eam audacter in medio legionis, interficiens a dextris & a ſiniſtris: & cadebant ab eo huc & illuc. Et iuit ſub pedes elephãtis & ſuppoſuit ſe ei, & occidit eũ, & cecidit in terrã ſuper ipſum & mortuus eſt illic. Et uidentes uirtutem regis, & impetum exercitus eius, diuerterunt ſe ab eis. Caſtra autem regis aſcenderunt contra eos in Ieruſalem, & applicuerunt caſtra regis ad Iudæam

C *k* Et intus mag. beſtiæ. *Regens greſſus eius.*

*l* Et reſid equitatum. *ſcilicet a dextris & ſiniſtris animalium.*

*m* Statuit in duas partes, tubis exercitum commouere. *nam ſonus tubarum excitat ad audaciam.*

*n* Et purgere. *ad bellum.*

*o* Conſtipat. in leg. *i. coniunctos ne acies & legiones rumpantur ab aduerſarijs.*

*p* Et di. eſt pars exer. regis per mo. exc. *ut ſi Iudas qui paucos habebat bellatores comparatiue, fugeret ad montes, non euaderet.*

*q* Et co. *admiratione vel quodam tremore.*

*r* Omnes inhab. *ſ. illam vbi poterat talis ſonitus & commotio percipi.*

*ſ* Et ap. *Hic conſequenter ponitur cõflictus: & primo in campo. ſecundo in fortalitio, ibi: Caſtra autem regis. Circa primum primo ponitur conflictus in generali, vt patet, ſecundo in ſpeciali, cum dicitur:* *(Diuiſio)*

*t* Et ui. Elea. *Dicit Ioſephus qđ ille fuit frater Iudæ, vnde & ſupra ij. c. quartus filius Matathiæ Eleazarus nõiatur: & idem eſt nomen qđ Eleazar. Nomina. n. Hebræa ad Latinum tracta frequenter accipiunt hanc ſyllabam us in fine, ut Iacob, Iacobus, Saul, Saulus, & ſic de multis alijs. Sed contra hoc uidetur, quia iſte dicitur filius Saura. Sequendo dictum Ioſephi poteſt dici, qđ hic ponitur nomen matris. ut ſupra. ij. ca. nomen patris. Vel quòd Matathias fuit binominus, & alio nomine Saura dictus.* *(Nomina Hebraica quomodo efficiũtur declinabilia)*

*u* Vnam de be. loricatam loricis regis. *per ſigna regia ibidem poſita.*

*x* Et ui. eſt ei quod in ea eſſet rex. *in turre lignea ſuper eam exiſtente propter ſigna dicta, non tamen erat ita.*

*y* Et dedit ſe *ſ. vitam ſuam corporalem.*

*z* Vt lib. popu. ſuum. *Bonum. n. proprium corporale propter ſalutem boni communis eſt exponendum. Ideo ſubditur:*

*a* Et acq. ſibi no. æter. *uirtuoſe moriendo. Credebat. n. probabiliter quod ſi rex eſſet mortuus, ſtatim fugeret eius exercitus.*

*b* Et occidit eum. *percutiens in uentre, ubi non erat armatus.*

*c* Et uidentes. *ſ. Iudas & eius exercitus.*

*d* Virtutem re. *cui non poterant reſiſtere.*

*e* Diuerter. ſe ab eis. *caute recedentes, ut poſſent templum domini quod erat in Ieruſalem ſeruare.*

*f* Caſtra autem regis. *Hic conſequenter ponitur bellum in fortalitio: & primo ponitur de fortalitio, quod erat in Ieruſalem, & patet. Et interponitur de fortalitio Bethſuræ, quod primo cœpit rex anteq̃ iret in Ieruſalem: Ideo dicitur:* ¶ *Et fecit pa-*

MORALITER.

✻ tamen. Per equites vero literati, qa poſſunt plus nocere. per elephantes ſignificantur ſpiritus maligni, qui plus nocere poſſunt quam homines mali. Sequitur infra.

p *Et diſt. eſt pars exe. re.* Nam aliqui ibant per montes, per quos ſignificantur ſuperbi inducentes ad malum per terrores, & alij ibant per loca humilia: per quos ſignificantur ſubdoli inducentes ad malum per promiſſa & falſas † deceptiones. *(† tentationes)*

t *Et ui. Elea. fi. Saul.* Per iſtum qui mori voluit, vt malos deuinceret: ſignificantur martyres, qui moriendo tyrannos deuicerunt. vnde dixit beatus Vincentius Daciano: Vberiorem mihi præſtas gloriam, cum acerbiora & exquiſitior tormenta tecum fuerint ſuperata. Et etiam Dacianus confeſſus fuit ſe victum, dicens: Et quid huic amplius faciemus, qui in omnibus quæcunque fecimus uicti ſumus.

c *Et uid. uir. regis & im. exer.* Per hoc ſignificantur prudenter fugientes a ſeculo: vbi non poſſunt reſiſtere diaboli tẽtationibus, vt in clauſtro ſaluentur adiuti bonorum cõſilijs & orationibus.

NIC. DE LYRA.

¶ *nitionem: & defendentes eam.*

a Et receſſit Iu. ab arce. *vt ſuccurreret Iudęis in Bethſura obſeſſis.*

b Et ſur. rex an. lu. *Hic conſequenter deſcribitur bellum in campo. Circa quod primo ponitur bell' præparatio. ſecundo belli congreſſio, ibi: Et appropinquauit, tertio populi liberatio, ibi: Et audiuit Lyſias. Circa primum dicitur:* Et ſurrexit rex ante lucem. *vt iret ad pugnandum contra Iudam.*

c Et c. ſe ex. in p. *i. diſpoſuerũt ſe ad pugnãdũ.*

d Et aſti. ſing. eleph. mille uiri. *ſ. pedites.*

e In loricis conc. *nam maculę loricarum ſeſe complectuntur ad modum catenarum.*

f Hi an. tem. ubi. *eam uelociter præcedendo.*

g Et quo. ibat ibant. *ſubſequendo.*

h Et non di. ab ea. *ne ab aduerſarijs uulneraretur beſtia.*

i Et ſuper eas machi. *ad proijciendũ iacula.*

Et



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL ES

a *Conuertit ca.rex, ad lo.ſan.di.mu.* ſignificat perſecutores fidelium non facile ceſſare a perſecutionis crudelitate, ſed omni bus dieb.uſq; ad conſummationem ſeculi bella ingerere credentibus, quibuſdam ad probationem, quibuſdam uero ad deceptionem. Quia dum myſtica mulier (quæ per figurā Euæ expreſſa eſt) caput conterit ſerpētis: ipſe anguis uenenatus nūquam ceſſabit inſidiari calcaneo eius. Quod autem ſubiungitur: *Gen. 3.c*

b *Et re.in ſan.ui.pau.quo.obti.eos fa. & diſp.ſu.unuſ.in lo.ſu.* Significat φ perſecutione infidelium feruente, plurimi eorum qui facie tenus in eccleſia & non fidei conſtantia perſeuerabant in illa, diſperguntur propter timorem pœnarum. Iuxta illud quod dominus in euangelio prædixit nouiſſimis temporibus futurū: Erit.n. inquit preſſura magna ſuper terram & ira populo huic, & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes, & Ieruſalem calcabitur a gētibus donec impleantur tempora nationum, & niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua oīs caro, ſed propter electos breuiabuntur dies illi. *Luc. 21.d*

c *Et au.Ly.* Quid Ioſeph⁹ hic referat non indignum ⁊ huic operi inſerere, nec graue debet uideri lectori, ſi diuerſarum hiſtoriarū inuicem conferuntur narrationes, quia alterutrū ſe iuuare uidentur ad explanandum rei certitudinem hiſtoriæ retexere ueritatem. Narrat autem Ioſephus hoc modo: Lyſias uero dux, & rex Antiochus cum Philippus a Perſide ueniens nuntiatus eſt eis commēdatum ſibi præſumpſiſſe imperium, & rempublicam Antiochi ſibi uelle defendere. Prætermittentes obſidionem ire aduerſum Philippum decreuerunt. Quod conſilium nequaquā manifeſtum cæteris ducibus facere uoluerunt. Sed iuſſit rex Lyſiam ducibus dicere, diuturnam obſeſſionē, nihil ei poſſe proficere, qñ & locum aduerſariorum conſtaret eſſe munitum, & ſibi uictualium neceſſitas irrogaretur, & expediret pacem facere cū Iudæis, ſoli; relinquere proprijs uti ceremonijs: vnde hactenus a nobis ꝓhibiti, exiſtere uidentur aduerſi. Hæc dicens de Philippi tyrannide tacendū eſſe decreuit, ne exercitus ſui dubia corda ꝑciperet. Hęc Lyſia dicente, exercitui & ducibus ſuis placuit. Tunc mittens rex ad Iudam, pacem promiſit obſeſſis, & patrijs legib. eos uiuere pollicetur. Hi uero ſuſcipientes uerba, & cōfirmatis ſacris, & fide exierūt a templo. Intrans uero Antiochus, & inſpiciens munitum locū, impudenter ſacra tranſgreſſus eſt, iuſſitque oēm exercitum in circumitu ſtantem deponere muros uſq; ad ſolum. Poſt hæc reuerſus eſt ad Antiochiam, ducens ſecum Oniā principem ſacerdotum, qui & Menelaus dicebatur. Nā Lyſias perſuaſit regi Menelaū occidere, ſi vellet pacatos eſſe Iudæos, dicens hunc fuiſſe initium malorum, qui flexit patrem ſuū cogere Iudęos religionem patriam relinquere. Mittens ergo rex Menelaū ad Veriam Syriæ interfecit eum poſt decimum annum principatus ſacerdotij eius, & ut ipſe principatū habuit, impulit Iudæos tranſgredi leges. Princeps uero ordinatus eſt poſt Menelai interitum Alchimus, qui & Ioacim uocatus eſt. Rex autem Antiochus inueniēs Philippum reb. imperantem debellabat eū, quē ſub ſua faciens poteſtate occidit. Filius aūt principis ſacerdotū Oniç de quo prędiximus φ adhuc puerulus defuncto patre relictus eſt, uidens φ auunculū ſuum Menelaum rex interfeciſſet, & principatum ſacerdotij Alchimo dediſſet, non exiſtenti de genere ſacerdotum: ſed a Lyſia flexus ut trāſponeret honorē ab ea familia ad aliā domū, fugit ad Ptolemeū regem Aegypti, & honorem meruit ab ipſo & Cleopatra vxore eius, locūq; petijt in regione Heliopolitana vbi ſimile Ieroſolymorum ædificaret tēplū. Quod autem Antiochus fœdus pepigit cum Iſraelitis,

*Ioſephus antiquit. lib. 12.c.14.*

& montem Sion. Et fecit pacem cum hisqui erant in Bethſura, & exierunt de ciuitate, quia non erant eis ibi alimenta concluſis, quia ſabbatha erant terræ. Et comprehendit rex Bethſuram, & conſtituit illic cuſtodiam ſeruare eam: & conuertit caſtra ad locum ſanctificationis dies multos. Et ſtatuit illic baliſtas, & machinas, & ignis iacula, & tormenta ad lapides iactandos, & ſpicula, & ſcorpios ad mittendas ſagittas, & fundibula. Fecerunt autem & ipſi machinas aduerſus machinas eorum, & pugnauerunt dies multos. Eſcæ autem non erant in ciuitate, eo quòd ſeptimus annus eſſet, & qui remanſerant in Iudæa de gentibus conſumpſerant reliquias eorum quæ repoſitæ fuerant. Et remanſerunt in ſanctis uiri pauci, quoniam obtinuerat eos fames, & diſperſi ſunt unuſquiſque in locum ſuum. Et audiuit Lyſias quòd Philippus quem conſtituerat rex Antiochus, cum adhuc uiueret, ut nutriret Antiochum filium ſuum & regnaret: reuerſus eſt a Perſide & Mœdia, & exercitus qui abierat cum ipſo, & quia † quærit ſuſcipere regni negotia. Et feſtinauit ire, & dicere ad regem & duces exercitus: Deficimus quotidie, & eſca nobis modica eſt, & locus quem obſidemus eſt munitus, & incumbit nobis ordinare de regno. Nunc itaque demus dextras hominibus iſtis, & faciamus cū illis pacē, & cū omni gente eorū, & cōſtituamus illis ut ambulent in legitimis ſuis ſicut prius. Propter enim legitima ipſorū quæ deſpeximus irati ſunt, & fecerūt omnia hæc. Et placuit ſermo in conſpectu regis & principū, & miſit ad eos pacē facere, & receperunt illā: & iurauit illis rex & principes, & exierunt de munitione. Et intrauit rex montem Sion, & uidit munitionē loci, & rupit citius iuramentum qđ iurauit, & mādauit deſtruere murum in gyro. Et diſceſſit feſtinanter & re-

## NIC. DE LYRA.

a Et fecit p. *Per talem modum quod dimitterent fortalitium ſaluis ſuis perſonis: Et ſubditur ratio talis pacis ex parte Iudæorum, cum dicitur:*

b Quia non erant. *i. obſeſſis in Bethſura: Et ſubditur cauſa cum dicitur:*

c Quia ſab.er.ter. *annus ſeptimus, in quo terra non colebatur nec ſeminabatur, vt habetur Leui.xxv. a. Sed contra hoc uidetur quod dicitur ibidem: Dabo uobis benedictionem meam anno ſexto, & faciet fructus trium annorum: propter quod non uidetur quod annus ſeptimus faceret aliquē defectum cibi, ſed magis abundantiam. Dicendum quod iſtud Dei beneficium fuit ante captiuitatem Babylonicam, in qua ceſſauerunt aliqua Dei beneficia: Non.n. poſtea leguntur habuiſſe Iudæi arcam teſtamenti, nec propitiatorium, nec reſponſa in rationali ſummi ſacerdotis, nec unctionem regum & pontificum: & hoc etiam confitentur Iudæi moderni, & habetur in libro Heb. nomine Canhedrin Ieroſolymitano. Et idem uidetur fuiſſe de duplicatione fructuum anno ſexto. Et conſequenter reuertitur ad obſidionem fortalitij Ieroſolymitani, cum dicitur:*

d Et con. *i. tem. p'li.*

e Dies mul. *quia locus erat fortis & munitus, pp quod non poterat cito expugnari.*

f Et ſtatuit. *ad defenſores ſagittandum.*

g Et mach. *ad muros concutiendum.*

h Et ignis iacu. *i. inſtrumenta ad ignem græcum iaciendum.*

i Et tormenta. *id eſt petrarias & mangonnellos.*

k Et ſco. *id eſt inſtrumenta ad mittendum ſagittas venenatas.*

m Eſcæ autem non erant in ciuitate. *Hoc ſubditur ad oſtendendum, quod non poterant diu tenere fortalitium.*

n Et audiuit. *hic conſequenter ponitur liberatio populi ex beneficio Dei, quia facit cum tentatione prouentum, & ideo miſit rumores Lyſiæ, per quos fuit compulſus ſolutionem obſidionis procurare. & hoc eſt quod dicitur:* Et au.Ly. *ad quod ſequebatur elongatio Lyſiæ a familiaritate regis & regni negotijs, qđ formidabat: ideo diſſoluere obſidionem procurabat, dicens:*

o Deficim.quot. *nam aliqui interficiebātur, & aliqui infirmabantur, ſicut ſolet accidere in obſidione.*

p Et eſca. *ita quòd non poterimus diu tenere obſidionem.*

q Et locus. *ſ. hominibus armis & cibis: hoc dicebat ad habendum intentum: tamen erat falſum ſicut præmittitur parte præcedenti, vbi dicitur:* Et remanſerunt in ſa.ui.pa. *quoniā obtinuerat eos fames.*

r Et incumbit nobis ordinare de reg. *q.d. maiora negotia nos vrgent ad dimittēdum hanc obſidionem, ideo concludit:*

s Nunc itaq; demus. *Modus enim hominum facientium pacem ad inuicem erat dare mutuo dexteras manus. Cætera patent vſque ibi:*

t Et uidit munitionem loci. *i. fortitudinem.*

u Et rupit citius iuramentum. *deſtruendo locum, ne ſi Iudæi rebellarent haberent ibi recurſum.*

## MORALITER.

✻ d *Et conuertit caſtra.* quia non ſufficit diabolo ſubijcere ſibi ſimplices laicos, ſed inuadit etiam clericos & religioſos.

f *Et ſta.il.ba.* i. multimodos tentationum modos & genera. Sequitur:

l *Fecerunt au.& ipſi ma.ad.* nam clerici & religioſi debent eſſe magis ſolliciti ſe munire contra malitias inimici.

Alchimo



cū Iſraelitis, & iurauit illis & principes eius, nec tñ iuſiurandum ſeruauit, ſed rupit iuſiurādum, & uiolauit pactum: ſignificat quod cum hæreticis & infidelibus nullo modo firma erit pactio fœderis: quia nequaquam apud eos fixa eſt obſeruatio iuris. Vnde nullo modo cum uitijs & uitiorū autore feriendum eſt fœdus, licet pacem promittant & proſperitatem ſimulent, ſed omni tempore inſtāter contra eos dimicandum cum ſcuto fidei & armis iuſtitiæ. Tunc autem ceſſandum a prælio quando hoſtis Antiochus non fuerit in mundo, ſed demerſus retruditur in inferno.

uerſus eſt Antiochiam, & inuenit Philippū dominantem ciuitati, & pugnauit aduerſus eum, et occupauit ciuitatem.

## GLOS. ORDINA. CAP. VII.

ANno ce.quin.exi.De. De hoc autē Demetrio Pompeius trogus in ſua hiſtoria ita narrat, dicēs: Cū Antioch⁹ decederet relicto paruulo admodū filio ſuo, cui cum tutores a populo dati eſſent, patruus eius Demetrius qui obſes Romæ erat cognita morte fratris Antiochi ſenatum adijt, ob ſidem ſe uiuo fratre veniſſe, quo mortuo, cuius obſes ſit ſe ignorare. Dimitti ergo ſe ad regnū petēdū æquū eſſe, qđ ſicuti iure gētiū maiori ceſſerit fratri, ita nunc ſibi qui pupillū antecedebat ętate deberi: Cū ſe nō dimitti animaduerteret a ſenatu tacito iudicio tutius apud pupillum φ apud eū regnū futurum arbitrante, ſpecie venādi ab vrbe ꝓfectus, tacitus cū fugæ comitibus nauem aſcendit. Delatus in Syriā ſecundo fauore omnium accipitur, regnumq; ei occiſo pupillo a tutoribus traditur.

b *Et uen.* Quid per Demetrium regem niſi principes gentiū qui ꝑſecutionē mouēt cōtra eccliā Chriſti deſignant. Quod bñ nois interpretatio ita explanat. Interpretaī .n. vehementer innectens ſiue nimium perſequens. Ad hunc ergo principē ueniunt uiri iniqui, & impij ex Iſrael, & Alchimus dux eorum, cū illi qui poſt fidem Chriſti perceptam ad apoſtaſiā redierunt religionem

## NIC. DE LY. CAP. VII.

ANno cen. *Poſtq deſcriptus eſt cōflictus Iudę tpe Antiochi Eupatoris: Hic conſequenter deſcribitur eius cōflictus tpe Demetrij filij alterius fratris. ſ. Seleuci. Et diuiditur in duas partes, qa primo deſcribitur ipſius Iudæ pugna. ſecundo cū Romanis amicitia cōtracta. viij.c. Prima in tres. Nā primo circa Demetrium oſtenditur adeptio regni ſecundo occaſio belli, ibi:* Et uenerunt ad eū. *Tertio congreſſio pręlij, ibi:* Et elegit rex. *Circa primum dicitur:* Anno cen. quin. *ſ. regni Græcorū.*

b Exiit Dem. *Videns.n. ſe priuatū regno patris ſui per patruum ſuū Antiochum Epiphanē, abiit Romā ad conquerendum de eo, ſed ipſo uiuente nihil ꝓfecit pp qđ ipſo mortuo rediꝫ ad obtinendum regnum contra cognatū ſuū, maxime qa tunc regnum erat quodammodo diuiſum per Lyſiā & Philippū, eo φ quilibet volebat eſſe tutor Antiochi Eupatoris, & agere negotia regni, vt patet ex prædictis.*

c Et aſ.cum p.ui.in ci.mari. *ſ. tyrum, vt dicit Ioſephus.*

d Et re.il. *Quia multi venerunt ad eum recipientes ipſum tanq regem & dominum. Tum quia regnum ſibi debebatur ex ſucceſſione paterna. Tum propter diuiſionem prędictam.*

e Et f.eſt ut ingr.eſt do.re. *ſ. palatium Antiochiæ quę erat metropolis.*

f Comprehendit exercitus Antio. & Ly. *in Demetrij fauorem.*

## CAP. VII.

ANno cētesimo quinquageſimo primo exijt Demetrius Seleuci filius ab urbe Roma, & aſcendit cū paucis uiris in ciuitatem maritimam, & regnauit illic. Et factum eſt, ut ingreſſus eſt domum regni patrum ſuorū comprehendit exercitus Antiochum & Lyſiam, ut adducerent eos ad eum, & res ei innotuit, & ait: Nolite mihi oſtendere faciem eorum, & occidit eos exercitus. Et ſedit Demetrius ſuper ſedem regni ſui, & uenerunt ad eum uiri iniqui & impij ex Iſrael: & Alchimus dux eorum, qui uolebat fieri ſacerdos. Et accuſauerunt populum apud regem, dicentes: Perdidit Iudas & fratres eius amicos tuos, & nos diſperdidit de terra noſtra. Nunc ergo mitte uirum cui credis, ut eat & uideat exterminium omne quod fecit nobis in regionib. regis, & puniat omnes amicos eius & adiutores eorum. Et elegit rex ex amicis ſuis Bachiden qui dominabatur trans flumen magnum in regno, & fidelem regi, & miſit eū ut uideret exterminium quod fecit Iudas. Sed & Alchimum impium conſtituit in ſacerdotium, & mādauit ei facere ultionem in filios Iſrael. Et ſurrexerunt & uenerunt cum exercitu magno in terram Iuda, & miſerunt nuntios & locuti ſunt ad Iudam & ad fratres eius uerbis pacificis in dolo, & non intenderunt ſermonibus eorum. Viderunt enim quia uenerunt cum exercitu magno, & conuenerunt ad Alchimū & Bachidē cōgregatio ſcribarum reqrere quæ iuſta ſunt. Et primi aſſidęi φ erāt in filijs Iſrael, & exquirebant ab eis pacē. Dixerunt enim: Homo ſacerdos de ſemine Aaron uenit, non decipiet nos. Et locutus eſt cum eis uerba pacifica, & iurauit illis, dicens: Non inferemus uobis malū, neq; amicis ueſtris. Et crediderunt ei, & cōprehēdit ex eis ſexaginta uiros & occidit eos una die ſecūdum uerbum qđ ſcriptū eſt. † Carnes ſanctorum tuorū & ſanguinē ipſorum effuderūt in circūitu Ieruſalē, & nō erat qui ſepeliret. Et incubuit timor & tremor in oēm populū, qa dixerunt: Nō eſt in eis ueritas & iudicium. Tranſgreſſi ſunt enim cōſtitutum, & iuſiurandum quod iurauerunt. Et mouit Bachides caſtra ab Ieruſalē, & applicuit in Bethzecha, & miſit, & comprehendit multos

g Et ue. *Hic conſequenter ponitur occaſio belli, quæ fuit accuſatio Iudæ & amicorum ſuorum per iniquos de Iſrael. & patet litera.*

h Et el.r. *Hic conſequenter deſcribitur congreſſio belli: & primo contra Alchimum ſacerdotem, ſecundo, contra Nicanorem, ibi:* Vidit autem Alchimus. *Prima, in duas, quia primo deſcribitur Bachidis & Alchimi dolus. ſecundo Iudæ conflictus, ibi:* Et vidit Iudas. *Prima adhuc in duas, quia primo deſcribitur perceptio doli, ſecundo, deceptio populi, ibi:* Et conuenerunt ad Alchimum. *Circa primum dicitur:* Et elegit rex ex amicis ſuis Bachiden. *qui dominabatur trans flumen. erat.n. a rege conſtitutus ad illius terræ cuſtodiam.*

i Sed & Al.im.cen. in ſa. *i. conſtituit eum ſummū ſacerdotem: cum tamen nō eſſet de genere ſacerdotali, vt dicūt aliqui. Alij uero dicunt φ erat, ſicut infra dicitur de eo:* Homo ſacer.de ſe. Aa.u. *tamen non erat de linea ſummorum pōtificum ab Eleazar deſcendentium.*

k Et lo.ſu.ad Iud.& ad fra.eius uer. paci.in do. *dicentes, quod venerant propter bonum ſtatum, terræ ut poſſent Iudam & fratres eius occidere doloſe, ſed eorum dolus non habuit effectum.*

l Et con.ad Al.& Ba. *Hic conſequenter ſubditur deceptio populi.*

m Congregatio ſcribar. *quantum ad legiſperitos.*

n Et pri.aſ. *i. quaſi aſſidue aſſiſtentes diuino cultui, & hoc per deceptionem Alchimi: Cuius ratio ſubditur cū dicitur:*

o Homo ſa.de ſe.ue. Aaron ue. non de.nos. *Non tamen de familia ſummi ſacerdotis. Secūdum alios vero nec de ſemine Aaron erat, licet illi crederent in hoc decepti. ſed primum videtur uerius: quia magis eſt conſonum textui in hoc loco, & etiam ij. libro. xiiij.ca. Cætera patent uſque ibi:*

p Sexaginta ui. *notabiles in populo in fama & virtute. Ideo ſubditur:*

q Secund.ue.q.ſc.eſt. *Pſal. lxxviij. a.*

r Carnes ſanct. tu. & ſan. ipſo. effu.

ſ Non eſt in e.ue. *in uerbo.*

t Et iu. *in facto. Et ſubditur cauſa.*

u Tranſgreſſi ſunt.n.conſti. *eos occidendo quibus iurauerant pacem.*

x Et m. *homines armatos.*

y Et comp.m.ex e. *propter infidelitatem quam in eis videbant.*

¶ Et commiſit

## MORALITER.

✻ a *Anno cen.* Sequitur:

g *Et uenerū.ad e.ui.ini.* Per iſtum qui ambiebat ſacerdotium, & per mendacia & regiam poteſtatem obtinuit ipſum, ſignificatur quilibet ambitioſus eccleſiaſticæ dignitatis, & per mendacia & brachio ſeculari intruſus. Et ſicut dicitur infra iſte Alchimus plura mala fecit Iſrael, quoniam occidit ualentes uiros & promouit iniquos, & ſimiliter intruſus per modum prædictum bonos occidit eos perſequendo, & a ſtatu honoris diciendo, & ſic facit



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

religionẽ Chriſtianã blaſphemãt, & eccl'iaſtico detrahũt cultui. Quorũ duces ſunt hĩtici, qui per ambitionẽ ſublimitatis uolunt ab oĩbus magni uideri. Sed ꝓditione huiuſcemodi ſu ſcepta mittit Demetriꝰ typice Bachidẽ q dñabat trans flumẽ in regno, vt Alchimũ impium cõſtituat in ſacerdotiũ, & ultionẽ faciat in filios Iſrael: cũ per paganos quoſlibet apud ſeculm potẽtes, q nedũ meruerũt Xpi baptiſmate tingi, & in numero fideliũ cõputari, hĩticis faſtus ſui ꝓbet adminiculũ, & ueris cõfeſſorib. Chriſti tormẽtorũ ingerit cruciatũ. Sed licet tales pſonæ Iudæ & fratrib. eius uerbis pacificis loquãt i dolo, nõ tñ inẽdũt ſermonib. eorũ, qa nullo mõ cõſẽtiũt pfidię eorũ.

a *Et ui. Iu.* Quid eſt qđ Iudas ultionẽ in ꝑuaricatorib. facit, niſi quod redẽptor nr̃ vindicat electos ſuos, nec quemq̃ ſuorũ in vacuũ pire pmittit? Sed duob. modis uindictã in his q merẽtur exercet: Alios .n. de fonte magnæ pietatis ſuæ ad pñam erroris ſui ꝓuocãs, facit eos ad uerſus ſemetipſos exurgere, ut puniãt lamentis qđ prauis egerũt cõmiſſis. Alios uero iuſto iudicio poſt ꝑpetrata ſcelera in correctos in duritia ſua pſeuerare dimittit: vt eis poſtmodũ dignis rependat pœnis, quod operibus meruerunt iniquis.

*Quomodo ſaluator exercet uindictam*

b *Et mi. r.* Per Nicanorẽ iſtum quẽ in alio loco ꝓpoſitum ele phãtorũ ſuiſſe legimus, falſos apl'os ſiue pſeudoprophetas, q ex Iudæis ſupbiæ ſuæ functioni nitentes ad eccl'iam gentiũ ueniebãt, poſſumus intelligere. Hi ergo per ſimulationẽ in eccl'iam Xpi errorẽ introduce re moliẽtes, fingebãt ſe eſſe pacificos, ſed ut in fine apparebit hoſtes ſeuiſſimos. De qb. Iohãnes apl's in Apoca. ſua ſcribens ait: Qui dñt ſe Iudęos eẽ, & nõ ſunt: ſed ſunt ſynagoga ſatanę. Quos magiſter gentiũ in ep'la ☞ ſua pſeudo

*Myſtice 2. Mac 14. b.* *†quingenti uiri.* **ex ſanctis & à ſenioribus Apoc. 2. c* *1. Cor. 11. c*

ex eis qui a ſe refugerãt, et quoſdã de populo mactauit, & in puteũ magnũ proiecit. Et cõmiſit regionẽ Alchimo, & reliquit cũ eo auxiliũ in adiutoriũ ipſi. Et abiit Bachides ad regẽ. Et ſatis agebat Alchimus pro principatu ſacerdotij ſui. Et conuenerunt ad eũ oẽs qui perturbabant populum ſuũ, & obtinuerunt terrã Iuda & fecerunt plagam magnã in Iſrael. Et uidit Iudas oĩa mala quæ fecit Alchimus, & qui cum eo erant filijs Iſrael multo plus quàm gentes. Et exijt in omnes fines Iudęę in circumitu, & fecit uindictam in uiros deſertores, & ceſſauerunt ultra exire in regionem. Vidit autem Alchimus quòd præualuit Iudas & qui cum eo erant, & cognouit quia non poteſt ſuſtinere eos, & regreſſus eſt ad regem, & accuſauit eos multis criminibus. Et miſit rex Nicanorem unum ex principibus ſuis nobilioribus, qui erat inimicitias exercens contra Iſrael, & mandauit ei euertere populum. Et uenit Nicanor in Ieruſalem cum exercitu magno, & miſit ad Iudam et ad fratres eius cum dolo uerbis pacificis, dicens: Non ſit pugna inter me et uos. Veniam cum uiris paucis, ut uideam facies ueſtras cum pace. Et uenit ad Iudam et ſalutauerunt ſe inuicem pacifice, et hoſtes parati erant rapere Iudam. Et innotuit ſermo Iudæ, quoniam cum dolo uenerat ad eum, et conterritus eſt ab eo, et amplius noluit uidere faciẽ eius. Et cognouit Nicanor, quoniam denudatum eſt conſilium eius: et exiuit obuiã Iudæ in pugnam iuxta Capharſalama. Et ceciderunt de Nicanoris exercitu fere † quinq; milia uiri, et fugerũt in ciuitatem Dauid. Et poſt hęc uerba aſcendit Nicanor in montẽ Sion, & exierunt de ſacerdotibus* populi ſalutare eum in pace, & demonſtrare ei holocauſtomata quæ offerebantur pro rege. Et irridens ſpreuit eos, & polluit, & locutus eſt ſuperbe, & iurauit cum ira dicens: Niſi traditus fuerit Iudas & exercitꝰ eius in manus meas, continuo cum regreſſus fuero in pace, ſuccendã domum iſtam. Et exiit cum ira magna, & intrauerunt ſacerdotes, & ſteterunt ante faciẽ altaris templi, & flentes dixerunt: Tu elegiſti domum iſtam domine ad inuocandum nomen tuum in ea, ut eſſet domus orationis & obſecrationis populo tuo. Fac uindictam in homine iſto et exercitu eius, & cadant gladio. Memento blaſphemias eorum, & ne dederis eis ut permaneant. Et exijt Nicanor ab Ieruſalem, & caſtra applicuit ad Bethoron: & occurrit illi exercitus Syriæ. Et Iudas applicuit in Adarſa cum tribus milibus uiris. Et orauit Iudas, & dixit: Qui miſſi erant a rege Sennacherib domine, quia blaſphemauerunt te, exijt angelus & percuſſit ex eis centum octogintaquinque milia: ſic contere exercitum iſtum in conſpectu noſtro hodie, & ſcient cæteri, quia male locutus eſt ſuper ſancta tua, & iudica illum ſecũdum malitiã illius. Et commiſerunt exercitus prælium tertiadecima die menſis Adar, & contrita ſunt caſtra Ni-

## NIC. DE LY.

¶ a Et commi. reg. *Iudææ.*
b *Alchimo. regendam.*
c Et re. cum eo. *i. uiros bellatores.*
d Et ſa. age. Alchimus. *id eſt quantum poterat nitebatur.*
e Pro princ. ſac. ſui. *ſ. firmando & ampliando.*
f Et conue. *impellendo eos ad Gentilem ritum.*
g Et fe. plag. m. *i. in illis qui erant obſeruatores legis.*
h Et u. Iu. *Hic cõſequẽter deſcribitur Iudæ conflictus ad extirpandum Bachidis & Alchimi dolum, cum dicitur:* Et uid. Iudas. *oculo compaſſionis & doloris.*
i Multo plus quam ge. *Nam apoſtatæ legis ſunt quam Gentilib. nequiores.*
k Exijt in om. *vt omnes malos extirparet.*
l Et fe. ui. in ui. d. *i. apoſtatas legis.*
m Et ceſ. ul. *ſ. Iudæi de fortalitio quod obtinebant in Ieruſalem.*
n Vidit autem Al. *Hic conſequenter deſcribitur bellum Iudæ contra Nica-*

*Diuiſio*

*Nicanorem: Et primo ponitur Nicanoris & Alchimi dolus, ſecundo, cõflictus ibi: Et cognouit Nicanor. Circa primum præmittitur dolus Alchimi accuſando Iudam & fratres eius, cum dicitur:*
o Et accu. eos. *falſo tamen & iniuſte. ſecundo ponitur dolus Nicanoris nitentis capere Iudam doloſe, & patet litera vſque ibi:*
p Et ſaluti. *veraciter ex parte Iudæ, ſed ex parte Nicanoris doloſe: ideo ſubditur:*
q Et ho. *dum tamen haberent tempus aptum & horam.*
r Et co. eſt ab. *caute recedendo.*
ſ Et co. *Hic conſequẽter ponitur cõflictus Nicanoris contra Iudam. Et diuiditur in duas partes ſecundum duplicem conflictum. ſecunda ponitur ibi: Et exiit Nicanor. In primo uero conflictu Nicanor debellatus fugit: Et patet litera vſque ibi:*
t Et ſug. *in qua erant Gentiles aduerſarij Iudæorum.*
u Et p. hæc uerba. *i. facta ſicut ij. Regum. 1. dicitur: Quod eſt uerbum quod factum eſt.*
x Aſcendit Nic. in mo. *Si. ad locum templi quod erat in altiori parte montis quam turris Dauid.*
y Et exierunt de ſace. *quia repręſentabat perſonam regis.*
z Et de. ei. *Orandum eſt. n. pro regibus, non ſolum pro bonis ſed etiã pro malis, vt Deus conuertat eos ad ſe, nam ex eis depẽdet cõmune bonum.*
a Et irridens ſpreuit eos. *eorum ſalutationem non recipiens.*
b Et pollu. *i. eorum ſacrificia polluta reputauit. Cætera patent vſq; ibi:*
c Vt eſſet domus oration. *quæ fit verbis ſimplicibus.*
d Et obſ. *quæ fit per inuocationem alicuius rei ſacræ, vt cum dicitur: Per paſſionem tuam libera nos domine. vel aliquid ſimile.*
e Et exijt Ni. *Hic conſequenter ponitur ſecundus conflictus, in quo Nicanor interfectus fuit. Sic ergo dicitur:* Exijt Nicanor ab Ieruſalẽ & caſtra. *ad pugnandum contra Iudã.*
f Et occurrit illi exercitus Syr. *ad fortificandum Nicanoris exercitum.*
g Qui miſſi erant a rege Senna. *vt habetur iiii. Regum. xviij.*
h Exijt an. & percuſſit ex eis ce. *iiij. Regum decimonono.*
i Et commiſerunt &c. adar. *i. martij, vt dicunt aliqui: & hoc quia aliquando pro vna parte concurrit cũ martio, ſed communius concurrit cum februario, nam eſt vltimus menſis Hebræorum: primus autem menſis magis correſpondet martio, ſicut plenius declaraui. Geneſ. vij. & Exo. xij.*

¶ Et tu.

*Diuiſio* *Pro regibus orandum* *Diuiſio*

## MORALITER.

✠ in eccleſia plagam magnam. *h* Et uidit Iu. per quem ſignificatur ſuperior poteſtas ad reprimẽdum tanta mala, & Alchimus non potens ſuſtinere virtutem Iudæ fugit ad regem, ſic tales intruſus refugit ad brachium ſeculare, vt contra eccleſiam defendatur. & ſicut auxilium Alchimi gladio Iudæ fuit deiectum, ſic ſuſtentatores intruſi ſunt excommunicationis gladio feriendi.



☞ ſua pſeudo apl'os noiat, operarios ſubdolos, q trãſfigurãt ſe in apl'os Xpi: & nõ mirũ cũ ipſe ſatanas trãſfiguret ſe i angelũ lucis: vñ nõ magnũ eſt ſi miniſtri eius trãſfigurẽt velut miniſtri iuſtitię, quorũ finis erit ſm opa ipſorũ. Hi ergo velut Nicanor extẽdẽtes manũ cõtra tẽplum dñi blaſphemãt, quia potentię Chriſti (q eſt in eccl'ia) uelut minus validæ derogãt dicẽtes fratrib. qa niſi circũcidamini ſm morẽ Moyſi, nõ poteſtis ſaluari. Sic eñi in actibus apl'orũ eos docuiſſe legit. Sed uictoria per Iudã nr̃m & ſocios eiꝰ adepta, caput blaſphemũ huic errori ſimul cũ Nicanore & dextra prauę actionis abſciditur, ne vltra maieſtati diuinæ iniuria talis blaſphemię irrogeẽ. Dicit. n. nobis Paulus apl's: Grã eſtis ſaluati p fidem, & hoc nõ ex uobis. Donũ. n. Dei eſt, nõ ex operib. vt ne quis gl'ieẽ. Ipſius. n. ſumus factura in Chriſto Ieſu in operibus bonis quæ præparauit Deus, ut in illis ambulemus.

*Act. 15. a* *Eph. 2. b* *Ibidem.*

canoris, & cecidit ipſe primus in prælio. Vt uidit autem exercitus eius, quia cecidiſſet Nicanor proiecerunt arma ſua & fugerunt: & perſecuti ſunt eos uiam vnius diei ab Adazer uſque quo ueniatur in Gazara, & tubis cecinerũt poſt eos cum ſignificationibus. Et exierunt de omnibus caſtellis Iudææ in circumitu, & uentilabant eos cornibus, & conuertebantur iterum ad eos. Et ceciderunt omnes gladio, & non eſt relictus ex eis nec unus. Et acceperunt ſpolia eorum in prædam, & caput Nicanoris amputauerunt, & dexteram eius, quam extenderat ſuperbe, & attulerunt & ſuſpenderunt contra Ieruſalem. Et lætatus eſt populus ualde, & egerũt diem illam in lætitia magna. Et conſtituit agi omnibus annis diem iſtam tertiadecima die menſis Adar, & ſiluit terra Iuda dies paucos.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et tu. ca. p. c. *Per ſonũ. n. tubarum ſignificant exercitum Nicanoris deuictum, ut Iudæi in caſtellis exiſtentes ſecuri egrederentur & perſequerentur fugientes.*
b Et uen. *Diuidebantur enim in diuerſas partes fugiendo.*
c Et conuerte. *quamlibet partem fugientium inuadendo.*
d Et dexteram eius. *Contra templum comminando, quod in ſuo regreſſu ſuccenderet ipſum.*
e Et ſiluit terra Iuda. *a prælijs.*
f Dies p. *Nã audita morte Nicanoris, Demetrius rex miſit Bachidẽ ad impugnandum Iudam, ut habetur in principio capituli. ix.*

## NIC. DE LYRA. CAP. VIII.

Et audiuit Iu. *Deſcripta Iudæ multiplici uictoria, hic conſequẽter deſcribitur ipſius cũ Romanis amicitia contracta. Et diuiditur in tres partes. Nam primo deſcribitur Romanorum fama laudabilis, ſecundo Iudæorum legatio fidelis, ibi, Et elegit Iudas. tertio, utrorumque cõfœderatio amicabilis, ibi: Et placuit. Prima adhuc in tres. Nã primo deſcribitur eorum fama ex crebris uictorijs, ſecundo ex fidelibus amicitijs, ibi: Cum amicis autem. tertio ex prudentibus eorum modeſtijs, ibi: Et in omnibus iſtis. Circa primũ primo ponitur Romanorum laus in generali, cum dicitur.*
a Et audiuit Iudas. *per publicam famam.*
b Quia ſunt potentes uiribus. *Iam enim ſibi ſubiugauerant multa regna.*
c Et aquieſcunt ad o. *dum tamen ſint rationabilia.*
d Et qui. acceſ. ad e. *nullorum amicitiam reſpuentes.*
e Et au. præ. *Hic conſequẽter ponitur fama Romanorum, magis in ſpeciali & primo in Græcia, cũ dicitur.*
f Et u. &c. in gal. *quæ eſt quædam pars Græciæ, quam ſenones galli acquiſierunt ſub Brennio duce, & eam gallatiam nominauerunt quaſi gallogræciam. Secundo in Hiſpania, cum dicitur.*
g Et quanta. *ad ſubiectionem cuius montes pyreneos imeabiles ante fecerunt fere peruios cum maximis ſumptibus & labore.*
h Redege. me ta. *i. mineras.*
i Argenti & auri. *quæ ſunt in Hiſpania.*
k Et po. *i. prudentia ſua bellica. vnde dicit Vegetius lib. de re militari: q in nullo leguntur Romani orbẽ terræ ſubieciſſe ſibi, niſi prudentia bellica & exercitio armorum. Nam Græci erant eis aſtutiores, Hiſpani ferociores, Teutonici corpore maiores & fortiores: Gallici uero pluriores, vt ibidem deducit Vegetius.*
l Patientia. *Tolerando patienter laborem, qui eſt in exercitio armorum. Cætera patent vſque ibi.*
m Et Phi. Perſen. Cet. re. *Ioſephus dicit: Cethæorum reges ita quod vterque*

*Diuiſio* *Diuiſio*

## CAP. VIII.

Et audiuit Iudas nomen Romanorũ, quia ſunt potentes uiribus, & acqeſcũt ad omnia quę poſtulãtur ab eis: & quicũq; acceſſerũt ad eos, ſtatuerũt cũ eis amicitias, & quia ſunt potẽtes uiribus. Et audierũt prælia eorum, & uirtutes bonas quas fecerũt in Galacia, qa obtinuerũt eos, & duxerũt ſub tributũ. Et quãta fecerũt in regione Hiſpanię, & q in ptãtem redegerũt metalla argẽti & auri quę illic ſunt: & poſſederunt oẽm locũ cõſilio ſuo, & patiẽtia, locaq; q ualde lõge erãt ab eis, et reges q ſuperuenerãt eis ab extremis terrę cõtriuerũt, & percuſſerunt eos plaga magna. Cæteri aũt dãt eis tributum oĩbus annis. Et Philippum Perſen Cethęorũ regẽ, et cęteros q aduerſus eos arma tulerunt, cõtriuerũt in bello, & obtinuerũt eos. Et Anthiochum magnum regẽ Aſię, qui eis pugnã intulerat, hñs cẽtum uiginti elephãtes & equitatum & currus & exercitum magnũ ualde contritum ab eis: & qa cęperunt eum uiuum, & ſtatuerunt ei ut daret ipſe & q regnarẽt poſt ipſum tributũ magnũ, & daret obſides & cõſtitutũ & regionẽ Indorum, & Lydos, & Mœdos, de optimis regionibus eorũ: & acceptas eas ab eis dederunt Eumeni regi. Et qa qui erãt apud Helladã uoluerũt ire & tollere eos, & innotuit ſermo his, & miſerũt ad eos ducẽ unum, & pugnauerunt cõtra illos, & ceciderunt ex eis multi: et captiuas duxerunt uxores eorũ, & filios, & diripuerunt eos, & terrã eorum poſſederunt, & deſtruxerunt muros eorum, & in ſeruitutẽ illos redegerunt uſque in hunc diem. Et reſidua regna & inſulas quæ aliqñ reſtiterant illis, exterminauerunt & in poteſtate redegerunt. Cum amicis autẽ ſuis, & qui in ipſis requiẽ habebãt, cõſeruauerunt amicitiã, & obtinuerũt regna quæ erãt proxima et quæ erãt longe: quia quicunq; audiebant nomẽ eorum, timebãt eos. Quibus uero uellẽt auxilio eſſe, ut regnarent, regnabãt. Quos autem uellẽt regno deturbabãt, et exaltati ſunt ualde:

*terq; erat rex in diuerſis tamen partibus terræ illius, ſicut aliquando in Gallia fuerunt plures reges: & ideo videtur quod hic ponatur ſingulare pro plurali ſ. regem pro reges, ſicut frequenter ſit in ſcriptura. unde Exo. viij. ſ. Venit muſca grauiſſima. i. multitudo muſcarum.*
n Et Antiochum ma. *qui fuit pater Seleuci & Antiochi Epiphanis, vt dictum eſt ſupra.*
o Et daret obſides. *quorum vnus fuit Antiochus illuſtris filius eius, ut ſupra. 1. ca.*
p Et conſti. *i. illud quod ordinauerunt vltra annuum tributum.*
q Et regionem Indorum. *ſupple obtinuerunt.*
r Et Mœdos de opt. *ſupple expulerunt.*
ſ Et accep. eas ab il. *vi armorum.*
t Dederunt Eumeni regi. *confœderato ſibi.*
u Et quia qui erant. *ſ. Eumenem regẽ & populum ſuũ de dictis regionibus, quas dederunt eis Romani.*
x Et innotuit ſer. his. *i. Romanis.*
y Et miſerũt ad eos. *defendendos.*
z Ducem unum. *cum exercitu Romanorum.*
a Et pugnauerunt contra illos. *qui erant apud helladam.*
b Et ceciderunt ex eis multi, & capti. *Et patet litera.*
c Cum amicis. *Hic conſequenter ponitur fama Romanorum ex fidelitate amicitiarum cum dicitur:* Cum amicis autem ſuis. *qui fœdus inierunt cum ipſis.*
d Et qui in ipſis re. *Fœdus initium conſeruantes. Cætera patent.*

¶ Et in

## MORALITER.

✠ *e* Et audi. Iu. no. Rom. Iſtud caput exponit gloſa allegorice de Chriſto, q miſit apoſtolos ad prædicandum gentibus, tanquam legatos pacis æternæ. Moraliter autem poteſt exponi ut per Romanos, qui ſublimes interpretãtur, quorum probitas & fidelitas hic deſcribitur, ſignificentur ciues cęleſtes. qui ſunt honore ſublimes, & quorum in eccleſia probitas & fidelitas enarratur: Ad ipſos ãt bonus eccl'æ militatis platus mittit ☞ pro ſe &



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

GLOS. OR. CA. VIII.

a *Et ele.Iud.* Iudas qui mittit legatos ad Romanos cõſtituere cũ illis amicitiã & ſocietatẽ, ſignat redemptorẽ nr̃m p p̃dicatores ſuos euangeliũ pacis gẽtibus offerre & conuocare eas ad fidẽ ſuã. Quibus illi. [Allegor.]

b *Reſcr.in ta.ær.* qđ poſtulati fuerãt, *& mi.in Ie.vt eſ.ibi ap.eos me.pa.& ſo.* qa gẽtes ad credulitatẽ Chriſti cõuerſę, firmũ fidei ſuę ſtatuũt pactũ, qđ ſignat æs lõgo tp̃e duraturũ, & uerę cõfeſſionis monimẽtũ tradũt in eccl̃ia catholica, vt ibi ſit memoriale ſocietatis eorũ in ppetuũ. Vñ [Iſa. 62.d] [Ibid. 63.c] p ,pphetã dr̃: Ecce dñs auditũ fecit, & legatos ad gentes miſit & angelus faciei eius ſaluabit eos in dilectione ſua: & indulgẽtia ſua ipſa redemit eos. [Ibid. 49.b] Et itẽ: Paratũ eſt, inquit vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitãdas tribus Iacob, & feces Iſrael cõuertẽdas: Dedi te in lucẽ gẽtiũ, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremũ terrę. [Ibidem. c] Et iterũ: Dedi te in fœdus ppl̃i, vt ſuſcitares terrã, & poſſideres hr̃ditates diſſipatas. Et qd eſt ꝙ Iudas duos legatos cõponẽdę pacis gr̃a ad Romãos miſit, niſi qđ redẽptor nr̄ ad cõuocãdas ad fidẽ & ſocietatẽ pacis gẽtes, duo teſtamẽta in mũdũ direxit. Siue aliter. Binos nuntios mittit pp ſacr̃m charitatis, qa duo ſunt p̃cepta charitatis, hoc eſt dilectionis Dei & ,pximi. Et oĩs charitas minus q̃ inter duos hr̃i nõ p̃ot. Nemo.n. ,pprie ad ſeipſum hr̃e charitatẽ dr̃, ſed dilectio a ſe in alterũ tendit, vt eſſe charitas poſſit. [Luc. 10.a] Binos ad p̃dicãdũ in euãgelio mittit dñs diſcipulos, quatenus hoc nobis tacitus innuat: qa q charitatem erga alterum nõ hẽt, p̃dicatiõis officiũ ſuſcipere nullatenus dẽt. [Ibidem] Bñ ãt dr̃, qa miſit eos añ faciẽ ſuã in oẽm ciuitatẽ & locũ quo erat ipſe uenturus. Predicatores.n. ſuos dñs ſequitur, qa p̃dicatio peruenit, & tũc ad mẽtis nr̃æ habitaculum dñs venit. Verba exhortationis p̃currũt, atq; per hæc ueritas in mẽte ſuſcipitur.

NIC. DE LYRA.

¶ a Et in oĩ i. *Hic conſequenter deſcribitur fama Romanorum ex modeſto vſu circa culmen honorum, cum dicitur.*

b Nemo. p. dia. *i. nullus vtebatur inſignijs regalibus. A principio.n. vrbis cõditę fuerũt reges Romæ vſq; ad Tarquiniũ ſuperbũ. Quo deiecto p p eius ſuperbiam & tyrãnidẽ populus cõſules p̃fecit regimini reipublicę, deinde tribunos plebis & dictatores, & rurſus cõſules rẽpublicam gubernauerunt vſq; ad Iuliũ Cæſarem, qui primus arripuit imperium ſingulare. Patet igitur quod tempore Machabæorum conſules præerant reipublicę.*

c Et quia cu. *i. locum ſolennem, vbi conueniebant conſules de bono regimine reipublicæ tractantes.*

d Et c. *q vocabãt cõſules ad cõſiliũ, ſicut in multis ciuitatibus ſingulis annis vnus conſtituitur maior ſuper alios conſules.*

e Et n.ẽ in. *Sic a principio fuit in Romana republica: ,pter qđ intãtũ creuit augmẽtũ, ſed poſtea fuit oppoſitũ ,pter qđ ad tantũ venit detrimentum, ſicut patet ad ſenſũ. vnde dicit Iohannes os aureum: Sicut concordia res paruę creſcunt, ita diſcordia maxime collabuntur.* [Saluſtius in iugurt.]

f Et e. *Hic cõſequẽter deſcribitur Iudęorũ legatio fidelis: & patet litera vſq; ibi.*

g Et ut au. *Regnũ.n. Syriæ deriuatũ eſt a græcis, vt dictum eſt in principio libri: propter quod in illo regno & eius exercitu præerant multi Græci, ſicut patet ex ſupradictis. cætera patent.*

h Et pla. *Hic conſequenter ponitur Romanorum & iudæorum confœderatio amicabilis: & patet uſque ibi.*

i In tabulis æreis. *vt ſcriptura poſſit diutius permanere.*

k Gladiuſque & hoſtis. *nocens eis.*

l Auxi. fe. *i. ,put tp̃s oportunum fuerit.*

m Corde ple. *i. veraciter abſque dolo. Cætera patent vſque ibi.*

n Qđ ſi &c. hi a. il. *i. Romani vel Iudęi.*

o Addere &c. *quæ ſcripta ſunt.*

p Aliqui uolu. *i. ex communi conſenſu vtrorumque. Cætera patent.*

Et in omnibus iſtis nemo portabat diadema, nec induebatur purpura, ut magnificaretur in ea. Et quia curiam fecerunt ſibi, & quotidie conſulebant trecentoſuiginti cõſiliũ agẽtes ſemper de multitudine, vt quę digna ſunt gerant, & cõmittũt uni homini magiſtratũ ſuum per ſingulos annos dominari vniuerſę terræ ſuæ, & omnes obediunt uni, & nõ eſt inuidia, neq; zelus inter eos. Et elegit Iudas Eupolemium filium Iohãnis filij Iacob, & Iaſonem filiũ Eleazari, & miſit eos Romam cõſtituere cum illis amicitiam & ſocietatẽ, & ut auferrent ab eis iugũ Gręcorum, quia uiderũt ꝙ in ſeruitutem premerent regnum Iſrael. Et abierũt Romam uiam multam ualde, & introierũt curiã, & dixerunt: Iudas Machabæus & fratres eius, & populus Iudæorum, miſerunt nos ad uos ſtatuere uobiſcũ ſocietatẽ & pacem, & conſcribere nos ſocios & amicos ueſtros. Et placuit ſermo in cõſpectu eorũ. Et hoc reſcriptũ ꝙ reſcripſerũt in tabulis ęreis, & miſerũt in Ieruſalẽ, ut eſſet apud eos ibi memoriale pacis & ſocietatis. Bene ſit Romanis & gẽti Iudęorum in mari & in terra in ęternũ, gladiuſq; & hoſtis procul ſit ab eis. Quòd ſi inſtiterit bellũ Romanis prius aut omnibus ſocijs eorũ in omni dominatione eorũ, auxiliũ feret gens Iudæorũ prout tẽpus dictauerit, corde pleno. Et præliãtibus nõ dabunt neq; ſubminiſtrabunt triticum: arma pecuniã naues, ſicut placuit Romanis, & cuſtodiẽt mãdata eorũ nihil ab eis accipientes. Similiter autem et ſi genti Iudæorũ prius acciderit bellum, adiuuabunt Romani ex animo, prout eis tẽpus permiſerit, & adiuuãtibus nõ dabitur triticũ, arma, pecunia, naues, ſicut placuit Romanis, & cuſtodient mandata eorum abſq; dolo. Secundum hæc uerba conſtituerunt Romani populo Iudæorum. Quòd ſi poſt hęc uerba hi aut illi addere nel demere ad hæc aliquid uoluerint, facient ex propoſito ſuo: & quæcunq; addiderint uel dẽpſerint, rata erunt. Sed & de malis quæ Demetrius rex fecit in eos, ſcripſimus ei dicentes: Quare grauaſti iugum tuum ſuper amicos noſtros, & ſocios Iudæos? Si ergo iterum adierint nos aduerſum te, faciemus illis iudicium, et pugnabimus tecum terra, marique.

MORALITER.

✲ ,p ſe & pplo ſuo duos legatos ad q̃rẽdũ pacẽ & amicitiã ſẽpiternã. Vn⁹ legatus eſt humilis or̃o, de quo dr̃ Eccle. xxxv. c. Or̃o humiliantis ſe nubes penetrabit, donec appropinquet non cõſolabit̃. Alius legat⁹ eſt eleemoſyna charitatiua. Tobiæ. iiij. b. Fiducia magna erit eleemoſyna corã ſũmo Deo, q̃a fideliter facit legationẽ ſuã. Et iſti duo legati ,pcurãt illis a q̃b. mittũt̃ cũ cęleſtibus ciuibus cõſcribi: iõ p̃ot eis dici illud Lu. x. c. Gaudete et exultate qm̃ nomina veſtra ſcripta ſũt in cęlis.

GLOS. ORDIN. CAP. IX.

*Nterea ut au.* Inſtaurat rurſum Demetrius bellũ p Bachidẽ & Alchimũ cõtra Iudam, qa p paganos atq; hæreticos de fide Chriſti relapſos mũdi princeps cõtra eccleſiam quotidie nouis artibus ueteres inſidias ad nocendũ inſtaurat: Cũ q̃bus & de... miſit cum ad tale nefas perpetrandũ validã auxiliatorũ manũ tradit: Cõtra quos Iudas cum tribus

NIC. DE LYRA. CAP. IX.

Nterea ut au. Dem. *Deſcripto ducatu Iudæ Machabæi, hic conſequenter deſcribitur ducatus Ionathæ fratris ſui. Circa quod primo deſcribitur mors Iudæ. Secundo ſubſtitutio Ionathæ, ibi: Et factum eſt poſt obitum Iudæ. Circa primum primo ponitur belli apparatus. ſecundo, conflictus, ibi: Et mouit exercitus. Prima in duas. Quia primo ponitur apparatus ex parte Gentilium. ſecundo, ex parte Iudæorum, ibi: Et Iudas. Circa primum dicitur.* [Diuiſio]

a Interea ut audiuit Demetrius *i. dum legati Iudæorum cum Romanis tractarent de fœdere & amicitia.*

¶ Et dex-

CAP. IX.

Nterea ut audiuit Demetrius, quia cecidit Nicanor, & exercitus eius in prælio, appoſuit Bachidẽ & Alchimũ rurſum

MORALITER.

✲ a *Interea ubi audiuit Demetrius.* Per Demetrium qui interpretatur nimis perſequẽs, ſignificatur diabolus qui quando non poteſt præualere iuſtis per occultam tentationem excitat contra eos corporalem tribulationem. unde dixit ſancto Martino: Quocunque perrexeris diabolus aduerſabitur tibi. Et tunc excitabit contra eum latrones eum ferociter capientes. unde ſubditur.

b *Appo. Ba. & Alchi.* Per quos ſignificantur princeps iniquus & ✲ pontifex



cũ tribus milibus vadit, qa contra hoſtes oẽs fidei cœtus doctorũ cũ fidelibus p̃liari diſponit, vt p ſanctæ trinitatis fidem hoſtiũ caterũ ſternat, q̃ vana p̃ſumptione ſupbiẽdo cõtra autorẽ ſuũ ſe erigere audet. Sed uideamus qd hinc ſcriptũ ſeq̃t.

a *Et ui. mul.* Quia licet multi in cõfeſſione catholicæ fidei videant̃ manere, tñ pſecutione exardeſcẽte apparebit, q fixi fuerint in fide, & q facietenus in ea eſſe videbant̃. [Mat. 13.a] Vñ ſcriptũ eſt in euãgelica pabola, ꝙ exorto ſole aruerũt ſegetes q̃ fuerant in petroſa, & terrã multã nõ habuerũt, qa q firmas in corde credulitatis radices nõ tenẽt, ad tp̃s credẽtes, in tp̃e tẽtationis recedũt, de tribus ergo milibus nõ remanſerũt cũ Iuda, niſi tñmõ octingẽti uiri, quia reprobis ab eccl̃iæ ſocietate defluẽtibus ſoli electi q p̃deſtinati ſũt ad ęternã beatitudinẽ pcipiẽdã in ſtabilitate ſanę fidei pmanebũt.

b *Et e.* Quid eſt, ꝙ ,pmoto exercitu de caſtris eqtes in duas partes diuiſi narrant̃, niſi ꝙ inter ſupbos & arrogãtes nũq̃ vnitas & firma cõcordia ſeruari p̃ot? Teſtãte ſcriptura q̃ dicit: Inter ſupbos ſemp iurgia ſũt. [Myſtice] [Prou. 13.b]

c *Et fu.* (inqt) *& ſa.p̃.ex.* Quid p fundibularios & ſagittarios, niſi hi qui ad alliciẽdas hoĩm mẽtes ad idolatriam ſiue apoſtaſiã, aut vanis ,pſperitatũ ,pmiſſionib⁹ blãdiẽdo velut rotatu fundæ fideles puertere cupiunt, aut minis tormentorum eos quaſi ſagittarũ ictibus terrẽdo decipere cõtendũt? Apteq; hi p̃ire exercitũ deſcribunt̃, qa mos ſemp fuit perſecutorum talibus ſtudijs præuenire exactionem tormentorum.

d *Et cõ.e.* ꝯmota eſt (inqt) terra a voce exercituũ, hoc eſt carnaliũ corda cõcuſſa ſũt pauore pſecutionũ.

e *Et cõ.e.pr.a.ma.* cũ ab ortu luceſcẽtis fidei vſq; ad finẽ mũdi caſtra diaboli aduerſus eccl̃iã Dei cõfligere nõ ceſſãt, & aduerſitates tribulationum nunq̃ bonis mouere deſiſtũt, iuxta Pauli ſententiam. [2.Tim. 3.c] Omnes qui pie viuere uolunt in Chriſto perſecutionem patiuntur.

f *Vidit Iu. qa fi.er.pa.ex.in B.in.* coadunatis ſecũ oĩbus q fuerant cõſtãtes corde, cõtriuit illã, dum cõiũctis oportunis fidelium ſolatijs doctores ſcti, Gẽtiliũ impetũ verbo fidei expugnare, & ad trãqllitatẽ fidei pducere ſatagũt. Firmior.n. illorũ ps eẽ uidebat̃, q apte paganico errore p tormẽtorũ immanitatem cõtra eccleſiã ſæuiebãt, q̃ illorũ q fictis amicitijs doloſe fratribus inſidias diſponebãt. [Sap. 4.b] Sed Bachidis exercitũ Iudas vſq; ad finẽ Azoti pſequit̃, cũ Gẽtiliũ furorẽ p̃dicatores euãgelij ad incẽdiũ pij amoris pducere cõtẽdũt. Interp̃tat̃.n. Azotus ignis patruelis vel incẽdiũ. Et bñ ignis patruelis amor ille q in patriarcharũ cordib. feruebat dici p̃t, quẽ in filiorũ mẽtibus ſtrenuitas doctorũ formare deſiderat, vt fiat illud qđ de Elia ſcriptũ eſt, [Luc. 1.b] vt cõuertat corda patrũ ĩ filios & incredulos ad prudẽtiã iuſtorũ, p̃paretq; dño plebem pfectam.

g *Et q in ſin.* Dextro cornu, qđ validius fuit decidente, ſiniſtrũ cornu a tergo Iudã pſeqtur, qa ſopita quodãmõ Gẽtiliũ graui pſecutione, hęretici ſiniſtra intentione ſctãm eccleſiam doloſe inſidiando, atq; occulte quaſi a tergo lædendo, nequaquã pſequi deſinũt. inde ſequitur.

h *Et ing. eſt p.* Ingrauatũ eſt p̃lium, qñ pagani apta pſecutione, & hæretici ſubdola ſeductione eccl̃iã Chriſti impetunt. Caduntq; multi vulnerati ex his & illis, cũ mali inuidẽtes bonis, neqtiæ ſuæ telis ſautiati decidũt. Et qdã de credẽtiũ numero tormẽtis malorũ coacti blaſphemare cõpellunt̃. Qđ ibi ſæpiſſime euenit, ubi plebs auxilio magiſtrorum deſtituunt̃. vñ ſubiũgit̃.

i *Et Iu.* Quia trucidatis paſtoribus greges in diuerſa fugere cogunt̃. Sicut in Zacharia propheta in p̃ſagio paſſionis Chriſti ſcriptũ eſt: [Zach. 13.c] Percute (inq) paſtorẽ, & diſ.o.gr. Qđ euãgeliſta in paſſione dñi, ubi ipſo cõprehenſo a turbis, diſcipuli oẽs relicto eo fugerũt, ad teſtimoniũ introduxit. quia qđ precellit in capite neceſſe eſt ut ſequatur in corpore.

k *Et Ion.* Nõ p̃t trãſire ſine diſcipulorũ triſtitia, bonorũ magiſtrorum p occaſum mortis tp̃alis ruina. Inde dr̃, ꝙ fleuiſſet *Iudã o. po. Iſ. pl.ma.* Huic quoq; ſimile in paſſione Stephani inuenit̃ ſcriptum, ꝙ curauerunt Stephanum uiri timorati, & fecerunt ſuper eo plãctum magnũ. [Act. 8.a] Sed licet dolor abſceſſus ſuorum tangit fidelium mentes per cõpaſſionẽ, tñ non deerit eis conſolatio, quam hñt de futura animarum requie certam ſpẽ. Triſtantur.n. ſcti aliquo mõ ĩ corpis ſuis dolore, ſed nimium

mittere in Iudæam, & dextrũ cornu cum illis. Et abierũt uiam, quæ ducit in Galgala, & caſtra poſuerunt in Maſaloth, quæ eſt in Arbellis, & occupauerunt eam, & peremerunt animas hominũ multas. In menſe primo anni cẽteſimi & quinquageſimi & ſecundi applicuerunt exercitũ ad Ieruſalem, & ſurrexerunt & abierunt in Berea uiginti milia uirorum, & duo milia equitum. Et Iudas poſuerat caſtra in Laiſa, & tria milia uiri electi cum eo. Et uiderũt multitudinem exercitus, quia multi ſunt, & timuerunt ualde, & multi ſubtraxerunt ſe de caſtris, & non remanſerunt ex eis niſi octingenti uiri. Et uidit Iudas, quòd defluxit exercitus ſuus & bellum perurgebat eum, & confractus eſt corde, quia non habebat tempus congregandi eos: & diſſolutus eſt, & dixit his qui reſidui erant. Surgamus & eamus ad aduerſarios noſtros, ſi poterimus pugnare aduerſus eos. Et auertebant eum dicentes: Non poterimus, ſed liberemus animas noſtras modo, & reuertatur ad fratres noſtros, & tunc pugnabimus aduerſus eos. Nos autem pauci ſumus: Et ait Iudas: Abſit iſtam rem facere, ut fugiamus ab eis. Etſi appropiauit tempus noſtrum, moriamur in uirtute propter fratres noſtros, & non inferamus crimen gloriæ noſtræ. Et mouit exercitus de caſtris, & ſteterunt illis obuiam. Et diuiſi ſunt equites in duas partes, & fundibularij & ſagittarij præibant exercitum, & primi certaminis omnes potentes. Bachides autem erat in dextro cornu, & proximauit legio ex duabus partibus & clamabant tubis. † Exclamauerunt autem & qui erant ex parte Iudæ etiam ipſi, & commota eſt terra a uoce exercituum, & commiſſum eſt prælium a mane uſq; ad ueſperum. Et uidit Iudas quia firmior eſt pars exercitus Bachidis in dextris, & conuenerũt cũ ipſo oẽs cõſtãtes corde, & contrita eſt dextera pars ab eis, & perſecutus eſt eos vſq; ad montẽ Azoti. Et qui in ſiniſtro cornu erant, uiderunt ꝙ cõtritũ eſt dextrũ cornu, & ſecuti ſunt poſt Iudã & eos qui cũ ipſo erãt a tergo. Et ingrauatũ eſt pręliũ, & ceciderũt uulnerati multi ex his & ex illis: Et Iudas cecidit, & cęteri fugerunt. Et Ionathas & Simon tulerunt Iudam fratrem ſuum, & ſepelierũt eum in ſepulchro patrum ſuorũ in ciuitate Mo-

NIC. DE LYRA.

¶ a Et dex.co. *i. aciem fortem quæ ſolebat aſtare regi a dextris.*

b Et a.ui. *vbi Ioſue filios Iſrael circuncidit, Ioſue v. Cætera patent.*

c Et Iu. *hic cõſeq̃nter ponitur apparatus belli ex parte Iudęorũ. & patet vſq; ibi.*

d Et mu. *ſ. Iudę recedentes occulte timore mortis.*

e Et bel.p. *ita ꝙ nõ poterat cõuenienter recedere abſq; aliquo exterminio ſuorum per aduerſarios inſequentes eum.*

f Et cõ. e. *videns periculum vtrobique.*

g Quia non ha. t. *qui receſſerat de caſtris ſuis propter dictam cauſam.*

h Moria. i. ui. *pro iuſtitia certando.*

i Et non in. *ſi moriamur fugiendo.*

k Et mo. ex. *hic conſequenter ponitur conflictus, cũ dicitur.* Et mou. ex. *ſ. Iudæ.*

l Et di. ſu. e. *exercitus Bachidis.*

m In du. p. *vt facerent duo cornua ſiue duas alas equitum.*

n Et pri. ce. *ad aduerſarios deterrendum & penetrandum.*

o Et pro. l. *exercitus Bachidis.*

p Et cõ eſt ter. *tãtus enim erat ſtrepitus clamoris & ictuũ & colliſionis armorũ, quòd terra uidebatur commoueri.*

q Et ing. eſt. *nam Iudas & ſui erant inter aduerſarios incluſi, & ſic pugnabant acriter ſicut de uita deſperati.*

r Et Ionathas. *non tunc ſed poſt prælium corpus eius ab hoſtibus redimendo, ut*

MORALITER.

✲ põtifex ,pphan⁹, et qñ cõiũgũt̃ ad inuicẽ faciũt ĩ eccl̃ia magnã ſtragẽ, ſicut cõtigit tp̃e Arrij, quo Lucius ep̃s fuit familiaritate cõiũctus principi Arriano, q̃ catholicos pſeq̃bat̃. Vñ dicit Rufin⁹ in hiſtoria eccl̃iaſtica. Eo quoq; tp̃e Lucius Arrianę partis ep̃s poſt fugas ciuiũ et exilia, poſt cędes et tormẽta q̃bus innumeros cõdẽnauit, ad monaſteria furoris ſui arma cõuertit, vaſtat eremũ & bella quieſcẽtibus indicit, tria milia ſimul aut amplius viros p totã eremũ ſolitaria habitatione diſperſos aggredit̃, mittẽs armatã peditũ & equitũ manum, & illi⁹ gladijs obiectabãt ceruices, & nihil aliud dicebãt niſi, Amice ad quid ueniſti? Sicut per Bachiden & Alchimum deſcribuntur ✲ hic facta

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

E nimiū lętātur animo de conſignata ſibi in cæleſti regno mercede. Vñ ſaluator diſcipulis ſuis de paſſionis magnitudine, & de triumphi ſui certa remuneratione in euangelio pdicēs ait: Beati eſtis cum maledixerint hoīes, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malū aduerſum vos mentiētes pp nomen meum. Gaudete in illa die & exultate, qm̄ merces ūra multa eſt in cęlo.

Matt. 5.a

a *Et cætera u.* Multa ſunt bella & virtutes quas faciunt ſancti, imò dñs in eis: quarū oīm notitiam nemo percipere põt, ſed in ſolius agnitione permanēt autoris. Vñ de ipſis dñs in euangelio ait: Oues meę vocem meā audiūt, & ego dñs agnoſco eas. Et itē: Gaudete (inqt) & exultate, qa noīa ueſtra ſcripta ſunt in cęlo. Et itē: Vrī (ait) capilli capitis oēs numerati ſunt, & capillus de capite ueſtro nō peribit. De quo & alibi ſcriptū eſt: Nouit dñs q ſunt ei⁹. Et item: Ipſe ſolus nouit corda oīm filiorū Adā. Hinc & in Pſa. ppheta ait: Qui numerat multitudinē ſtellarū, & oībus eis noīa uocat. Et itē: Mirabilis (inqt) Deus in ſctis ſuis, ipſe dabit uirtutē & fortitudinē plebi ſuę. Vñ neceſſe eſt, ut dicāt ſinguli, dicāt & oēs: Bñdictus dñs q fecit mirabilia magna ſolus. Et bñdictum nomen maieſtatis eius in æternum, & in ſeculum ſeculi.

Ioan. 10.c Luc. 10.d Mat. 10.d 2.Tim. 2.c 2. Par. 6.f Act. 1.d Pſal. 146.a Ibid. 67.g Ibid. 71.d

b *Et factum eſt p.* In prioribus ubi de Matathię morte commemoratū eſt, ſcriptū reperit̄ ꝙ ipſe cētēſimo & quadrageſimoſexto anno defunctus ſit, in cui⁹ locū ſurrexit Iudas filius eius, & præliabat̄ prælium Iſrael. Silr ēt in ſequentibus ſcriptū inuenit̄, ꝙ Ionathas poſt Iudam fratrē ſuū ſumpſerit principatū, poſt quē Alchimus anno centeſimo quinquageſimotertio pcepit deſtrui muros domus ſanctę & o-
F pera pphetarū, q & mortuus eſt tpe illo. Ioſephus aūt narrat, ꝙ poſtquam Alchimus (q & Ioachin, tenēs principatū ſacerdotij quatuor annis) interierit, ſacerdotiū Iudę populus contradiderit, ipſumq; dicit, poſtq̄ principatū ſacerdotii tribus annis miniſtrauerit eſſe defunctum. In his oībus cōijci dat̄, ꝙ Iudas poſt mortem Mathatiæ patris ſui ducatum populi gereret ſeptē annis, in qbus p quadriennium Antiochi duces de Iudęa dimicādo expellēs, & templum ab idolorū imaginibus emūdans, patrias leges poſt hæc ſuis ciuibus reddidit olympiade cēteſimaquinquageſimaquarta. Sicq; accepit principatū ſacerdotij, & tres annos in eo expleuit Vñ & in chronicis inuenitur Ionathas ſexto anno Demetrij ſotheris, Iudæorū ducatū accepiſſe, quē tenuit decē & nouē annis poſt mortē videlicet pr̄is ſui Matathię, decē annis, olympiade cēteſimaquinquageſimaquinta.

Myſtice

Illa ergo prauorum infeſtatio quæ poſt obitū Iudę inquietauerat filios Iſrael, myſtice ſigñat, ꝙ ablatis bonis doctoribus, diſpendiū nō minimum fideles ſentiāt auditores, cū occaſione pcepta non ſolum pagani, ſed ēt hæretici grauibus perſecutionibus fatigent eccl̄iam Dei. Hinc Paulus Ieroſolimā pfecturus cōuocatis maioribus Epheſiorū inter alia dixit: Nūc ecce ego ſcio, quia amplius non uidebitis faciem meam uos omnes per quos tranſiui prędicās regnū Dei. Quapropter cōteſtor uos hodierna die, quia mundus ſum a ſanguine oīm. Non .n. ſubterfugi quo minus annuntiarē omne cōſiliū Dei uobis. Attēdite vobis & vniuerſo gregi, in quo uos ſpirituſſanctus poſuit epiſcopos regere eccl̄iam Dei, quā acquiſiuit ſanguine ſuo. Ego ſcio qm̄ intrabunt poſt diſceſſionem meā lupi rapaces in uos, nō parcentes gregi, & ex vobiſipſis exurgēt viri loquētes peruerſa, ut adducāt diſcipulos poſt ſe, pp qđ uigilate, memoria retinentes, ꝙ per triennium die ac nocte nō ceſſaui lachrymis, monens vnūquemq; ueſtrum, & nunc cōmendo uos Deo & verbo gratiæ ipſius, quia potens eſt ædificare & dare hæreditatem in ſanctificationibus.

Act. 20.e

c *In diebus illis facta eſt fames m* Fame oborta tradidit ſe Bachidi omnis regio, quia deficientibus prædicatoribus pp famem uerbi Dei (vñ animæ ſaginari debuerūt, quia ſm ueritatis ſententiam. Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uerbo quod procedit de ore Dei) quidam tormentis coacti, quidā vero uanis ſuaſionibus illecti de eccleſiaſticorum numero tradunt ſe gentibus. Qui amicos ueri Iudæ (quem teſtāte ſcriptura laudant) omnes fratres ſui perſcrutantur, & cum inue-
G nerint, illudentes uindictam exercent in illos. Hanc ergo interpretationem cognoſcit eueniſſe primis temporibus eccleſiæ cultoribus Chriſti, omnis qui eccleſiaſticam hiſtoriam legit. Sed & ſpiritales nequitię quæ antiqui hoſtis deſeruiūt uolūtati, cum viderint aīas hoīum pane verbi Dei carere, ſtudent eos in errorem mittere, & ad vitia ptrahere, quatenus de amicis Iudę efficiant pdā ſatanæ, et vaſa Dei pabulū ignis ęterni.

Matt. 4.a

din. Et fleuerunt eum omnis popu- a
lus Iſrael planctu magno, & lugebāt
dies multos, & dixerunt: Quomodo
cecidit potens, qui ſaluū faciebat po
a pulum Iſrael? Et cętera uerba bello-
rum Iudæ & uirtutum, quas fecit, &
magnitudinis eius, nō ſunt deſcripta:
b multa enim erāt ualde. Et factum eſt b
poſt obitum Iudæ emerſerunt iniqui
in omnibus finibus Iſrael, & exorti c
ſunt omnes qui operabantur iniqui
c tatem. In diebus illis facta eſt fames d
magna ualde, & tradidit ſe Bachidi e
omnis regio eorum cū ipſis. Et ele- f
git Bachides impios uiros, & conſti-
tuit eos dominos regionis, & exqui-
rebant & perſcrutabantur amicos Iu g
dæ, & adducebant eos ad Bachidē,
d & uindicabat in illos, & illudebat. Et h i
facta eſt tribulatio magna in Iſrael,
qualis non fuit ex die qua non eſt ui
e ſus propheta in Iſrael. Et congrega- k
ti ſunt omnes amici Iudę, et dixerunt
Ionathæ: Ex quo frater tuus Iudas de
functus eſt, uir ſimilis ei non eſt qui
exeat contra inimicos noſtros, Bachi
dem et eos qui inimici ſunt gentis noſtræ. Nunc itaque te elegimus hodie
pro eo eſſe nobis in principem et du-

d *Et fa. eſt.* Poſtquam .n. non eſt viſus propheta in Iſrael, facta eſt tribulatio magna, quia ceſſante doctrina in populo Dei peccatorum excreuit plaga, & inde in eos verberū proceſſit uindicta. Vñ neceſſe eſt vt doctores eccleſię ſint ſtudioſi ad docendum ſubiectos, & auditores ſint intēti ad audiendum verbum Dei. Hinc quoq; p Salomonem dr̄: Doctrina bona dabit gr̄am. Labia aūt ſapientium cuſtodiūt eos. Vbi nō ſunt boues, pręſepe vacuū eſt, vbi plurimæ ſegetes, ibi manifeſta fortitudo bouis. In omni opere bono erit abundantia, miſericordia & ueritas præparant bona.

Prou. 13.e Ibid. 14.a

e *Et congre.* Quid eſt ꝙ poſt obitū Iudæ legit̄ Ionathas a populo ad ſacerdotiū eligi, ut ſuppleat locum fratris ſui, niſi ꝙ obeuntibus per martyrium primum doctoribus eccleſiæ, ſucceſſores eorū adminiſtrante ſpirituſſancti gratia in locū ipſorum ſubſtituuntur? Cuius adminiſtrationis efficaciā noīs Ionathę īterpretatio demōſtrat. Interpretatur .n. columbę donum, ſicut ſuperius demōſtratum eſt, admonens prędicatores uerbi, quatenus digne ducatus ſui officiū in plebe Dei gerant, & defenſionem congruā contra hoſtes ſubditis impendant. Sed ſi H
cut prioribus, ita & ſequentibus populi Dei doctoribus ab infidelibus atque hæreticis truculenta naſcuntur bella, & ſæua hoſtium aduerſatur inimicitia. Vnde ſequitur.

*Et ſuſce-*

## NICOLAVS DE LYRA.

¶ *do, vt dicit Ioſephus libro antiquitatis Iudaicæ. xij.*

b Et factum eſt poſt obitum. *Deſcripta morte Iudæ, hic conſequenter deſcribitur ſubſtitutio Ionathæ. Circa quam primo ponitur inſtituendi neceſſitas, ſecundo, inſtitutionis ſolennitas, ibi: Et congregati ſunt. tertio, inde conſurgens aduerſitas, ibi: Et cognouit Bachides. Circa primum dicitur:* Et factum eſt &c. *Percuſſo enim paſtore inuaſerunt gregem lupi rapaces.* Diuiſio

c Et exorti ſunt. *Viuente enim Iuda erant quaſi mortui, ſed ipſo mortuo erexerunt ſua cornua.*

d In diebus illis &c. *Tum ex defectu culturæ propter guerram.*

e Et tradidit ſe Bachidi. *Ad ſeruiendum ſub tributo regi.*

f Et elegit Bachides &c. *De Iſrael.*

g Et perſcrutabantur amicos. *Quia cognoſcebant eos, & ſciebant latibula eorum.*

h Et uindicabant. *Contemptibiliter eos iugulando.*

i Et facta eſt. *Et hæc fuit neceſſitas inſtituendi ducem loco Iudæ.*

k Et cong. ſunt. *Hic conſequenter deſcribitur inſtitutionis ſolennitas. nam ad hoc fuit populus congregatus, vt electio Ionathæ fieret certius & ſolennius. & patet litera.* Diuiſio

¶ Et cogno-

## MORALITER.

✻ hic facta ſtrages magna Iudæ Machabæi & ſuorum.

a *Et fleuerunt eum omn. popu.* Per quod ſignificatur, quòd mors boni principis uel prælati debet ab omnibus plangi.

d *In diebus illis facta eſt fames magna ualde, & tradidit ſe Ba. om. re.* Per quod ſignificatur, ꝙ pp defectum prædicationis uerbi diuini, & ſumptionis eucharıſtiæ ſacramenti, quibus homo ſpiritualiter uiuit, populus traditur dæmonis poteſtati.

k *Et cō. ſunt o.* Per hoc ꝙ Iuda defuncto ſubſtitutus eſt Ionathas, q̄ interp̄tat̄ colūbę donū, ſigñat̄ ꝙ poſt mortē boni p̄lati electores debent eſſe multū ſoliciti, vt habeāt ſucceſſorē, q ſit plenus gr̄a ſpūſſcti, q̄ in ſpecie colūbę apparuit in baptiſmo Chriſti. Per hoc autē ꝙ Bachides quærebat Ionathan occidere, ſignificatur ꝙ diabolus multum eſt ſolicitus qualiter poſſit bonum prælatum ſubuertere, ſicut dictum eſt ſu. iij. c. de Andrea epiſcopo Fundanæ ciuitatis.

✻ *Et exierunt*



A a *Et ſuſ. Io.* Fugit Ionathas imminēte bello cū ſuis in deſertū thecue, quia exardeſcente hoſtiū pſecutione doctores ſancti cū ſuis ſequacibus cęleſtis aulæ pcibus penetrāt ſecretū, ut ibi inuocādo oīpotētis Dei inueniāt auxiliū: quē tota intētione cordis venire ſibi poſtulāt in adiutoriū. Thecue .n. interpretat̄ tuba ſiue clāgor. Qđ aūt ſubiūgitur.

b *Et conſ. ad aq. la. aſ.* Significat vacare cōpunctionis lachrymis eos, quo facilius oīpotētis Dei impetrare ſatagāt ſolatiū, qm̄ non alibi, ſed eius pietatis ſolūmō expetūt refugiū. Vñ Aſphar interpretatur, fodit ſiue humus, qa qm̄ cor intus ſalubriter cōpungit̄, humor lachrymarum ab oculis ad prouocādū miam Dei largius foris effundit̄.

c *Et co. ba.* Quid eſt ꝙ Bachides in die ſabbathorum trās Iordanē cum exercitu uenit cōtra Iudæos, niſi ꝙ pſecutores Chriſtianorū paci & quieti eccleſiæ inuidētes, cum tumultu irrumpēdo baptiſmi ſacramētum cōturbare: & fidei ſtatum ſubuertere ſtudent? Et ad hoc Nabutheos amicos ſuos in auxilium prouocāt, qa hæreticos ad cōtritionē fidelium, ęquè maliuolos ſibi aſſociant. Nabuthei .n. vt quidam affirmāt, pphetātes interpretantur. Et apte hæretici hoc in loco pphetantes dici poſſunt, nō vt ſanę fidei docendo commendent veritatem, ſed erroris ſm cordis ſui nequitiam depromant falſitatem. Vnde & in lege prophetæ, qui uana ſomniabant, & diuinabant mendacia, ſm ſn̄iam dñi morti diiudicabantur. Quod certiſſimum eſt hęreticis euenire, qui ſe per ſchiſmata & ſectas inutiles ſeparant a Deo, & per errorem atque blaſphemiam coniungunt diabolo.

Myſtice

B d *Et exierunt filij.* Quid p filios Iābri, niſi uoluptuoſi iſtius mundi exprimūtur, q exire ex Madaba, hoc eſt ex natiuitate dr̄, cum concupiſcētiam carnalē quā originaliter ex parte carnis contraxerunt, ſine permutatione vſitare contendunt. Hi ergo.

e *Compre. Io. & oīa quæ ba. & abierunt habentes ea,* cū aliquē de filiis eccleſiæ iam baptiſmatis unda ablutū, & gratia Dei renatū, p illicita deſideria ad ſe rapiūt, & ſtudia bona quibus militabat Deo peruertētes, ad illecebras voluptatum peruertūt. Sed Ionathas & Simon ulciſci ea cupientes, ſponſum qui duxit filiam vnius de magnis principibus Chanaā in ambitione magna cū omni ſuo apparatu & amicis ſuis ſubuertit̄ atq; occidit, qm̄ doctores ſcti aliquos eorum quos toto niſu conſpiciunt uoluptatibus mundi inhiare, & ad luxuriam procliues eſſe (quā princeps huius ſeculi ad decipenidū ardētes quoſq; in cōcupiſcētia carnis proponit, ad ſocietatem ſuam eos pertrahendo) ab intentione praua eripiunt, atq; in eis hoc, quod nociuum fuit & reluctās diuinis mādatis mucrone diuini uerbi occidūt. Talis .n. victoria bñ his condecet, qui ex magiſterio cœleſti didicerunt diligere inimicos ſuos, & benefacere his, qui oderunt ſe, orare pro perſequentibus, & calūniantibus ſibi, benedicere maledicentibus, & non remaledicere. Qui cæſorum ſpolia accipiunt, qm̄ totos niſus eorum in vſum eccleſiaſticū cōuertūt. Vñ apte ſubiungitur:

Luc. 6. d

f *Et conuerſæ ſunt in luc. & uox mu. ip. in la.* quia vanam lætitiam mundi in luctum pnīę, & vanos iocos ac carmina inutilia, in pſalmodiam diuinam cum compunctione lachrymarū ſancti prædicatores docent eos cōmutare, quos ſalutifera præda rapiunt, & a uita carnali ac ueteris actibus hoīs funditus occidunt. Sicq; reuertūtur ad ripam Iordanis, cum eos perducūt ad ſtatum Chriſtianæ religionis, atq; ad perceptionem ſacri baptiſmatis, ut ibi euangelicus expleatur ritus, pro quo labor exercebatur totus.

g *Et au. Ba.* Cum perſecutores fidelium ſabbatho ſpiritali quo vacant ipſi cultores Chr̄i a terrenis cupiditatibus ad audiendum verbum Dei, & laudē dño cōcinendū, p inuidiam cōcitati perturbari eos contendūt, & ſacramētū baptiſmi p potētiam ſecularē cōtaminare nitūtur. Ionathas myſticos ſuos in citat ad pugnā ſpiritualem, hoc eſt, ut per cōſtantiam mentis & robur fidei pugnēt ex aduerſo contra inimicos ſuos: non ꝙ dimicando aut feriendo eos lędāt, ſed p patiētiam & māſuetudinē tole-

C

Myſtice

rando

cęm ad bellādum bellum noſtrum,
a Et ſuſcepit Ionathas tēpore illo prin
cipatum, & ſurrexit loco Iudę fratris
ſui. Et cognouit Bachides, & q̄rebat a b
eum occidere. Et cognouit Ionathas
& Simō frater eius, & omnes, qui cū
eo erant, & fugerunt in deſertū The- c
b cue: & conſederunt ad aquam lacus d e
c Aſphar, et cognouit Bachides, & die f g
ſabbathorū venit ipſe & omnis exer
citus eius trans Iordanē. Et Ionathas h
miſit fratrem ſuum ducem populi,
& rogauit Nabutheos amicos ſuos, i
vt commēdarēt illis apparatū ſuum, k
d qui erat copioſus. Et exierūt filij Iam l
e bri ex Madaba, & cōprehenderūt Io m
hanné, & omnia quæ hēbat, & abie-
runt habentes ea. Poſt hęc verba renū n
tiatum eſt Ionathæ & Simoni fratri
eius, quia filii Iambri faciūt nuptias
magnas, & ducūt ſponſam ex Mada
ba filiā vnius de magnis principibus
Chanaā cū ambitione magna. Et re- o p
cordati ſunt ſanguinis Iohannis fra-
tris ſui, et aſcēderūt et abſcōderunt ſe
ſub tegumēto montis, & eleuauerūt
oculos ſuos et viderūt, et ecce tumul q
tus et apparatus multus, et ſponſus r
proceſſit et amici eius et fratres eius
obuiam illis cum tympanis & muſi
cis et armis multis. Et ſurrexerunt
ad eos ex inſidijs, et occiderunt eos,
et ceciderunt vulnerati multi: et reſi
dui fugerunt in montes, et acceperūt
f omnia ſpolia eorum, et conuerſæ
ſunt nuptiæ in luctum, et vox muſi-
corum ipſorum in lamētum. Et vin
dicauerūt vindictā ſanguinis fratris
ſui, et reuerſi ſunt ad ripam Iordanis. ſ
g Et audiuit Bachides, et venit die ſab- t
bathorum vſque ad oram Iordanis
in uirtute magna. Et dixit ad ſuos

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et co. Ba. *Hic conſequēter deſcribitur inſurgens aduerſitas. Et diuiditur in tres partes, quia primo perſecutio Ionathæ proponitur: ſecūdo, mors Iohannis fratris ſui interponitur, ibi: Et miſit fratrem ſuum. tertio ſcriptura ad primum reuertitur, ibi: Et audiuit Bachides. Circa primum dicitur:* Et co. Bachi. *inſtitutionem Ionathæ.* Diuiſio

b Et quæ. eum occi. *diuerſis vitijs & machinationibus, quas cognoſcens Ionathas declinauit caute, ideo ſubditur:*

c Et f. *quouſq; poſſent exercitū aggregare.*

d Et conſ. ad aq. *i. iuxta aquam.*

e Lacus Aſ. *iſte lacus eſt mare mortuum, quod alibi dicitur lacus Aſphalti.*

f Et co. B. *per ſuos exploratores.*

g Et die ſub. *in contemptum feſtiuitatis Iudaicæ, & vt Iudæi non defenderent ſe, ſicut de quibuſdam dictum eſt ſu. ij. ca. vel ſaltē ut minus voluntarie ſumerent arma illa die.*

h Et Io. mi. *hic conſequenter mors Iohānis fratris Ionathæ interponitur, & primo ponitur eius occiſio doloſa per inſidias ſibi poſitas in via, ideo dicitur:* Et Io. mi. *mittēs aliquos de populo cū Iohāne ipſum præcedēte.*

i Et ro. na. *ut habetur ſup. v. c.*

k Vt con. *per modum cuſtodiæ uſq; ad diē belli cum Bachide. Aliqui libri ſic habent: Vt commodarent illis, &c. i. vt Nabuthei accomodarent Ionathæ, & fratribus eius tentoria ſua & arma.*

l Et exierunt fi. Iam. *inſidiantes Iohanni.* D

m Et con. I. *& etiam occiderunt eum, ut habetur in parte ſequenti.*

n Poſt h *Hic conſequenter ponitur uindicatio Iohannis. & patet litera uſq; ibi:*

o Cum amb. magna. *i. cum apparatu magno & pompa.*

p Et re. ſunt. *ex quo patet, ꝙ Iohannem occiderant, ut dictum eſt.*

q Et ec. tu. *ex multitudine venientium.*

r Et ſ. pro. *obuiam illis, qui adducebant ſponſam. Cætera patent uſq; ibi:*

ſ Et re. ſunt. *ſ. ad mare mortuū in loco prædicto, quod dicitur hic ripa Iordanis, nā Iordanis tranſit per ipſum mare mortuum, ut habetur Ioſue. iij.*

t Et au. *hic conſequenter ſcriptura reuertitur ad illud, quod ſu. propoſitum eſt. ſ. perſecutio Ionathæ ab ipſo Bachide, & primo ponitur eorum conflictus. ſecundo, Alchimi deceſſus, ibi: Et anno. cen. tertio, Bachidis receſſus, ibi: Et vidit Bach. Circa primum patet litera ex prædictis uſq; ibi:*

¶ Non eſt

## MORALITER.

✻ l *Et exie. fi. I.* Iambri dies amaricans interpretatur, & ideo per Iambri uoluptas carnalis ſigñat̄, quæ dies dr̄: quia delectabilis eſt in principio. ſed dicitur amaricans, eo ꝙ triſtabilis eſt in termino. vnde dicit Boetius. ij. de con. Triſtes vero voluptatum eſſe exitus quiſquis libidinum ſuarum reminiſci volet, intelliget. Igitur filij Iambri ſunt homines uoluptatibus corporis dediti, & iſti capiunt Iohannem, quando malis perſuaſionibus gratioſum iuuenem ad luxuriam ptrahunt, & ſic eum ſpiritualiter occidunt. Sed Ionathas & Simon vindicant iſtud factum, quando ſacri prædicatores gladio verbi Dei, luxurioſos occidunt quantum ad vitam malam priſtinam, ipſos pertrahēdo ad munditiæ caſtitatem. De tali occiſione dicitur Act. x. g. Surge Petre occ. & man. de conuerſione Cornelij & amicorum ſuorum de Gentilitate ad Chriſtianitatis ſtatum.

t *Et au. Ba.* Per hoc ſignificat̄, ꝙ diabolus fortius impugnat hoīes ſctōs in ſolēnibus diebus, eo ꝙ pctūm ex ſanctitate tpis aggrauat̄, & pp hoc hoīes deuoti tūc debent diaboli tentationibus reniti, & ad hoc alios exhortari, ſicut Ionathas ſe & ſuos diſpoſuit ad reſiſtēdum fortiter Bachidi, vt dicitur in litera ſequenti.

✻ *Et anno*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E rando ac beneficiis remunerando melius vindicãt,ſm illam ſñiam ſaluatoris qua diſcipulis ſuis ait: Audiſtis qa dictũ eſt antiquis. Oculũ pro oculo,& dẽtem ꝓ dẽte:Ego aũt dico uobis nõ reſiſtere malo, ſed ſi quis te percuſſerit in dexterã maxillam,præbe ei & alteram. Et ei qui vult tecum in iudicio cõtendere,& tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et item:In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. Hinc & Paulus ait: Si eſurierit inimicus tuus,ciba illum,ſi ſitit, potum da illi. Hoc.n.faciens,carbones ignis cõgeres ſup caput eius. Noli vinci a malo,ſed vince in bono malum. Talibus .n hoſtijs promeretur Deus,qui dat victoriam ſuis ſeruis,et proſternit inimicos eorum ſub pedibus ipſorum. Vñ in poſterioribꝰ ſcriptũ eſt,ꝙ Ionathas cum Bachide compoſuerit pacem,& ꝙ iurauerit Bachides nihil ſe ei facturum mali omnibus diebus uitæ eius, reddideritque ei captiuitatem, quam prius erat prædatus de terra Iuda.

*Matt. 5.f* · *Luc. 21.d* · *Rom. 12.d* · *Ibidem* · *infr. 10.f*

a *Et an.cen.* Diximus ſuperius, ꝙ Alchimus contaminator legis & proditor patriæ ſignificaret hæreticos, qui teſtamentum Dei ſectis nefandis prophanare & eccleſiam Dei perturbare non metuunt. Hic modo: *Deſtrui m.do. ſan.in.& opera pr* demoliri commemoratur, quod conuenienter aptari põt ipſis hæreticis, qui non ſolum oracula prophetarum vanis traditionibus deprauare,ſed etiam munimentum fidei quod in cordibus credentium ad cõſeruationẽ iuſtitiæ legis Dei intenta mẽte cuſtoditur, qualicunq; modo poſſint violare atq; diſſipare contendunt,ſed uideamus quid ſequitur:

b *In tpe.*i.quia licet nimio faſtu ſuperbiãt hæretici, licet ad tp̃s ꝑualere fidelibus ꝑ ſubſidia potentũ huius mũdi videanĩ,tñ oĩpotẽtis Dei iudicio in fine ſubuertenĩ,& diſſoluetĩ vigor praue volũtatis eorũ,qñ qđ volũt ad effectũ ꝑducere nõ pñt:Nec ẽt de domo ſua,hoc eſt de ſubſequẽti cõuerſatione ſua imminẽte iã ſupni iudicis ſñia ordinare licet,ſed fiet illud qđ ꝑ Pſal. dr̃:Diſꝑdet dñs vniuerſa labia dol. & lin.m. Qui dixerunt, linguam noſtrã magnificabimus,labia noſtra a nobis ſunt,quis noſter dominus eſt?

F

*Pſal. 11.a*

c *Et mor eſt* qa ꝑdurãtibus hæreticis in ſua nequitia vſq; in finẽ pñtis uitæ, mors ſubſequetĩ fœda, & mittẽtĩ iuxta ſententiã Apocalypſis Ioh. in ſtagnũ ignis ęterni. Et cruciabunĩ igne & ſulphure in conſpectu angelorũ ſanctorũ & in conſpectu agni,& fumus tormẽtorũ eorũ aſcẽdet in ſecula ſeculorũ. Nec habebũt requiẽ die ac nocte, q adorauerũt beſtiã & imaginẽ eius. Et cõmãducãt linguas ſuas p̃ dolore, & blaſphemãt Deũ cęli p̃ doloribus & vulneribus ſuis,& non egerũt fructuoſam pœnitentiam ex operibus ſuis, quia ſe ante dum licuit, purgare noluerunt ab erroribus ſuis.

*Apo. 20.d* · *Ibid. 14.b* · *Ibid. 14.b*

d *Et vi.Ba.q.mo.eſt al.& r.eſt ad re.& ſi.t a d* Annis duobus ſiluit terra, cum a perſecutione infidelium & hæreticorũ infeſtatione pacẽ habuit ad tp̃s eccleſia,ſm illud qđ in Actibus apoſtolorũ legiĩ: Eccleſia qdẽ ꝑ totã Iudæã & Galilæã & Samariã habebat pacẽ, & ædificabaĩ ambulãs in timore dñi, & conſolatione ſcĩſpũs replebaĩ. Sed qa diuturna & ꝑmanſ.non erit pax et ſecuritas in pñti vita, manifeſtat ſequens ſententia,vbi ita ſcriptum eſt:

*Actu. 9.e*

e *Et c.*Inuidẽt hoſtes vniuerſi paci & quieti eccleſiæ Dei. Vñ extorti ſucceſſu felici bonorũ,q̃runt ad nocendum auxilia prauorũ, qđ deſignat epiſtola Bachidis occulte miſſa ſocijs ſuis,q erãt in Iudæa,vt cõprehẽderẽt Ionathã & eos, q cũ eo erãt in Iudæa,qa cũ ꝑſecutores ſæui extrinſecus nõ pręualẽt tormẽtis ſubuertere cõfeſſores Chriſti, cõſtruũt dolos intrinſecus ꝑ falſos fratres,q videntur in eccleſia cõmanere,ut quos illi nõ potuerunt gladio,hos illi decipiãt dolo:vñ & Paulus apoſtolus ſæpe in ep̃lis ſuis conqueriĩ falſorum fratrũ fraudẽ,q ſub introierũt vt puerterẽt veritatẽ euãgelij, ſed nõ potuerũt,qa innotuit eis eorũ cõſiliũ. Agit .n.induſtria boni doctoris,vt plebs ſibi ſubiectorum præuidere & cauere ſciat aſtutiam peruerſorum.

G

*2. Cor. 11.f*

f *Et app.* inquit *de vi.re.qui prin.er.mi. quin.vi.& oc.eo.* Qui ſunt illi quinquaginta de uiris regionis, qui principes erant militiæ & occidebantur ☞ a Bachide,

Ionathas. Surgamus & pugnemus cõtra inimicos noſtros. Nõ eſt enim [a] hodie ſicut heri & nudiuſtertius. Ecce enim bellum ex aduerſo:aqua vero Iordanis hinc & inde,& ripę,et paludes,& ſaltus:& non eſt locus diuertendi. Núc ergo clamate in cęlú,vt liberemini de manu inimicorũ veſtrorum. Et commiſſum eſt bellum. Et [b] extendit Ionathas manum ſuam percutere Bachiden,& diuertit ab eo retro,& diſſilijt Ionathas, & qui cũ eo [c] erant in Iordanem, & traſnatauerunt ad eos Iordanem. Et ceciderunt de parte Bachidis die illa mille uiri; & reuerſi ſunt in Ieruſalem. Et ædifi- [d] cauerũt ciuitates munitas in Iudæa, munitionem quæ erat in Iericho, & in Ammaum,& in Bethoron,& Bethel,& Thannathá,& Phara, & Thopo muris excelſis, & portis & ſeris. Et poſuit cuſtodiam in eis,vt inimicitias exercerent in Iſrael. Et muniuit ciuitatem Bethſurãm & Gazaram & arcem, & poſuit in eis auxilia, & apparatum eſcarum, & acce- [e] pit filios principum regionis obſi- [f] des,et poſuit eos in arce in Ieruſalem [a] in cuſtodiã. Et anno centeſimoquin [g] quageſimotertio menſe ſecundo pręcepit [h] Alchimus deſtrui muros domus ſanctæ interioris,& deſtrui ope [i] ra prophetarum. Et cœpit deſtrue- [b] re. In tempore illo percuſſus eſt Al- [k] chimus, & impedita ſunt opa illius, [l] & occluſum eſt os eius, & diſſolutus [m] eſt paralyſi, nec vltra potuit loq̃ uer- [c] bũ,& mãdare de domo ſua. Et mor- [n] [o] tuus eſt Alchimus in tẽpore illo cum [d] tormento magno. Et uidit Bachides [p] quoniã mortuus eſt Alchimus,& reuerſus eſt ad regẽ,& ſiluit terra annis [e] duobus. Et cogitauerunt omnes ini- [q] qui dicentes:Ecce Ionathas & qui cũ [r] eo ſunt in ſilentio,habitant cõfidenter. Núc ergo adducamus Bachiden, & comprehendet eos omnes vna nocte. Et abierunt & conſilium ei dederunt. Et ſurrexit, vt veniret cum exercitu multo. Et miſit epiſtolas ſocijs ſuis occulte,qui erant in Iudæa,ut cõ [ſ] prehenderent Ionatham, & eos qui cũ eo erant,ſed non potuerunt,quia [f] innotuit eis conſilium eorum. Et [t] apprehendit de viris regionis, qui [u] principes erant militię quinquagin-

## NIC. DE LYRA.

¶ *a* Non eſt e. ho. *hoc dixit Ionathas ad animandum ſuos, oſtendens quòd non patebat locus fugæ.*

*b* Et extendit Io. *Tantum.n.valuit, ꝙ eum interfeciſſet, niſi retroceſſiſſet.*

*c* Et diſſiliit Iona. *ad perſequendum Bachiden & eius gentem.*

*d* Et reuerſi ſu.in Ie. *ſ.Bachides & ſui. Cęte.patent vſq; ibi:*

*e* Et accepit fi.p. *i.principaliũ Iudæorum.*

*f* Obſides. *ne rebellarent ſe Ionathæ ſociando.*

*g* Et anno cẽteſimoquinquageſimo. *Hic conſequenter deſcribitur Alchimi deceſſus, & primo ponitur cauſa, cum dicitur:*

*h* Præcepit Alchi.deſt.mu. *i.ſanctiſanctorum, quod erat interior pars templi.*

*i* Et deſtr.opera prop. *nam ſecundum templum de quo loquitur, ædificatum fuit per exhortationem & adiutorium Aggæi & Zachariæ prophetarum. 1. Eſdræ.vi.* H

*k* In tempore illo percu. *a Dei.*

*l* Et impedita ſunt op. *maligna.*

*m* Et occurſ.eſt os. *quia factus eſt murus.*

*n* Et manda. de do.ſua. *i.non potuit ordinare de rebus ſuis & familia.*

*o* Et mor.eſt &c.in tormen.magno. *Dei iudicio iuſto.*

*p* Et vi.Ba. *Hic conſequenter deſcribitur receſſus Bachidis de terra Iuda, cum dicitur:* Et vi.Ba. *pp cuius inſtitutionem in ſacerdotem venerat in Iudæam, vt habetur in prin. huius ca. & ſic habuit cauſam reuertendi.*

*q* Et co. *Hic conſe. primo ponitur eius reditus ad Iudęam, & ſecundo totalis eius receſſus ab ea, ibi: Et iratus. Circa primũ dicitur:* Et cogitauer. omnes ini. *de populo Iſrael.*

*r* Ecce Io.no.&c.habit.conf. *non præcauẽtes ſibi de bello, propter quod de facili poterunt capi. Cætera patent vſq; ibi.*

*ſ* Vt con.Io.& eos. *qui latenter & doloſe.*

*t* Et apprehendit. *ſ.Ionathas.*

*u* De viris re. *Id eſt Iudæis.*

*x* Qui principes erant militiæ. *Id eſt ductores illorum, qui volebant Ionatham & ſocios eius capere.*

¶ Et receſſit

## MORALITER.

✻ *g Et anno cen.* per hoc qđ Alchimus ꝑcepit deſtrui muros domus ſãctæ ſignificatur,ꝙ malus prælatus deſtruere nititur ſacras obſeruatiões eccleſię, & ꝑ opera ꝓphetarũ ſignificanĩ opera ap̃lorũ,nã & ipſi ꝓphetiæ ſpũm habuerũt. Deſtruit .n.eorũ paupertatẽ bona pauperũ ſibi retinendo, & eorũ humilitatẽ vltra modũ ſuperbiendo,& eorũ exẽplaritatem ſtatũ apoſtolicum,qui ſtatus eſt epiſcopalis, fœdis operibus maculando. Ideo ſubditur eius finis,cum dicitur:

o *Et mor.eſt Al.* Quia cum diuite epulone ſepelitur in inferno.

✻ *Et receſſit*



A a Bachide,niſi hi qui ſuꝑficie literę legalis cõtẽti, Pẽtateuchũ legis nõ ſpiritaliter ſed carnaliter in circũciſione & ceremoniis ſuperuacuis obſeruare volũt? Quos redarguit doctor gentiũ ſcribẽs ad Gal. ubi ait: O inſenſati Galathę,qs uos faſcinauit? Qũo cõuertimini iterũ ad infirma & egena elemẽta qbꝰ denuo ſeruire vultis? Dies obſeruatis mẽſes & tp̃a & annos. Timeo ne forte ſine cã laborauerim in uobis. Currebatis bene: Quis uos impediuit veritati nõ obedire? Perſuaſio hæc nõ eſt ex eo,q vocat vos. Modicũ.n.fermẽti totã maſſam corrũpit. Ego cõfido de vobis in dño, ꝙ nihil aliud ſapiatis. Qui aũt conturbat uos,portabit iudicium quicunq; eſt ille. Talibus aũt ꝑ fraudẽ hoſtis antiqui in animę morte peremptis videamus quod ſequitur.

*Gal. 3.a* · *Ibid. 4.b* · *Ibid. 5.b* · *Ibidem & ſeq.*

a *Et ſe.Io.* Quid eſt ꝙ Ionathas tumultuãte Bachide ſe recolligit cũ ſuis in Bethbeſen,q̃ eſt in deſerto,& extruit diruta eius,cõfirmans eam, niſi cum ꝑdicatores ſcĩ cum uiderint ꝑſecutorẽ ꝑualere manũ, ita vt nõ poſſint cũ ꝑdicationis verbo procedere in publicũ,ad tp̃s ſecedũt in loca ſecreta? quatenus ibi ieiuniis & orõnibus operã dẽt, & qcquid per incuriam inter populares cõuerſando de rectitudine vitæ ſuæ relabebaĩ,hoc ſeparatim ꝑ inſtantiam boni ſtudii iterũ ad integrũ renoueĩ. Bethbeſſe.n.domus oris florentis interpretaĩ. Flores.n.os cũ ꝑcibus atq; pſalmodiis hymniſq; in laudibus Dei † conſertis digne reſonat. Qđ vr̃ ẽt dñs in euangelio diſcipulis mãdare,ubi ait: Cũ perſecuti uos fuerint in vna ciu.&c. Vñ ipſa ueritas cũ Iudæi cogitarent interficere eũ,iã nõ in palã ambulabat apud Iudæos, ſed abiit in regionẽ iuxta deſertũ in ciuitatẽ,q̃ dr̃ Ephrẽ,& ibi morabaĩ cũ diſcipulis ſuis. Et alibi legitur ipſe exiſſe in mõtẽ orare ubi erat pernoctãs in oratione Dei. Sic & Paulus & Barnabas cũ in Iconio ꝑdicarẽt uerbum Dei,& factus eſſet impetus Gẽtiliũ et Iudæorũ cũ principibus ſuis, & cõtumeliis & lapidib. afficerent, & lapidarent eos, intelligentes confugerũt ad ciuitates Lycaoniæ & Lyſtram & Therben & uniuerſam in circumitu regionẽ:& ibi euangelizauerunt. Sed nequitia hoſtis antiqui nullum locũ in mundo tutum ab inſidiis fieri permittit,hinc & Bachides ſuꝑ Bethbeſſen ducit exercitũ,ut oppugnet eũ,& cultores Dei qete viuere nõ ꝑmittat.

*† confeſſio* · *Matt. 10.c* · *Ioan. 11.g* · B · *Luc. 6.c* · *Actu. 14.a*

b *Et re.Io.* Quid eſt,ꝙ Ionathas Simonem fratrẽ ſuum in ciuitate reliqt,ipſeq; exijt in regionẽ vt aduerſarios ꝑſequereĩ,niſi ꝙ ſancti doctores intus operã dãt uirtutibus, & tñ foris cũ fidei ſcuto & gladio ſpũs cõtra hoſtes dimicare nõ ceſſãt? Sed ipſi hoſtes eccleſiæ nõ ſunt vniformes,quin potius variis ꝑſecutionũ gñibus multiplices,cum Iudæi,pagani,hęretici atq; ſchiſmatici,necnõ & falſi Chriſtiani ad nocendũ bonos cõſtruũt calamitates,ſicut ſuperius demonſtratũ eſt. Qđ & ipſa noĩa ſuis interpretationibus nõ incõueniẽter exponũt. Odaren.n.gñatio eius,& Phaſerõ cõciſio interpretaĩ. Vñ ꝑ Odaren & fratres eius,illi denotari pñt,q ꝑ vnitatẽ catholicæ cõfeſſionis,eiuſdẽ ſe cũ bonis & ſimplicibus fingunt eſſe gñationibus,ſed alienos ſe ab ipſorũ ſocietate oſtẽdũt factis iniquis. De qbus dicit Ap̃s: Cõfitenĩ qdẽ ſe noſſe Deũ, fa. aũt negãt. Per Phaſerõ aũt ceteri,q ab eccleſię vnitate nõ ſolũ religiõe ſed ẽt ꝓfeſſione fidei diſcrepãt, deſignanĩ. Tales ſchiſmata & lites atq; calamitates veris Chriſtianis parare nũquam deſiſtunt, ſed eorũ machinamenta & dolos duces ſpiritales in ipſos retorquent,nec eos militibus Chriſti fraudibus ſuis nocere permittunt.

*Allegor.* · C · *Titum. 1.d*

c *Et cõ.e.* Ceſſantibus turbinibus belli Ionathas ĩ Machmas ĩgrediĩ, ibiq; inhabitãs iudicat populũ,& exterminat impios ex Iſrael: qa ſopitis prauorũ bellis ꝑdicatores ſcĩ hoc, qđ prius de moralitate ſubditorum ꝑꝑ imminẽtes tẽpeſtates ꝑliorũ minuebaĩ reſtaurare cõtẽdũt,et iuſtę ſeruitutis pẽſum bonis moribus creatori ſuo reddere oĩ modo ſatagunt. Machmas.n. hiſtorialiter vicus eſt grandis, q uſq; nũc in finibus Elię oſtẽditur,antiquũ nomẽ retinẽs, noueq; ab ea milibus diſtans iuxta villã Rama. Interpretaĩ .n. Machmas villæ tributũ vel decretũ,quo videlicet ſancta ſignificaĩ eccleſia, vbi inſtanter Deo quotidie deſeruiĩ,& vbi iuxta decreta legis Dei, iuſta iudicia per doctores fideliũ ſedulo exercentur, atq; prauorum nequitia a uero Iſrael ꝓcul exterminaĩ.

[a] ta viros, & occidit eos. Et receſſit Io- [a] nathas,& Simon,& qui cũ eo erãt in Bethbeſſen,quæ eſt in deſerto, & extruxit diruta eius,& firmauerunt eã. Et cognouit Bachides, & congregauit vniuerſam multitudinem ſuam: & his,qui de Iudęa erãt denuntiauit. Et venit, & caſtra poſuit deſup Bethbeſſen, & oppugnauit eam dies mul- [b] tos,& fecit machinas. Et reliquit Io- [b] nathas Simonem fratrem ſuum in ciuitate,& exiuit in regionem,& venit [c] cum numero,& percuſſit Odaren,& [d] fratres eius, & filios Phaſeron in tabernaculis ipſorum, & cępit cedere & creſcere in uirtutibus. Simon vero [e] & qui cum ipſo erant,exierunt de ciuitate & ſuccenderunt machinas, & pugnauerunt contra Bachiden, & contritus eſt ab eis, & afflixerũt eum [f] valde,quoniam conſilium eius & cõ [g] greſſus eius erat inanis. Et iratus cõ- [h] tra viros iniquos, qui ei cõſilium dederant, vt veniret in regionem ipſorum, multos ex eis occidit. Ipſe autẽ [i] cogitauit cum reliquis abire in regionem ſuam. Et cognouit Ionathas & [k] [l] miſit ad eum legatos componere pa [m] cem cum ipſo, & reddere ei captiuitatem. Et libẽter accepit,& fecit ſecũdum verba eius,& iurauit ſe nihil ei facturũ mali omnibus diebus uitæ eius: Et reddidit ei captiuitatẽ,quam [c] prius erat prædatus de terra Iuda. Et cõuerſus abijt in terram ſuam,& nõ appoſuit amplius venire in fines eiꝰ. Et ceſſauit gladius ex Iſrael. Et habita [n] uit Ionathas in Machmas, & cœpit [o] Ionathas ibi iudicare populum,et exterminauit impios ex Iſrael.

## NIC. DE LYRA.

¶ *a* Et receſſit Io. in Beth. &c. *Vt haberent fortalitium pro refugio.*

*b* Et rel.Ion *ſ.Bethbeſſen eius cuſtodiam.*

*c* Et e.in re.& v.cũ n. *ſ.ſufficiẽti bellatorũ.* D

*d* Et percuſſit Od. *qui erant aduerſarij Ionathæ & populi ſui.*

*e* Simon ve. *quas fecerat Bachides ad impugnationem ciuitatis, & ſic Simon præualuit in ciuitate, & Ionathas in regione.*

*f* Et afflixerunt eum va. *nam homini ſuperbo magna eſt afflictio ſuperare non poſſe.*

*h* Et ira. *Hic cõſequẽter deſcribitur totalis receſſus Bachidis a Iudæa, cum dicitur:* Et ira.con.vi. *iuſto Dei iudicio, cum eſſent proditores patriæ & deſertores legis diuinæ.*

*i* Ipſe autem cogitauit cum reliquis. *nã probroſum erat ſibi in Iudæa manere.*

*k* Et cog.Io. *eius receſſum & iram contra illos, qui eum adduxerant in Iudæam.*

*l* Et mi.ad eum le.com. *i.ad componendũ.*

*m* Pacem cum ip. *ſperans quòd reciperet eam ſicut & fecit. Cætera patent vſq; ibi:*

*n* Et abi.Io.in ma. *Alias, machmas locus eſt Iudææ, ut patet. 1. Reg.xiij.*

*o* Et cę.Io. *bonos exaltãdo et impios puniẽdo, ex quo patet ꝙ habitabat ſatis pacifice.*

## MORALITER.

✻ a *Et ſe.Io.& q cũ eo er.& c.ĩ B.* q̃ domus oris florẽtis interꝑtaĩ: Os vero florẽs eſt os deuote Deũ orãs. & iõ ꝑ Bethbeſſẽ domꝰ orõnis ſignatur,ad quã refugiũt deuoti,& ſic ab impugnationibꝰ dæmonis ſunt tuti: ideo ſubditur de Bachide dæmonũ ſignificante.

g *Et con.eius er.* quia non præualet orationibus deuotis.

## GLOS. ORD. CAP. X.

E T *anno cent.aſ.Alexan.Antio.* Antiochum nobilẽ ipſum dicit,quem Græci appellant Epiphanẽ, filiũ Antiochi magni, de quo ſuperius plura narranĩ.

☞ *Et audiuit*

## NIC. DE LYRA. CA. X.

E T anno. *Hic conſequenter deſcribitur ducatus Ionathæ tempore Alexandri filij Antiochi Eupatoris, cum quo Ionathas habuit pacẽ, ideo deſcribitur primo cõfęderatio Ionathę cũ Alexandro. ſecundo, congreſſus Alexandri cũ Demetrio, ibi: Et congregauit. Tertio, congreſſus Ionathæ contra Apollonium pro Alexandro rege, ibi: In anno centeſimo. Circa primum Demetrius præuenit Iudæos ſuis epiſtolis ficte, quibus tamen Ionathas bene vtitur. Secundo Alexander ſcribit pacifice, cui creditur, ibi: Et audi. Alex. Tertio, Demetrius ſcribit mendoſe & non auditur, ibi: Et audi. Deme. Circa primum dicitur:*

*Diuiſio*

*a* Et anno cen. *ſ.regni Græcorum.*

¶ Qui cog.

## CAP. X.

[a] E T ANNO centeſimoſexageſimo aſcendit Alexander Antiochi filius [a]

## MORALITER.

✻ a *Et anno cent.aſc.Alex.* Per guerrã inter Alexandrũ & Demetrium Gẽtiles

✻ ex qua

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Et audiuit De.* De hoc autem bello Demetrij atq; Alexandri quid Pompeius Trogus eiuſq; breuiator Iuſtinus referant, non abſurdum vī conſiderare. Sic .n. in epitomate eiuſdē Pompei Trogi lib.xxxv. ſcriptum eſt: Demetrius occupato Syriæ regno, nouitatis ſuæ otium periculoſum ratus, ampliare fines regni, & opes augere finitimorū bellis ſtatuit. Itaq; Ariarathi regi Cappadociæ propter faſtiditas ſororis nuptias infeſtus, fratrem eius † Horofernem per iniuriā regno pulſum ſupplicē recepit, datumq; ſibi honeſtum belli titulum gratulatus, reſtituere eum in regnum ſtatuit. Sed Horofernes ingrato animo inita cum Antiochenſibus pactione, offenſis tunc Demetrio, pellere eum regno a quo reſtituebatur conſilium cępit. Quo cognito Demetrius vitæ quidem, ne Ariarathes metu belli fraterni liberaretur pepercit, ipſum autem cōprehenſum vinctum Seleuciæ cuſtodiri iubet. Nec Antiochenſes indicio territi, a defectione deſtituerunt. Itaq; adiuuantibus & Ptolemæo rege Aegypti & Attalo rege Aſiæ, & Ariarathe rege Cappadociæ bello a Demetrio laceſſiti ſubornāt Prōpalum quendam ſortis extremæ iuuenem, qui Syrię regnum velut paternum armis repeteret, & ne quid contumeliæ deeſſet, nomen ei Alexandri indicitur, genituſq; ab Antiocho rege dicitur. Tātum odium Demetrij apud omnes erat, vt æmulo eius non vires tantum regiæ, verumetiam generis nobilitas conſenſu omnium tribueretur. Igitur Alexander admirabili rerum varietate, priſtinarū ſordium oblitus, totius fermeorictis viribus ſuccinctus, bellū Demetrio infert, victumq; vita pariter ac regno ſpoliat, quamquā nec Demetrio animus in propulſando bello defuit. Nā & primo prælio hoſtem fugauit, et regibus bellum reſtituentibus, multa milia in acie cecidit. Ad poſtremum tamē inuicto animo inter† conſertiſſimos hoſtes fortiſſime dimicās cecidit. In initio belli Demetrius duos filios apud Gnidiū hoſpitem ſuū cum magno pondere auri demandauerat, vt a belli periculis eximerentur, & ſi ita ſors tuliſſet, paternæ vltioni ſeruarentur Ex his maior Demetriꝰ annos egreſſus pubertatis audita Alexādri luxuria, quē inſperatæ opes & alienæ felicitatis ornamenta velut captum inter ſcortorum greges deſidem in regia tenebant, auxiliantibus Cretenſibus ſecurum ac nihil hoſtile metuētem aggreditur. Antiochenſes quoq; veterem patris offenſam nouis meritis correcturi ſe ei tradunt. Sed & milites paterni fauore iuuenis accenſi prioris ſacramenti religionem noui regis ſuperbiæ præferentes, ſigna ad Demetrium transferunt, atq; ita Alexander non minori impetu fortunę deſertus quam elatus primo prælio uictus interficitur, deditq; pœnas & Demetrio quem occiderat, & Antiocho cuius mentitus originem fuerat.

*Iuſtinus* — *† Holofernem* — *†fortiſſimos*

b *Et venit Io.* Demetrio pacem per epiſtolam deferenti, Ionathas Ieruſalem inhabitans cœpit innouare ciuitatem, quia licet perſecutores aliquando minis fideles terreant, aliquando vero blandimentis foueant, doctores ſancti tamen aſſidue inſiſtunt ſpiritali ædificationi, & innouant ciuitates eccleſię, quatenus eā hoſtes ſui neq; vi irrumpere, neq; fraude circumuenire poſſint. Inde eſt, q́ montem Sion Ionathas iuſſit faciētibus opera lapidibus quadratis vndiq; munire. quia prædicatores euangelii præcipue ſtudent

*Moraliter*

a qui cognominatꝰ eſt nobilis, & occupauit Ptolomaidā, & receperunt eum, & regnauit illic. Et audiuit Demetrius rex, & congregauit exercitum valde copioſum, & exiuit obuiam illi in prę lium. Et miſit Demetrius b epiſtolam ad Ionatham verbis pacificis, vt magnificaret eum. Dixit enim: Anticipemus pacē facere cum eo, prius q̄ faciat cum Alexādro aduerſus nos. c Recordabitur enim omnium malorū quæ fecimus in eum & in fratrē eius & in gētem eius. Et dedit ei poteſtatem congregandi exercitum, & fabricare arma, & eſſe ipſum ſocium eius, & obſides, qui erant in arce iuſſit tradi ei. b Et venit Ionathas in Ieruſalem, et legit epiſtolas in auditu omnis populi, et eorum qui in arce erant. Et timuerunt timore magno quoniam audierunt, quòd dedit ei rex poteſtatem congregandi exercitum. Et traditi ſunt Ionathæ obſides, et reddidit eos parentibus ſuis, d et habitauit Ionathas in Ieruſalem, e et cępit ædificare, et innouare ciuitatem. Et dixit facientibus opera, ut extruerent muros, et montem Sion in circumitu lapidibus quadratis ad munitionem, et ita fecerunt. f Et fugerunt alienigenæ, qui erāt in munitionibus, quas Bachides ædificauerat, et reliquit vnuſquiſque locum ſuum, et abijt in terram ſuam: g tantum in Bethſura remanſerunt aliqui ex his, qui reliquerant legem et præcepta Dei. Erat enim hæc eis c ad refugium. h Et audiuit Alexander rex promiſſa, quæ promiſit Demetrius Ionathæ, et narrauerunt ei prælia et virtutes quas ipſe fecit et fratres eius, et labores quos laborauerunt. Et ait: Nūquid inueniemus aliquem virum talem? Et nunc faciemus eum amicum et ſociū noſtrum: et ſcripſit epiſtolam et miſit ei ſecundum hæc verba, dicens: i Rex Alexander fratri Ionathæ ſalutē. Audiuimus de te, quòd vir potens ſis viribus, et aptus es ut ſis amicus noſter. Et nunc cōſtituimus te hodie ſummum ſacerdotem gentis tuæ, et ut amicus uoceris regis. k Et miſit ei purpuram

G ſtudēt caſtra eccleſiæ ſanctis ac fortibus viris circundare, quos quadrati lapides deſignant, ne facile hoſtibus pateat locus ciuitatē ſanctā inuadēdi. Quadratū namq; oē quocunq; vertit̄ fixū ſtare cōſueuit, cui nimirū figuræ corda aſſimilātur electorū, q ita in fidei firmitate cōſiſtere didicerunt, vt nulla occurrentiū rerum aduerſitate, nec ipſa ēt morte a ſui rectitudine ſtatus inclinari poſſint. Per Bethſuram, quę domus robuſtorū interpretat̄, aliqn̄ eccleſia, alqn̄ uero ſcriptura ſacra deſignat̄, in qua robuſti, hoc eſt doctores ſancti & apoſtolici viri cōmanere videntur. Sed ſicut in eccleſia præſenti boni & mali conſiſtūt, donec ſagena dn̄i bonos & malos piſces trahēs ad littus, hoc eſt ad finē mūdi, & ad iudiciū extremæ diſcretionis pducat, ita ſcriptura ſancta & lectores habet pios, q eā catholico ſenſu rimant̄, & prauos, q eam ad ſenſum ſuū p vim trahendo deprauare conant̄. Vn̄ Paulus apoſtolus ſcribēs ad Timotheum ait: Omnis ſcriptura diuinitus inſtituta eſt vtilis ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendū, ad audiendū in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei ad omne opus bonū inſtructus. Mali autem hoīes & ſeductores proficiunt in peius errātes & in errorē mittentes. Hinc & princeps apoſtolorum dicit indoctos & inſtabiles ſcripturas ſacras deprauare ad ſuam ipſorum perditionem. Deſinentibus ergo Gentilium perſecutionibus forinſecus hactenus, hæretici atq; ſchiſmati moliuntur bonis catholicis bella intrinſecus. quia reliquerunt legem domini, & uiam ueritatis obſeruare noluerunt. Idcirco dicitur Bethſura eis ad refugium fieri, quia H quicquid ſenſu nequā excogitauerint aut prauo eloquio protulerit, totum teſtimonijs ſcripturæ ſacræ non recte intellectis confirmare ſatagunt.

*Myſtice* — *2.Tim.3.d* — *2.Pet.3.d*

c *Et aud* q́ reges Syriæ atq; Aegypti cōtēdētes de regno auxiliū & amicitiā Ionathę ſinguli expetebāt, nō aliud ſignifi- care arbi-

## NIC. DE LYRA.

a Qui cognominatus eſt nob. *ſ. Alexander ſicut auus ſuus Antiochus Epiphanes.*

b Epiſtolam verbis pa. *Ficte, & hoc Alexandri timore. ideo ſubditur:*

c Recordabitur e. *& ſic iuuabit contra nos Alexandrū. Ionathas tamen illis epiſtolis vſus eſt ad bonum ſuæ gentis, quia per eas incuſſit timorem alienigenis, et recuperauit obſides de Iudæis, quos acceperat Bachides, vt dictum eſt capite præcedenti. & patet litera vſq; ibi:*

d Et habitauit Ionathas in Ieruſalem. *Et ſubditur cauſa cum dicitur:*

e Et cępit ędificare & innouare ciuitatem. *ad Dei cultum electam.*

f Et fugerunt. *Extra Ieruſalem.*

g Tantum in Bethſura remā. aliqui ex his. *i. de filijs Iſrael, qui erant apoſtatæ a lege Dei.*

h Et audiuit Alexander. *Hic conſequenter rex Alexander ſcribit Ionathæ veraciter. Et patet litera vſque ibi:*

i Rex Alexander fratri Ionathæ ſalutē. *Fraternitatis nomine apparet veritas amicitię.*

k Et miſit ei purp. *Id eſt veſtem purpuream.*

Et co-

MORALITER.

* ex qua Ionathas & alij fideles melius habuerunt, ſignificatur q́ dominus aliquando inter malos ſuſcitat brigam, ut boni maiorem habeant quietem. Et ſic dicit Augu. q́ guerra dæmonum eſt pax hominum. Et dominus per Iſaiam. xix.a. Concurrere faciam Aegyptios aduerſus Aegyptios.

* *Vt audiui*



A care arbitror, niſi q́ carnales quiq; ſuperbi & auari atque uoluptuoſi, licet inter ſe ſemper diſſentiant, & ueræ pacis fœdus nequaquam firmiter ſeruare poſſint, nonnunquam tamen uidentes unanimitatem & concordiam ſacræ ſcripturæ uel ſanctæ eccleſiæ, ipſi deferunt honorem, quia donum quod ſe nō habere conſpiciunt, in ipſa habitum uenerant̄. Nōnulliq; pro hoc eius quærunt opitulationē, eiuſq; optāt habere amicitiam, ut inde opportunis ſolatijs adiuti per imitationem uirtutum & ipſi meliorentur.

In anno

## NIC. DE LY.

a Et coro.aur. *quibus licitum erat uti illis & non alijs qui erant ſpeciales regis amici. Et ſic patet, quod ſalutauit eum non ſolum uerbis fictis ſicut Demetrius, ſed etiam donis honorabilibus & precioſis.*

b Vt quæ noſt. *in proſperis & aduerſis, quod proprium eſt ueracium amicorum.*

c Et indu. ſe Io. *id eſt veſtem pontificalem.*

d In die ſolenni ſcœno. *id eſt dedicationis templi primi, quod fecit Salomon. nam illa dedicatio fuit ſeptimo menſe, qui correſpondet ſeptembri. Dedicatio uero templi ſecundi fuit menſe Adar. 1. Eſdr. vi. qui eſt. xij. apud Heb. & correſpōdet Februa-* B *rio, licet aliquando concurrat ſaltem pro magna parte cum Martio.*

e Et fecit arma copioſa. *tempore quo erat in pace propter cōtentionem Demetrij & Alexandri ad inuicem.*

f Et audiuit Demetrius. *Hic conſequenter ponitur epiſtola ſecunda Demetrij ad Iudæos adulatoria & ficta. propter quod non fuit ei adhibita fides. & patet uſque ibi:*

g Quoniam ſeruaſti ad nos pa. *Ficte loquitur: quia non legitur Ionathas cum eo feciſſe aliquod pactum, ſed tantum epiſtola ſua uſus fuiſſe ad bonum, vt prædictum eſt.*

h Et remittemus uobis præſtationes multas, *id eſt multa quæ conſueuiſtis nobis reddere.*

i Et dabimus uobis donationes. *ita quòd non ſolum remittemus uobis debita, ſed etiam dabimus vobis ampla dona.*

k Et pretia ſalis indulgeo. *id eſt pecuniam quam debebatis regibus pro ſale fiendo. Eſt enim terra Iudææ pro magna parte ſuper mare, & in aliquibus locis faciebant effluere aquas maris per alueos ſuper terram quæ conuertebantur in ſal ad calorem ſolis. Et illa loca dicebantur ſalinæ, de quibus fit mentio infra. ca. xi.*

l Et co.re. *quos nobis debebatis.*

m Et ter.ſe. *id eſt frugum.*

a b & coronam aureā, ut quæ noſtra ſunt, ſentias nobiſcū, & c conſerues amicitias ad nos, & induit ſe Ionathas ſtolā ſan- d ctā ſeptimo menſe anno centeſimo ſexageſimo in die ſolē- e ni Scœnophegię. Et congregauit exercitū, & fecit arma co- f pioſa. Et audiuit Demetrius uerba iſta, & cōtriſtatus eſt nimis, & ait: Quid hoc fecimus, q́ præoccupauit nos Alexāder apprehendere amicitiā Iudæorum ad munimē ſui? Scribam & ego illis uerba deprecatoria & dignitates & dona, ut ſint mecum in adiutorio. Et ſcripſit eis in hęc uerba: g Rex Demetrius genti Iudæorū ſalutē. Quoniā ſeruaſtis ad nos pactū, & manſiſtis in amicitia noſtra, & nō acceſſiſtis ad inimicos noſtros, audiuimus & gauiſi ſumus. Et nunc pſeuerate adhuc cōſeruare ad nos fidē, & retribuemus uo- h bis bona pro his quę feciſtis nobiſcū, & remittemus uobis i preſtationes multas, & dabimus uobis donationes, & núc k abſoluo uos & oēs Iudæos a tributis, & pretia ſalis indul- l m geo, & coronas remitto, & tertias ſeminis & dimidiā partē fructꝰ ligni, qđ eſt portionis meæ, relinquo uobis ex ho- n dierno die & deinceps, ne accipiaī a terra Iuda, & a tribus ciuitatibus quæ additæ ſunt illi ex Samaria & Galilæa, ex ho- o dierna die & in totū tp̄s. Et Ieruſalem ſit ſancta & libera cū p finibus ſuis, & decimę & tributa ipſius ſint. Remitto ēt po- q r ſ teſtatē arcis quæ eſt in Ieruſalem, & do eā ſummo ſacerdoti, ut cōſtituat in ea uiros quoſcunq; ipſe elegerit, qui cuſtodiant eā, & oēm animā Iudæorum quæ captiua eſt a terra t Iuda in omni regno meo relinquo liberā gratis, ut omnes u a tributis ſoluantur ēt pecorū ſuorum. Et omnes dies ſolē- x nes & Sabbatha & Neomenię & dies decreti & tres dies an- y z te diem ſolennē, & tres poſt diē ſolennē, ſint oēs immuni- a b tatis & remiſſionis oībus Iudæis qui ſunt in regno meo. Et c d nemo habebit poteſtatē agere aliquid & mouere negotia aduerſus aliquem illorum in oī cauſa. Et ut adſcribātur ex e Iudæis in exercitu regis ad triginta milia uirorū. Et dabunt illis copiæ ut oportet oībus exercitibus regis, & ex ipſis ordinabunt qui ſint in munitionibꝰ regis magni. Et ex his cōſtituentur ſup negotia regni quæ agūtur ex fide, & principes ſint ex eis, & ambulēt in legibus ſuis, ſicut pcepit rex in f terra Iuda. Et tres ciuitates quę additę ſunt Iudææ ex regione Samariæ, cū Iudæa reputētur, ut ſint ſub uno, & nō obediāt alienę poteſtati niſi ſummo ſacerdoti, Ptolęmaida, & g cōfines eius quas dedi donū ſanctis qui ſunt in Ieruſalem h i ad neceſſarios ſumptus ſanctorū. Et ego dabo ſingulis an- k nis quindecim milia ſiclorū argēti de rationibus regis quę me cōtingunt, & omne quod reliquum fuerit qđ non reddiderant qui ſup negotia erant annis prioribus, ex hoc da- l bunt in opera domus. Et ſuper hæc quinq; milia ſiclorum argenti quæ accipiebant de ſanctorum rōne per ſingulos annos, & hæc ad ſacerdotes pertineant qui miniſterio funguntur. Et quicunq; confugerint in tēplum quod eſt Ieroſolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij regi in oī ne- m gotio dimittātur, & uniuerſa quæ ſunt eis in regno meo libera habeant. Et ad ædificanda uel reſtauranda opera ſan- n

Et dimi-

n Et dimidiam par.fru.li. *Id eſt arborum.*

o Quod eſt por.meæ. *De conſuetudine mihi debitæ.*

p Et Ieruſalem ſit ſa. *Ab omni tributo & exactione.*

q Et decimæ & trib. *Quæ ſolent nobis reddi.*

r Ipſius ſint. *Ad bonum ciuitatis.*

C

ſ Remitto. *Sequitur:* Qui cuſtodiant eam. *ſcilicet pro rege, vt dicit Ioſephus. vnde & cap. ſequenti dicit, quod Ionathas congregauit gentem ad expugnandum arcem illam. Ex quo patet quod non erat ſibi tradita.*

*Ioſephus*

t Et omnem ani. *id eſt perſonam.*

u Vt omnes a tributis. *ita quòd non ſolum ſint liberi a tributo debito pro perſonis ſuis, ſed etiam pro animalibus brutis.*

x Et omnes dies ſolen. *qui celebrantur ſemel in anno, vt Paſcha & Penthecoſte, & huiuſmodi.*

y Et ſabbatha. *qualibet hebdomada.*

z Et neomen. *in quolibet menſe.*

a Et dies decreti. *ad ſolennizandum, ſicut dies uictoriæ de interfectione Holofernis & ſui exercitus, vt habetur Iudith vlt. & de interfectione Aman, Eſther. ix.*

b Sint omnes immunitatis. *ab omni exactione & uexatione.*

c Omnibus Iud. qui. *quia multi valde remanſerunt in ciuitatibus Babyloniæ, Perſidis & Mædiæ, qui cum Zorobabel in Iudæam non redierunt detenti amore uxorum quos acceperant ibi, & prolis quam genuerant, & bonorum temporalium quæ ibi acquiſierant.* D

d Et nemo habebit. *ſcilicet in diebus prædictis.*

e Et ut adſcribantur ex Iudæis in exercitu regis ad triginta milia uiro. *quæ erant valde honorifica, & ad tutelam aliorum Iudæorum per regnum Syriæ diſperſorum.*

f Et ambulent in legibus ſuis. *id eſt ita libere cuſtodiant legitima ſua per totum regnum meum, ſicut in Iudæa.*

g Ptolæmaida. *id eſt Achon.*

h Et confines eius. *Id eſt villæ ſibi adiunctæ.*

i Quas dedi donum. *Id eſt gratis.*

k Sanctis qui ſunt in Ieruſalem. *Id eſt ſacerdotibus & Leuitis diuino cultui deputatis.*

l Ex hoc dabunt in opera domus. *ſcilicet domini, pro eius reparatione, & ſacrificiorum oblatione. Conſequenter tangitur de immunitate templi, cum dicitur:* Et quicunque fugerint in templum &c.

m Obnoxij. *id eſt obligati pœnæ propter aliquam noxam.*

n Et ad ædificanda &c. Sumpt.da.de ratio.re. *id eſt de ſuis redditibus proprijs.*



Et audiuit

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

a *In anno ce.ſe.ue. De.* Quid per Apollonium præfectum Cœleſſyriæ (quem Demetrius cũ exercitu direxit in Iudæam) niſi lictores & terrenæ poteſtatis miniſtri deſignatur, quibus commiſſum eſt a dominis ſuis, vt fidem Chriſti expugnent, atque confeſſores eius blaſphemare compellant? Hi in equitum ſuorum numero confidentes, de adminiculo.ſ. ſuperborum ſe extollentes inſultant Ionathæ, quod poteſtatem exerceat in montibus cum ſanctis doctorib. de ſpe quã habent de ſuperno adiutorio illudunt, ꝓuocantq; eos in campum, hoc eſt ad terrena deſideria & delitias mũdi, quo facilius eos in imis cõuerſantes obruere poſſint. Lata *Myſtice* eſt.n.via quæ ducit ad mortẽ, & multi ſunt qui intrant per eam Sed Ionathas & Simon cum decẽ milib. contra Apollonium & caſtra eius confligunt eumq; ſuperantes ꝓſternũt, cum ſancti prædicatores Chriſti, aſſociato ſibi fideliũ numero, qui mandata decalogi ritæ cuſtodiunt, contra perſecutores fidei conſtanter dimicant, & freti diuino adiutorio oẽs inimicos ſuos qui cogitant eis mala uincẽtes ſuperant. Ioppe.n. quæ interpretatᷣ pulchritudo apte mundum ſignificat, cuius ſpecies carnalibus vr̃ eſſe pulchra, qa carnis ſuę in eo explere cupiunt deſideria. Ibi quippe Ionathas cuſtodiam Apollonij expugnat, cum uanam Philoſophiã mũdi & ſectatores eius per ueritatem Euangelij turba doctorum debellando conculcat. Pugnat & idem cętus ſanctorum ꝓdicatorum contra Azotum, qui interpretatur ignis patruelis, cũ cupiditatem terrenarum rerum in hominib. extinguere

ctorum ſumptus dabuntur de ratione regis, & ad extruẽdos muros Ieruſalem, & communiẽdos in circumitu, ſumptus dabuntur de ratione regis, & ad conſtruendos muros in Iudæa. Vt audiuit aũt Ionathas & populus ſermones iſtos, non credide rũt eis, nec recepe rũt eos, qa recordati ſunt malitiæ magnæ quam fecerat in Iſrael, & tribulauerat eos ualde. Et complacuit eis in Alexandrum, qa ipſe fuerat eis princeps ſermonũ pacis, & ipſi auxilium ferebant omnibus diebus. Et congregauit rex Alexander exercitum magnum, & admouit caſtra contra Demetrium. Et cõmiſerunt prælіũ duo reges, & fugit exercitus Demetrij, & inſecutus eſt eum Alexãder, & incubuit ſup eos, & inualuit prælіũ nimis, donec occidit ſol. Et cecidit Demetrius in illa die. Et miſit Alexãder ad Ptolemęũ regẽ Aegypti legatos ſecundũ hæc uerba dicens: Quoniam regreſſus ſum in regnũ meũ, & ſedi in ſede patrum meorũ, & obtinui principatũ, & cõtriui Demetriũ, & poſſedi regionẽ noſtrã, & commiſi cũ eo pugnã, & cõtritus eſt ipſe & caſtra eius a nobis, & ſedimus in ſede regni eius: & nunc ſtatuamus adinuicẽ amicitiã, & da mihi filiã tuam uxorẽ, & ero gener tuus, & dabo dona tibi, & ipſi dignitatẽ. Et rñdit rex Ptolemęus dicẽs: Fœlix dies in qua reuerſus es ad terrã patrũ tuorũ, & ſediſti in ſede regni eorũ. Et nunc faciã tibi qđ ſcripſiſti. Sed occurre mihi Ptolemaidã, ut uideamus nos inuicem, & ſpondeã tibi ſicut dixiſti. Et exiuit Ptolemęus de Aegypto, ipſe & Cleopatra filia eius, & uenit Ptolemaidam anno centeſimoſexageſimoſecundo. Et occurrit ei Alexander rex, & dedit ei Cleopatrã filiã ſuã, & fecit nuptias eius Ptolemaidæ ſicut reges in magna gloria. Et ſcripſit rex Alexander Ionathæ, ut ueniret obuiã ſibi. Et abijt cũ gloria Ptolemaidã, & occurrit ibi duob° regibus, & dedit illis argentum multũ & aurũ & dona, & inuenit gratiã in conſpectu eorũ. Et cõuenerunt aduerſus eũ uiri peſtilentes ex Iſrael, uiri iniqui interpellantes aduerſus eum, & non intendit ad eos rex. Et iuſſit ſpoliari Ionathan ueſtimẽtis ſuis, & indui eum purpura. Et ita fecerunt. Et collocauit eum rex ſedere ſecum, dixitque principibus ſuis: Exite cum eo in mediũ ciuitatis, & prędicate, ut nemo interpellet aduerſus eum de ullo negotio, nec quiſquã ei moleſtus ſit de ulla ratione. Et factũ eſt, ut uiderunt qui interpellabant eius gloriã quæ prædicabatur, & opertum eum purpura, fugerũt omnes. Et magnificauit eum rex, & ſcripſit eum inter primos amicos, & poſuit eum ducẽ & participẽ principatus. Et reuerſus eſt Ionathas in Ieruſalem cum pace & lætitia. In anno centeſimo ſexageſimoquinto uenit Demetrius filius Demetrij a Creta in terram patrũ ſuorũ. Et audiuit Alexander rex, & contriſtatus eſt ualde, & reuerſus eſt Antiochiã. Et conſtituit Demetrius rex Apollonium ducẽ qui præerat Cœleſſyriæ, & cõgregauit exercitũ magnũ, & acceſſit ad Iamniam, & miſit ad Ionathan ſummum ſacerdotem, dicens: Tu ſolus reſiſtis nobis? Ego autem factus ſum

k Et occurrit ibi duobus regi. *ſcilicet Alexandro & Ptolemæo.*
l Et conuenerunt aduer. eum uiri peſti. ex Iſ. *Nam a lege apoſtatauerũt, & alios ad apoſtaſiam quantum poterant inuitabant.*
m Et collocauit eum rex ſedere ſecum. *in iudicio & in conuiuio.*
n Exite cum eo in me ci. *ad eius honorem, & aduerſariorum ſuorum confuſionem.*
o Et prædicate. *id eſt per præconem publicate.*
p Vt nemo interpel.adue. eum de ullo ne. *Et patet litera.*
q In anno cente. *Hic conſequenter deſcribitur conflictus Ionathæ pro Alexandro. Vbi primo ponitur Apollonij comminatio. Secundo Ionathæ animatio, ibi: Vt audiuit autem Ionathas. Tertio, Alexandri congratulatio, ibi: Et factum eſt. Circa primum dicitur:* In anno cẽteſimo ſexageſimoquinto. *regni Græcorum.* *Diuiſio*
r Venit Demetr. filius Deme. a Cre. *vbi occiſo patre ſuo ab Alexandro, ad parentes matris ſuæ iuerat pro refugio.*
ſ In terram patrum ſuo. *per Cretenſium, inter quos creuerat, auxilium.*
t Et reuerſus eſt Antiochiam. *metropolim ciuitatem, vt ibi congregaret exercitum ad pugnandum contra Alexandrum.*
u Et conſ.rex De.Apol. ducem. *in una parte regni quæ vocabatur Cœleſſyria & erat regio maritima.*
x Et acceſſit ad Iamniam. *quæ ſimiliter eſt prope mare in Iudæa. Et ideo videtur illuc veniſſe per nauigium.*
y Et miſit ad Ionatham. *inuitando eum ad pugnam.*
z Tu ſolis reſiſtis no. *q.d. Credis tu diu reſiſtere? quaſi di. Non.*
a Ego au. factus ſum in di. *eo quòd non habeo te ſtatim ad nutum eum.*

Propterea

## NIC. DE LYR.

a Vt au.au.Io.& po.ſer.iſtos, non cre. e. *reputantes eos falſos, et merito propter malitiam ſuam.*
b Et c eis in Ale. *ſeruare cum eo fœdus amicitiæ.*
c Et congre.rex Alex. *Hic conſequenter deſcribitur cõgreſſus Alexandri cum Demetrio: & patet litera uſque ibi:* *Diuiſio*
d Et mi.Alex. *vbi ex Alexandri victoria contrahitur amicitia. & ſecundo ſubditur Ionathæ gloria, ibi: Et ſcripſit rex Alexander. Prima pars patet paucis exceptis, quæ diſcurrentur.*
e Et ſedi in ſede pa.meo. *in Antiochia, quæ erat metropolis illius regni.*
f Et dabo tibi dona. *regiæ maieſtati condigna.*
g Et ipſi dignitat. *quia uocabitur & erit regina.*
h Et ſcripſit. *Hic conſequenter deſcribitur Ionathæ gloria, cum dicitur:* Et ſcripſit rex Alexander Ionathæ *ſicut amicus amico.*
i Et abijt cum gloria. *id eſt cum apparatu magno.*

Et

## MORALITER.

a *Vt audiuit au. Io.* Per Demetrium ſignificatur diabolus, ſicut dictum eſt de Bachide, & ideo licet falſa multa promittat, vt fideles decipiat, tamen non eſt credendum ſibi, ſicut nec Ionathas & populus Iſrael crediderunt promiſſis Demetrij. Sed ille qui princeps eſt ſermonum pacis, cuiuſmodi eſt deuotus prædicator vel confeſſor, credẽdum eſt, eo ꝙ annuntiat Euangelium veræ pacis.
u *Et conſtituit Demetrius rex Apollonium ducẽ qui præerat Cœleſſyrię, & congregauit.* Per iſtum Apollonium, qui prouocauit Ionathan ad deſcendendum de montibus & pugnandum cum eo in campo plano, poteſt intelligi diabolus, qui ſuggerit aliquando homini deuoto deſcendere de monte contemplationis ad campum actionis, æſtimans eum ibi facilius ſuperare, ſed ſicut Apollonius fuit deceptus. nam in campo per Ionathan fuit confuſibiliter debellatus: Sic diabolus aliquando decipietur



extinguere cupit. Sed fugiunt exercitus Apollonij in Azotũ ad Dagon idolum ſuum, vt ſe liberẽt, cum infideles a dæmoniis quæ ſuperſtitioſe colunt quærunt protectionem. Dagon .n. interpretatur piſcis triſtitiæ, ſignificãs diabolum, qui in pelago iſtius ſeculi latitans, quos ualet decipere certat. Sed:

a *Ionathas ſu. Az. & te Da. & eos qui fu. in il. oc. gl.* quia doctores ſancti incendio diſtricti anathematis, diabolum ſimul cum cupiditate mũdi in perpetuum damnant, idololatraſque gladio diuini verbi percutiunt, quia pœnam quæ eos in gehennam ſubſequetur prædicant.
b *Et fue.* Per octonarium numerum, & circunciſio ſpiritalis, & dies reſurrectionis (ſicut ſæpe diximus) oſtendiᷣ, vbi oẽs qui hic non circuncidunᷣ ſpũ Dei uiui, in pœnam traduntur ignis perpetui.
c *Et m.in.* Ionathas ꝓmouit caſtra & applicuit ea Aſcalonam, cum prædicatores ſancti apparatũ pij certaminis ad debellãdũ gentium errores, & ipſas ad fidem Chriſti conuertendas diſponunt, quos ille cum deuotione ſuſcipiũt, qñ eis obedientiã in Euangelio gratanter impẽdũt. vñ recte ſubiungiᷣ:
d *Et r. Io. in Ie. cum ſu. ha ſ. mul.* quia cũ doctores no. teſta. prædicantes gentib. uerbum Dei, ſe ditatos fide credentiũ conſpiciũt, mox ad referendas Deo gratias in eccleſiam Chriſti redeũt, vt ei dignas laudes referant, cuius gratia donum hoc acceperunt: de quo grandi tripudio exultant.
e *Et fa.* Quid eſt qđ Alexander audiẽs factum Ionathæ, addidit glorificare eũ, dans ei regalẽ ornatũ, niſi quod principes gentium agnoſcẽtes magnanimitatem & fortitudinẽ eccleſiæ, regiæ dignitatis ei deferunt honorem, qa illam regis cęleſtis cognoſcunt veraciter eſſe ſponſam, & tribuunt ei urbes in poſſeſſiones, quoniam finium ſuarum tradunt illi in habitationem.

in deriſum & in opprobrium, propterea quia tu poteſtatem aduerſum nos exerces in mõtibus. Nũc ergo ſi confidis in uirtutibus tuis, deſcẽde ad nos in campũ, & comparemus illic inuicẽ, quia mecũ eſt uirtus bellorũ. Interroga, & diſce quis ſum ego, & cęteri qui auxilio ſunt mihi, qui & dicunt quia non põt ſtare pes ueſter ante faciẽ noſtrã: quia bis in fugã conuerſi ſunt patres tui in terrã ſuam, & nunc quõ poteris ſuſtinere equitatum & exercitum tantũ in cãpo ubi non eſt lapis, neq; ſaxũ, neq; locus fugiendi? Vt audiuit aũt Ionathas ſermones Apollonij, motus eſt animo, & elegit decem milia uirorũ, & exijt ab Ieruſalem, & occurrit ei Simon frater eius in adiutoriũ, & applicuerunt caſtra in Ioppen, & excluſit eũ a ciuitate, quia cuſtodia Apollonij Ioppe erat, & oppugnauit eã. Et exterriti qui erant in ciuitate, aperuerunt ei, & obtinuit Ionathas Ioppen. Et audiuit Apollonius & admouit tria milia equitũ & exercitũ multũ, & abijt Azotũ tãquã iter faciens, & ſtatim exijt in campum, eo ꝙ haberet multitudinem equitũ, & confideret in eis, et inſecutus eſt Ionathas in Azotũ, et pręliũ cõmiſerunt. Et reliquit Apollonius in caſtris mille equites poſt eos occulte. Et cognouit Ionathas, qm̃ inſidiæ ſunt poſt ſe, et circumierunt caſtra eius, et iecerũt iacula in populũ a mane uſq; ad ueſperã. Populus aũt ſtabat ſicut præceperat Ionathas, et laborauerunt equi eorũ. Et eiecit Simon exercitũ ſuum, et commiſit cõtra legionẽ. Equites enim fatigati erant, et cõtriti ſunt ab eo et fugerũt. Et qui diſperſi ſunt per campũ, fugerunt in Azotum, et intrauerũt in Bethagon idolũ ſuum, ut ibi ſe liberarẽt. Et ſuccendit Ionathas Azotum et ciuitates quæ erãt in circumitu eius, et accepit ſpolia eorum, et tẽplum Dagon, et eos qui fugerunt in illud ſuccendit igni. Et fuerunt qui ceciderunt gladio cum his qui ſuccẽſi ſunt, ferè octo milia uirorum. Et mouit inde Ionathas caſtra, et applicuit eã Aſcalonam, et exierunt de ciuitate obuiam illi in magna gloria, et reuerſus eſt Ionathas in Ieruſalem cũ ſuis habentibus ſpolia multa. Et factum eſt, ut audiuit Alexander ſermones iſtos, addidit adhuc glorificare Ionathan. Et miſit ei fibulam auream, ſicut conſuetudo eſt dari cognatis regum. Et dedit ei Acharon, et omnes fines eius in poſſeſſionem.

e Et nunc qu.po. ſu. *impediens iter equitum & peditum meorum.*
f Neque lo. *tibi & tuis, quia ſtatim caperemini ab equitatibus meis.*
g Vt audi.au.Io. *Hic conſequenter ponitur ipſius Ionathæ prouocatio: & patet vſque ibi:*
h Et excluſit eum a ciuitate. *i. populus Ioppe Ionathan excluſit ab ingreſſu ciuitatis Ioppenſis. Et ſubditur cauſa, cum dicitur:*
i Quia cu.Ap. *i. hoĩes armati ex parte ipſius ibidẽ poſiti.*
k Et oppu. eam. *ſ. Ionathas Ioppen. Cætera patẽt uſq; ibi:*
l Et abijt Azotum tanq. *Id eſt plane procedendo.*
m Et ſtatim ex. *de caſtris.*
n In cam. *Quaſi paratus ad prælium. Et ſubditur cauſa.*
o Eo qu.ha.mul. *Et prælium cõmiſerunt, non tamen ſtatim, ſed poſtea, & ſubditur cauſa:*
p Et r.Ap.in ca.mi.e.p.e. *Id eſt poſt receſsũ ſuũ de caſtris.*
q Occulte. *Vt Ionathas & eius exercitus ignoranter includerentur inter aduerſarios.*
r Et circum.ca.eius. *ad euadendum inſidias.*
ſ Populus autem ſtabat ſicut præceperat Iona. *Dicit .n. Ioſephus, quòd exercitus erat ordinatus in quadro facta teſtudine de ſcutis ad excipiendum ſagittas aduerſariorum, donec eorum pharetrę eſſent euacuatæ, vt ſagittarij equites eſſent fatigati & eorum equi: quo facto fuit quod ſequitur:* *Ioſephus*
t Et eiecit Simon exerc. ſu. *faciens contra aduerſarios fatigatos impetum.*
u Et in.in Bethagon. *i. domũ Dagon ſiue templum. Erat autem Dagon idolum habens caput quaſi piſcis, ut dicunt Hebræi, ideo ſic nominabatur a Dag, quod in Hebræo ſignificat piſcem in Latino.*
x Exier. de ciuita. *reſiſtere non audentes Ionathæ.*
y Et factum eſt. *Hic conſequenter ponitur Alexandri regis congratulatio. Nam congreſſus Ionathæ fuerat pro eo, vt patet ex prædictis.*
z Et mi. ei fib. au. *Erant.n. quatuor inſignia regalia, ſcilicet purpura, corona, fibula aurea, & ſceptrum. Duo prima miſerat ante ipſi Ionathę, vt dictum eſt circa principium huius ca. & nunc miſit ſibi tertium. quartum vero ſibi ſoli ſeruabat, quod eſt proprium regiæ maieſtatis.*

Rex

## NICOLAVS DE LYRA.

a Propteta quia t.po. *q. di. hoc non prouenit ex tua probitate, ſed ex montium aſperitate ad quos tu refugis, quia ſunt inacceſſibiles equitatibus noſtris. ideo ſequitur:*
b Deſcende ad nos in cam. *i. ad terram planam.*
c Interroga & di.qu.ſu.e. *quaſi dicat, ſi hoc ſcires, te mihi ſubijceres.*
d Quia non po.ſta.pes ue.a.fa.no. *in prælio, ſed conuertitur ad fugã.*

Et nunc

## MORALITER.

decipitur circa uirum bonum, qui non ſolũ ꝓualet diabolo in monte contẽplationis, ſed ẽt in campo actionis: quia qñ deſcendit de contemplatione ad regendum vel docendum populum ex charitate facit maiorem fructum, & ſic magis cõfundit diabolũ, & reportat maius ꝑmium apud Deũ. & hoc notatur cũ ſubditur infra:
y *Et fa. eſt ut au.* Deus.n. dici poteſt Alexander magnus, qui ſicut dicit beatus Iacobus: dat omnibus affluenter, & non improperat.

## NIC. DE LY. CAP. XI.

ET r. Ae. *Hic cõſequẽter deſcribitur ducatus Ionathę tpe regis Demetrij ſecundi. Circa quod primo deſcribitur Alexandri regis obitus. ſecundo, Demetrij ſucceſſus, ibi: Et regnauit. tertio, Antiochi adoleſcentis aduentus, ibi: Triphon autem. Prima in tres. quia primo ponitur proditio Ptolemæi. ſecundo, confœderatio Demetrij: ibi, Et miſit legatos. tertio proſtratio Alexan-* *Diuiſio*

## CAP. XI.

ET REX AEGYPTI congregauit exercitum ſicut arenam, quæ eſt circa oram maris,

## MORALITER.

a *Et r. Ae.* Aegyptus tenebra interpretatᷣ. iõ p regẽ Aegypti diabolus, q̃ eſt rex tenebrarũ, ſignãtur. Ipſe uero filiam habet ſpũalem. ſ. crudelitatẽ, ſicut pet oppoſitũ mia cæleſtis regis eſt ſpiritualis filia, ꝓut in legenda ſancti Iohãnis eleemoſynarij declaratᷣ. vnde Chriſtus Iudæis crudeliter in mortem



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

a *Rex au.* Ptolemęus Euergetes qui poſt Ptolemæũ Philometorem regnauit in Alexandria, vt chronicorum libri teſtãtur, Alexandro filio Balo regi Syriæ filiam ſuam tradidit uxorẽ, quam poſtea inimicitia inter ſe & generum exorta abſtulit, & tradidit Demetrio filio Demetrij in uxorem cũ regno qđ abſtulerat ab Alexandro, qđ nunc ſcriptura commemorare videtur.

*Ptolemæus Euergetes*

*Myſtice*

b *In d. il.* Quid eſt ꝙ Ionathas eos qui erant in arce Ieroſolymitana expugnat per eos qui ſunt in Iudæa, niſi ꝙ doctores ſancti ſectantur eorum cõtumaciã qui exaltatione cordis atq; ſuperbiæ innitentes, diuinis præceptis reſiſtere parant: Cõtra quos facit machinas multas: quia multiplici diſciplina ac diuerſa ſcripturarum doctrina eos oppugnare, & ad humilitatem prouocare ſtudent. Sed ſicut tunc quidã de his qui oderant gentem ſuam uiri iniqui, adierũt regem accuſantes Ionathan, ſic & nunc hi qui diſciplinam eccleſiaſticam recipere nolunt, abominantur eos qui ſibi iniquitatem ſuam auferre conãtur, accuſantes eos apud ſeculi poteſtates: quatenus eos in odium illorum conuertant, & perſecutionem eis incitent, ſed non prȩualent, quoniam Deus adiutor & protector ſuorum eſt, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

*Et poſtula-*

& naues multas, & quærebat obtinere regnũ Alexandri dolo, & addere illud regno ſuo. Et exiit in Syriã uerbis pacificis, & † aperiebãt ei ciuitates, & occurrebant ei, quia mãdauerat Alexãder rex exire ei obuiam, eo ꝙ ſocer ſuus eſſet. Cum autem introiret ciuitatem Ptolemęus, ponebat cuſtodias militũ in ſingulis ciuitatibus. Et ut appropiauit Azoto, oſtẽderunt ei templũ Dagon ſuccenſum igni, & Azotũ, & cętera eius demolita, & corpora proiecta, & eorũ q cæſi erãt in bello tumulos quos fecerãt ſecus uiã. Et narrauerunt regi, quia hæc fecit Ionathas, ut inuidiã facerẽt ei. Et tacuit rex. Et occurrit Ionathas regi in Ioppe cũ gloria, & inuicem ſe ſalutauerunt, & dormierũt illic. Et abijt Ionathas cũ rege uſq; ad fluuiũ qui uocabatur Eleutherus, & reuerſus eſt in Ieruſalem. Rex aũt Ptolemæus obtinuit dominiũ ciuitatũ uſq; Seleuciam Maritimã, & cogitabat in Alexãdrũ cõſilia mala. Et miſit legatos ad Demetrium, dicẽs: Veni componamus inter nos pactũ, & dabo tibi filiã meã quã habet Alexander, & regnabis in regno patris tui. Pœnitet enim me ꝙ dederim ei filiam meam. Quæſiuit enim me occidere. Et uituperauit eum propterea qđ concupierat regnũ eius. Et abſtulit filiã ſuam, & dedit eã Demetrio, & alienauit ſe ab Alexãdro, & manifeſtatæ ſunt inimicitiæ eius. Et intrauit Ptolemæus Antiochiã, & impoſuit duo diademata capiti ſuo, Aegypti & Aſyæ. Alexãder aũt rex erat in Cilicia illis tẽporibus, quia rebellabant qui erant in locis illis. Et audiuit Alexander, & uenit ad eũ in bellum. Et produxit Ptolemæus rex exercitũ, & occurrit ei in manu ualida, & fugauit eũ. Et fugit Alexãder in Arabiã, ut ibi protegeretur. Rex aũt Ptolemęus exaltatus eſt. Et abſtulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & miſit Ptolemæo. Et rex Ptolemęus mortuꝰ eſt in die tertia, & qui erãt in munitionibus, perierũt ab his qui erãt intra caſtra. Et regnauit Demetriꝰ anno cẽteſimo † ſeptuageſimoſeptimo. In diebus illis cõgregauit Ionathas eos qui erant in Iudæa, ut expugnarẽt arcem quæ eſt in Ieruſalem, & fecerunt contra eam machinas multas. Et abierunt quidã qui oderant gentem ſuã uiri iniqui ad regem Demetrium, & renuntiauerunt ei, ꝙ Ionathas obſideret arcẽ. Et ut audiuit iratus eſt, & ſtatim uenit ad Ptolemaidam, & ſcripſit Ionathę ne obſideret arcẽ, ſed occurreret ſibi ad colloquium feſtinato. Vt audi-

† aperiebã tur

† ſexageſimo

## NIC. DE LYR.

¶ *Alexãdri, ibi: Et audiuit. Circa primum dicitur:* Et rex Aeg. *Hyperbole eſt, ad deſignandũ ſui exercitus magnam multitudinem.*

a Et naues m. *quia regnum Alexandri, quod quærebat acquirere doloſe, partim erat ſuper mare.*

b Et exiit. *de Aegypto.*

c In Syriam *pergens.*

d Verbis paci. *cum habitatoribus Syriæ utens quaſi quærens bonum regni pro genero ſuo.*

e Cum autem in. ci. *aliquas.*

f Ponebat cuſtodiam militum. *ad obtinendum terram contra Alexandrum. Cætera patent uſq; ibi:*

g Et eorum qui cæſi. *in quibus erant ſepulti notabiles uiri.*

h Et narrauerunt regi. *vt habetur ca. præce.*

i Vt in. face. ei. *prouocando eum contra Ionathan.*

k Et tacuit rex. *ſub diſſimulatione tranſeundo. Cętera patent vſq; ibi:*

l Rex autem Ptolemæus &c. *regni Syriæ per cuſtodias militum ibi poſitas, vt dictum eſt.*

m Et cogitabat in Alexandr. *generum ſuum.*

n Cõſilia mala. *quærens eum priuare regno & uita.*

o Et miſit legatos. *Hic ponitur confœderatio Ptolomæi cum Demetrio Alexandri inimico. Et patet litera uſque ibi:*

p Quæſiuit enim me occidere. *Dicunt aliquæ gloſę & aliqui hiſtoriographi, quòd hoc uerum erat, quia eum intoxicare quæſierat. Sed hoc videtur falſum per literam præcedentem in qua dicitur, quòd Alexander mandauerat Ptolemæum honorifice recipi, ſimiliter per literam immediate ſequentem, cum dicitur:*

q Et uituperauit eum. *Ex quo patet, quòd crimen ſibi falſo impoſuit cupiditate ductus, Prouerbi. xviij. a. Occaſiones quærit qui uult recedere ab amico. Sciendum etiam quòd Ioſephus circa hiſtorias huius libri multa dicit, quæ ſunt diſſona textui. propter quod illa tanquam friuola dimitto, quia quamuis liber iſte non ſit canonicus, tamen maioris autoritatis eſt quam ſit Ioſephus.*

*Ioſephus*

r Alexander autem rex erat in Cilitia il. tem. *q. d. propter hoc tales proditiones facilius facere poterat Ptolemęus.*

ſ Quia rebellabant qui erant in lo. il. *Propter quod iuerat rex ad reprimendum illos uel ſedandum.*

t Et audi. *Hic conſequenter ponitur proſtratio Alexandri per proditiones ſoceri ſui. Cætera patent uſque ibi:*

u Et r. Pto. *Poſtquam receperat caput Alexandri: & ſic uidetur mortuus ſubito iuſto Dei iudicio. Ioſephus tamen dicit, quòd equus Ptolemæi in bello contra Alexandrum territus elephantis uoce, proiecit eum, & tunc fuit lætaliter uulneratus: Sed uiſo capite Alexandri fuit aliquantulum conſolatus, ſed poſtea cito mortuus. Sed contra hoc uidetur quod de prædicto bello præmittitur.* Rex au. Ptole. exal. eſt. *& quod ſubditur:* Et abſtulit Za. Arabs caput Ale. *Quod non feciſſet in fauorem Ptolemæi ſi fuiſſet ex uulneratione ita propinquus morti.*

*Ioſephus*

x Et qui erant in m. *Syriæ a Ptolemæo poſiti, ut prædictum eſt.*

y Perierunt ab his. *ſcilicet Alexandri, ut dicunt aliqui. Sed hoc non uidetur uerum, quia debellatus erat a Ptolemęo, & ideo quod dicitur hic:*

z Intra ca. *Intelligendum eſt Demetrij, qui nolebant homines extraneos poſſidere fortalitia regni ſui.*

a Et re. *Hic conſequenter ponitur ſucceſſio Demetrij, & primo quantum ad obtentum dominium, cum dicitur: Et regnauit Demetrius, &c. ſecundo quantum ad prouocationem contra Ionathan per accuſationem iniquorum Iudæorum, eo quòd obſideret arcem: & patet litera. Tertio quantum ad Demetrij placationem, cum dicitur:*

*Diuiſio*

c Vt aud. aut. Io. *mandatum regis.*

¶ Iuſſit

## MORALITER.

✱ in mortem ſuam machinantibus, dixit Ioh. viij. f. Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri uultis facere. Ex quo patet crudelitatem filiã diaboli eſſe. Et ſicut rex Aegypti dedit filiam ſuam Demetrio, vt priuaret Alexandrum regno, ſic diabolus crudelitatẽ dedit Neroni & alijs imperatoribus ſibi ſimilibus, vt priuaret Chriſtum regno ſuo quod eſt eccleſia. intẽdebant enim inſtinctu diaboli totaliter deſtruere fidẽ Chriſti. Et ſicut dicitur infra. Rex Ptolemæus mortuus eſt in die tertia mortis Alexandri: ſicut diabolus tertia die mortis Chriſti, in qua reſurrexit & infernũ ſpoliauit: diabolus fuit turpiter cõfuſus, quæ confuſio poteſt dici mors eius, ſicut uulgariter dicitur de homine notabiliter confuſo, quòd ipſe eſt mortuus.

b *In die il.* Per Ionathan qui interpretatur columbę donum, & per eius ſocios, poſſunt intelligi viri religioſi, qui moribus & ſcientia impugnant arcem ſuperbiæ quæ eſt in omni peccato mortali. Sed aliquando verbis malignantium apud ſuperiores impediuntur ab hac impugnatione, ſcilicet quando poteſtas eorum in prædicando & confeſſiones audiendo reſtringitur vel ſuſpẽditur, per quod virtutum profectus impeditur. Sed cum ſuperior poteſtas hæc conſiderat, verba malignantium contemnit, & dictos religioſos honorat, ideo ſubditus inferius:

✱ *Et exaltauit*



a *Et poſt.* Toparchias, hoc eſt villarũ vel oppidorũ principatũ ea loca nuncupat quæ Demetrius ex regno Samariæ addidit ad Iudęã, de qbus in ſequẽtibus narrat, hoc eſt Liddã & Ramathã. Lidda. n. ciuitas eſt Paleſtinę in littore maris magni ſita, & Ramatha urbs eſt Samuelis, dę qua in li. Reg. narrat; iure ergo amicitiæ rex Demetrius Ionathæ cõcedẽs immunitatẽ Iudęæ, addidit ciuitates pdictas, remittẽs decimarũ & tributorũ cẽſum, & areas ſalinarũ in qbus ſalis cõfectio reipublicę debebat, nec nõ et alia debita quæ illi regio faſtu deferebantur iuxta confeſſionem cum Ionatha habitam omnia condonauit.

*Myſtice*

b *Triphon au.* Qualiter aũt Demetrius in odiũ exercitui ſuo venerit, Põpeius Trogus oñdit dicens: Recuperato paterno regno Demetrius & ipſe rerũ ſucceſſu corruptus, vitijs adoleſcentię in ſegnitiẽ labit, tantũq; cõtẽptũ apud oẽs inertia, qtũ odiũ ex ſupbia pr̃ habuerat, cõtraxit. Itaq; cũ ab imperio eius paſſim ciuitates deficerẽt, ad abolẽdam ſegnitię maculã, bellũ Parthis inferre ſtatuit. Cuius aduẽtũ nõ inuiti oriẽtis ppl̃i videre, & pp Arſacydæ regis Parthorũ crudelitatẽ, ꝙ veteri Macedonũ imperio aſſueti noui ppl̃i ſupbiã indigne ferebãt. Itaq; cũ Perſarũ & Elimæorũ Bactrianorũq; auxilijs iuuarẽt, multis p̃lijs Parthos uaſtatos fudit, ad poſtremũ tñ pacis ſimulatione deceptus capit, traductuſq; p ora ciuitatũ, ppl̃is q † deſcierant in ludibrium fauoris oñditur. Miſſus deinde in Hyrcaniam benigne & iuxta cultum priſtinæ fortunæ habet.

*Pompeius Trogus li. 36.*

† defecerant.

*Myſtice*

c *Et mi. Ion.* Quid eſt qđ Ionathas a rege Demetrio petit, ut eijceret eos q erãt in arce in Ieruſalẽ & in p̃ſidijs, q & impupugnabãt Iſrael, a quo ecõtrario poſtulat Demetrius auxilia aduerſus inimicos, niſi ꝙ doctores ſancti expetũt a gentiũ principibus, & ab oĩ ppl̃o erroris ſupbię debellationẽ, et ipſi ſimiliter a ſanctis doctoribus poſtulant ſuffragium doctrinæ & orationis ad ſuperãdos ſpiritales inimicos? Neuter. n. ordo ſine alterius opitulatione effectũ miniſterij ſui rite perficere valet, quia nec doctores ſancti meritum lucrificandi ſine cõuerſione & obedientia ſubditorum, nec ipſi ſubditi ſalutem promereri poſſunt ſine documẽto & inſtructione magiſtrorum. Vterque

enim or-

uit autem Ionathas iuſſit obſidere. Et elegit de ſenioribus Iſrael, & de ſacerdotibus, & dedit ſe periculo: & accepit aurum & argentum & ueſtẽ, & alia xenia multa, & abijt ad regem Ptolemaidam, & inuenit gratiam in conſpectu eius. Et interpellabãt aduerſus eum quidã iniqui ex gente ſua. Et fecit ei rex ſicut fecerãt ei qui ante eũ fuerant. Et exaltauit eũ in cõſpectu omniũ amicorũ eius, & ſtatuit ei principatũ ſacerdotij, & quæcũque alia habuit prius pretioſa, & fecit eũ principẽ amicorũ. Et poſtulauit Ionathas a rege ut immunẽ faceret Iudæam & tres toparchias, id eſt Samariã & cõfines eius, & promiſit ei talenta trecẽta. Et cõſenſit rex, & ſcripſit Ionathæ epiſtolas de his omnibus hunc modũ cõtinentes. Rex Demetrius fratri Ionathæ ſalutẽ & gẽti Iudæorũ. Exemplum epiſtolæ quã ſcripſimus Laſtheni parenti noſtro de uobis, miſimus ad uos ut ſciretis. Rex Demetrius, Laſtheni parenti ſalutẽ. Genti Iudęorum amicis noſtris & conſeruantibus quæ iuſta ſunt apud nos, dęcreuimus benefacere propter benignitatẽ ipſorum quã erga nos habent. Statuimus ergo illis omnes fines Iudææ & tres ciuitates, † Liddam & Ramathã, quæ additæ ſunt Iudææ ex Samaria, & omnes cõfines earum ſequeſtrari omnibus ſacrificãtibus in Ieroſolymis pro his quæ ab eis prius rex accipiebat per ſingulos annos, & pro fructibus terræ & pomorum. Et alia quæ ad nos pertinebant decimarum & tributorum, ex hoc tempore remittimus eis, & areas Salinarum & coronas quæ nobis deferebantur, omnia ipſis concedimus, & nihil horum irritum erit ex hoc & in omne tempus. Nunc ergo curate facere horum exemplum, & detur Ionathæ, et ponatur in monte ſancto et in loco celebri. Et uidens Demetrius rex quòd ſiluit terra in conſpectu ſuo, et nihil ei reſiſtit, dimiſit totum exercitum ſuum, unumquenq; in locum ſuum, excepto peregrino exercitu quem traxit ab inſulis gentium, et inimici erant ei omnes exercitus patrum eius. Triphon autem erat quidam partium Alexandri prius, et uidit quoniam omnis exercitus murmurauit cõtra Demetriũ, et iuit ad Emalchuel Arabem, qui nutriebat Antiochum filium Alexandri, et aſſidebat ei ut traderet eum ipſi, ut regnaret in loco patris ſui. Et enuntiauit ei quanta fecit Demetrius, et inimicitias exercituum eius aduerſus illum. Et manſit ibi diebus multis. Et miſit Ionathas ad Demetrium regem, ut eijceret eos qui in arce erant in Ieruſalem, et qui in præſidijs erant, quia impugnabant Iſrael. Et miſit Demetrius ad Io-

† Græcus habet † Apheridas.

## NIC. DE LYRA.

¶ a Iuſſit obſidere. *i. obſidionem arcis per alios continuare; Aliqui tamen libri habent: iuſſit non obſidere. i. obſidionem dimittere. Et hoc magis conſonat literæ præcedenti & ſubſequenti.*

b Et elegit de ſenioribus. *vt venerabili ſocietate & munerum multitudine & precioſitate placaret regem. quod & fecit. & patet litera vſque ibi.*

e Exemplum e. *Iſte Laſthenes erat Cretenſis, attinẽs Demetrio ex parte matris, & qui Demetrio prouiderat de exercitu ad obtinendum Syriæ regnum contra Alexandrum, propter quòd Demetrius reputabat eum ſicut patrem, & de factis notabilibus ſibi ſcribebat. & ideo de gratijs Ionathę factis ſcripſit epiſtolas Ionathæ & Laſtheni eandem formam cõtinentes, prius tamen ſcripſit Laſtheni, & hoc eſt quod dicitur:* Exemplum e. *& ſequitur epiſtolæ continentia, cum dicitur.*

f Statuimus er. *Poſſidendos pacifice.*

g Et tres ci. *Tertia nõ noĩatur hic.*

h Ex Sa. *in qua habitabant Gentiles ibi tranſlati de Perſide. iiij. Re. xvij. Cætera patent uſque ibi.*

i Et areas Sali. *i. loca in quibus fiebat ſal modo ſupradicto ca.*

k Et ponant in mont. ſan. *ad memoriam in futurum. Quarto deſcribitur ſtatus Demetrij quantum ad exercitus dimiſſionem, cum dicitur.*

l Et ui. De. *et patet litera vſq; ibi.*

m Et ini. erant. *qui erant de regno Syrię. nã a regnis præcedentibus cõſueuerant annonam accipere, non ſolum tempore belli, ſed etiam pacis, vt ſic eſſent parati pugnare pro rege tempore neceſſitatis.*

n Triphon au. *Poſtquã deſcriptus eſt Demetrij ſtatus, hic conſequenter deſcribitur Antiochi adoleſcẽtis aduẽtus. Et diuiditur in tres partes: qa primo ponitur aduẽtus Antiochi pcuratio. Scđo, falſitatis Demetrij denudatio, ibi: Et miſit Ionathas. Tertio aduẽtus Antiochi executio, ibi: Poſt hæc ãt. Circa primũ dicitur:* Triphon. au. *quia prius fuerat cũ Alexandro, poſtea vero ipſo decapitato fuit cum Demetrio.*

*Diuiſio*

o Et uidit quoniam omnis ex. *dicens eum honore regio indignum propter cauſam prædictam.*

p Et iuit ad Emalchuel. *alias Malchum & cæ. poſt eius mortem.*

q Et aſſideb. ei. *Id eſt aſſidue ſtabat apud eum.*

r Vt traderet eum ipſi. *tanquam tutori & ductori.*

ſ Vt re. in lo. p. ſui. *Per hoc. n. intẽdebat Triphõ habere adminiſtrationẽ regni, ſicut poſtea fuit de facto.*

t Et enuntiauit ei quanta fecit Demetrius. *vt illum induceret ad tradendum ſibi Antiochum.*

u Et manſit illic diebus multis. *non potens cito flectere Emachuelem propter Antiochi pueritiam.*

x Et mi. Ionathas ad De. regem. *Hic conſequenter ponitur falſitatis Demetrij denudatio. Circa quam primo ponitur Ionathę petitio, cum dicitur:* Et miſit Ionathas ad Demetrium regem. *petens.*

*Diuiſio*

y Vt eijceret. *Id eſt eijcere poſſet.*

z Eos qui in arce erãt in Ieruſalem. *quorum aliqui erant alienigenæ, aliqui uero Iudæi, tamen apoſtatæ. Ex hoc uidetur, quod illa litera quæ dicit ſupra, Ionatham ad mandatum Demetrij remouiſſe obſidionem arcis, eſt uerior.*

a Et qui in præſidijs erant, quia impugnabant Iſrael. *in diuerſis locis Iudææ ad impugnationem gentis Iudaicæ.*

b Et miſit Demetrius. *Hic ſecundo ponitur petitionis conceſſio. Et patet. & ſubditur confeſſionis ratio, cum dicitur.*

¶ Nunc

## MORALITER.

✱ c *Et exaltauit eum in conſpectu omnium amicorum eius, & ſtatuit ei principatum ſacerdotij.* Sequitur.

d *Et poſtulauit Ionathas a rege ut immunem faceret Iudæam.* ſequitur autem poſt petitio regis a Ionatha, ibi.



✱ *Nunc*

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL ES

enim ordo, vt pdictũ eſt, ab alio fulcitũ & ab alio adiuuatũ. vñ Paulus Theſſalo
1.Theſ.3.c nicẽſibus ait: Tũc viuemus ſi uos ſtatis in dño. qm̃ gaudemus propter uos añ Deum noſtrũ. Et ait ad Corinth. Glo-
2.Cor.1.c ria inquit, veſtra ſumus, ſicut & uos noſtra, in die domini noſtri Ieſu Chriſti.
a *Et ui.* Quòd Iudæi uictoriã capientes de hoſtibus cogebãt eos pacẽ poſtulare, & dextras ſibi dari, ſignat qđ robur ſanctæ eccleſiæ hoſtibus pẽminet vniuerſis, & ſiue eos p cõuerſionẽ ſalubriter cedere facit, ſiue contẽptores in ſua ptinacia inſiſtentes iuſte punit, qa ipſa
Luc.10.c a ſaluatore ſuo dño nr̃o Ieſu Chriſto ptãtẽ accepit calcandi ſup ſerpentes & ſcorpiones, & ſup oẽm virtutẽ inimici.
Matt.16.c De qua alibi in Euangelio loquẽs ad apſm ſuũ Petrũ ait: Tu es Petrus, & ſup hãc petrã ædificabo eccl̃iam meã, & portæ inferi nõ pualebũt aduerſus eã.
b *Et no.ſun.* inquit *Iu. in reg.* qa cõfeſſores Chriſti gl̃ioſi apparẽt in toto mundo. Sed hãc gl̃iam nõ ſibi aſcribũt ſctĩ uiri, ſed regi ſuo, omnium uidelicet bonorũ largitori Deo. unde & ſubditur:
c *Regreſ.ſunt in Ie.ha.ſpo. mult.* Huiuſcemodi grates & Pſalmiſta Deo ſe referre teſtatũ dicẽs: Annũciaui iuſtitiã tuã in
Pſal.49.b eccl̃ia magna, ecce labia mea non phibebo. In eccl̃ia ergo fideles quiq; habẽtes ſpolia uirtutũ, regrediunt ut laudes dicãt Deo, cũ nõ ſuis uiribus, ſed grẽ diuinæ uictoriã quã adepti ſũt, deputãt, dicentes cum ppheta: Non nobis dñe
Pſal.113.c nõ nobis, ſed nomini tuo da gloriam: Sup miſericordia tua & ueritate tua.
a *Et ædi. Si.* Simon patri & matri & fratribus ex lapide polito memoriā ſup ſepulchra fabricat, cū ſancti prædicatores facta præcedētium patrū ac finē glorioſum ad exēplū pręcedentibus cōmemorādo magna autoritate oſ̄dūt. Hoc eſt.n.añ & retro lapidē politū ponere, vt qualiter ante finem vitæ pio dogmate & ſancta conuerſatione vixerint, & quale exēplū patientię ac longanimitatis ſuæ poſt obitū poſteris reliquerint. manifeſte auditoribus ſuis ſtudeant fida narratione declarare. Quod āt ſancti uiri, pr̄is ac matris atq; fratrū noīe nūcupenť, oſ̄-
Matt. 12.d dit ſaluator in Euangelio dicens: Quicūq; fecerit uolūtatē pr̄is mei q in cęlis eſt: ipſe meus frater ſo-
1.Cor.4.d ror & mr̄ eſt. Hinc & apoſtolus Paulus ad Cor. ſcribēs ait: Nam ſi decem milia pædagogorum habeatis in Chriſto. ſed nō multos pr̄es. Nā in Chriſto Ieſu p Euangeliū ego vos genui. Et de Timo-
Phil. 2.e thæo ad Philippēſes ait: Expimētum autem eius cognoſcite, quoniam ſicut patri filius mecum ſeruiuit in Euangelio.

b *Statuit & Simon ſep. pyra. unan. cō. unā: pa. ac ma. ac qua. fra.* cū doctor qlibet qualiter vnicuiq; perſonæ priorum patrū lux ſapientiæ, quæ per ſeptiformem ſpiritum fidelibus tribuiť, collata ſit demonſtrat.

c *Et circumpoſ. his colun. ma. & ſuper colum. ar. ad memoriam æter.* cum firmitatem & rectitudinem fidei eo-
F rum, & in ipſa fide quomodo armis ſpiritalibus contra hoſtes pugnauerint inſinuat.

d *Et iuxta ar. na. ſculp. quæ uide. ab hominibus nauig. mare.* quia qualiter præcedentes iuſti pñtis vitę pelagus nauigio crucis Chriſti tranſierint, omnibus in mundi iſtius fluctibus laborantibus, ad ſpem ſolatij ipſorum docendo intimant, ut cognoſcāt quoniam ſicut illis p̄dictum nauigium ſalubriter cōtulit littus quietis, ita & ſibi credulitas paſſionis Chriſti & noſtræ redemptionis in ipſa, ſi condigna eidem credulitati opera habere uelint, portū ſalutis æternæ cōferat.

☞ *Triphon*

## NIC. DE LYRA.

¶ *a* Et miſit Ionathan filium Abſalomi. *qui erat fidelis amicus ſibi.*

*b* Et cum eo exerci. *Et dicit nouum: nam ante poſuerat ibi Simon cuſtodes, vt habetur capite præcedenti: ſed timebat ne traderent Ioppen Triphoni, propter quod miſit alios de quibus magis confidebat.*

*c* Et mouit Triphon. *Hic conſequenter ponitur repulſio conatus Triphonis: & hęc fuit duplex. Secunda ibi: Et poſt hęc uenit. Circa primū patet litera vſq; ibi:* Simon au. ap. *cum exercitu ſuo.*

*d* In Ad. con. fa. cā. *Erat. n. locus, vnde poterat planicies terræ a longe videri.*

*e* Et ut co. Trip. *inſtitutus dux populi.*

*f* Et quia commiſſurus eſſet aduerſus eum prælium. *ipſum reformidans conuertit ſe ad dolum.*

*g* Dicens pro argento quod debebat frater. *i. in computo de vectigalibus ab eo receptis, quod debebat reddere regi.*

*h* Et cogno. Si. quia cum do. loqueretur. *nam erat homo prudens: propter quod ſupra. ij. ca. dicitur: Vir conſilij.*

*i* Iuſ. ta. da. ar. *ad euitandum maius malum. ſ. diſceſſum populi ab eo per odium, & ſic populus de facili periſſet exiſtens ſine duce & diſperſus, & per conſequens periſſet cultus diuinus, ideo ſubditur.* G

*k* Ne inimicitiam magnam ſum. *Et ſic patet, ꝙ bene fecit, ſicut bene proijciuntur merces in mari propter ſalutem corporum quod eſt maius bonum, & patet litera.*

ſummare & muniuit eam in gyro. Et miſit Ionathan filium Abſalomi, & cum eo exercitum nouum in Ioppen, & eiectis his qui erant in arce remanſit illic ipſe. Et mouit Triphon a Ptolemaida cum exercitu multo, ut ueniret in terram Iuda, & Ionathas cum eo in cuſtodia. Simon autem applicuit in Addus contra faciem campi. Et ut cognouit Triphon, quia ſurrexit Simon loco fratris ſui Ionathæ, & quia commiſſurus eſſet cum eo prælium, miſit ad eum legatos dicens: Pro argento quod debebat frater tuus Ionathas in ratione regis propter negotia quę habuit, detinuimus eum. Et nunc mitte argenti talenta centum & duos filios eius obſides, ut non dimiſſus fugiat a nobis, & remittemus eum. Et cognouit Simon, quia cum dolo loqueretur ſecum. Iuſſit tamen dari argentum & pueros, ne inimicitiam magnam ſumeret ad populum Iſrael dicentem: Quia non miſit ei argentum & pueros, propterea perijt. Et miſit pueros & centum taléta. Et mentitus eſt, & non dimiſit Ionathan. Et poſt hæc uenit Triphon intra regionem, ut contereret eam, & gyrauerunt per uiam quæ ducit Ador. Et Simon & caſtra eius ambulabant in omnem locum quocūq; ibant. Qui autem in arce erant, miſerunt ad Triphonem legatos, ut feſtinaret uenire per deſertum, & mitteret illis alimonia. Et parauit Triphon omnem equitatum, ut ueniret illa nocte. Erat enim nix ualde multa, & non uenit in Galadithim. Et cum appropinquaſſet, Baſchamam, occidit Ionathan & filios eius illic. Et conuertit Triphon, & abijt in terram ſuam. Et miſit Simon, & accepit oſſa fratris ſui Ionathæ & ſepeliuit ea in Modin ciuitate patrum eius. Et planxerunt eum omnis Iſrael planctu magno, & luxerunt eum dies multos. Et ædificauit Simon ſuper ſepulchrum patris ſui & fratrum ſuorum ædificatim altum uiſu lapide polito retro & ante, & ſtatuit ſeptem pyramidas unam contra unam, patri & matri, & quatuor fratribus. Et his circumpoſuit columnas magnas, & ſuper columnas arma ad memoriam æternam, & iuxta arma naues ſculptas, quæ uiderentur ab hominibus nauigan-

*l* Et poſt hæc. *Hic conſequenter ponitur ſecunda Triphonis repulſio. Secundo innocentum ab eo occiſio, ibi: Et cum appropiaſſet. Circa primum dicitur.* Et poſt hæc uenit Triphon intra regionem. *ſ. Iudææ.*

*m* Et Sim. in o. lo. quo ib. *ſ. Triphon & caſtra eius, ut obuiarent eis in prælium ante quā vaſtarēt terram Iudææ.*

*n* Qui au. ar. erant. *ſ. in munitione Ieroſolymitana contra populum Iſrael.*

*o* Miſerunt. *occulte.*

*p* Vt fe. uen. per deſert. *vbi non obſeruabat Simon.*

*q* Erat e. *hic ponitur ad oſtendendum aduentus ſui impedimentum: nam ſicut dicit Ioſephus. Tanta nix cecidit in deſerto. quòd non potuit uenire ſicut diſpoſuerat.* Ioſephus li. antiqui. 13. 9.

*r* Et cum appropin. *Hic conſequenter oſtenditur malignitas Triphonis in occiſione innocentum, & primo Ionathæ ducis: Secundo Antiochi regis, ibi: Triphon autem. Circa primum dicitur.*

*ſ* Occi. Iona. *in odium Iudæorum: & ut poſtea liberius occideret dominum ſuum, ut dictum eſt capitulo præcedenti: Cætera patent uſque ibi.*

*u* Et ſta. ſep. pyra. *Eſt autem piramis ædificium latius in inferiori parte. tendens ſuperius in acutum, & dicitur a pyr, quod eſt ignis qui eſt talis figuræ. Fecit autem duas pyramides pro patre ſuo & matre, & quatuor pro fratribus, ſeptimam autem pro ſe, & ſic adhuc uiuens fuit ſollicitus de ſua ſepultura.* H

*x* Et his cir. colum. *ad ſuſtentamentum ædificij.*

*y* Et ſu. co. ar. *ſculpta ut dicunt: aliqui uero arma vera ſicut ſupra ſepulchra militum ponunt ſcuta & uexilla ad memoriam æternam, quòd mortui erant in defenſione gentis ſuæ.*

¶ Triphon

## MORALITER.

✱ a *Et miſit Ionathan filium Abſalomi &c.* Ioppe quæ pulchra interpretatur, animam rationalem ſignificat, quæ Dei imagine inſignitur: ſed aliquando deceptione dæmonis uitijs deturpatur. Sed ad eam mittitur Ionathas qui columbæ donum interpretatur, propter quod ſpiritumſanctum ſignificat, qui procuratione angeli ſancti, ad veram pœnitentiam animæ peccatricis ad eā mittitur, & ſic eiectis inde vitijs a ſpiritusancto inhabitatur.

m *Et ſi. & ca. &c. in o. lo. quo ibant. ſ.* Triphon & exercitus eius per quod ſignificatur quòd bonus prælatus debet eſſe ſollicitus cōſiderare per quā partē diabolus ipſum inuadit vel populum ſuum: & ſic occurrere per ſui & populi diligentem cuſtodiam, ne diabolus inueniat intrandi uiam.

t *Et ædifi. Si. ſu. ſe. pa. ſui.* Sepulchra patrum ædificare, eſt eorum merita ad aliorum informationem ſcribere vel prædicare. Per ſeptem vero pyramides ſignificantur dona ſpiritusſancti, & ſeptem uirtutes. Per arma uero qualiter contra mundum carnem & diabolū viriliter pugnauerunt. Per naues autem qualiter per mare præſentis ſeculi ad portum ſalutis feliciter tranſierunt: & hæc ſunt ad informationem uiuentium, ideo ſubditur.

z *Quæ uiderentur &c.* ad inſtructionem futurorum, ideo præmittitur ad memoriam æternam.

✱ *Triphon*



A a *Triphon a.* De hoc Pompeius ita refert. Dū hæc aguntur interim in Syrię partibus, Triphon, q ſe tutorem Antiocho Demetrij priuigno ſubſtitui a populo laborauerat, occiſo pupillo regnū Syrię īuadit. Quo diu potitus, tādē exoleſcēte fauore recētis imperij, ab Antiocho puero admodū, Demetrij fratre, q in Aſia educabatur bello vincitur. rurſumq; regnum Syriæ ad ſobolem Demetrij reuertitur.

b *Et el.* Qđ Simon ad Demerium regem viros miſit ut faceret remiſſionē regioni: hoc (ni fallor) ſignāt ꝙ ſctā eccl̄ia p̄dicatores ſuos ad principes iſti⁹ mundi dirigit, quatenus eos uerbo fidei ſibi conciliet, & actus Triphonis figuralis, hoc eſt hęreticorū atq; ſchiſmaticorū in irritū ducat, eorumq; ſuperbiam pp quam noluerunt māſuetudini eccleſiaſticæ cedere, per rigorem exterarū poteſtatū cōterant. Quibus & coronā aureā ipſi legati deferunt, & Bainē (quod tradūt eſſe ornamentum colli ex anulis aureis confectum ſm̄ morē prouinciæ) cū eis pro bono certamine ęternæ vitę coronā, & p ſolatio oportuno quo eccleſiam ſuis edictis atq; defenſionibus adiuuent, præmia cœleſtia repromittunt.

Myſtice c *In di. il.* Quid eſt, ꝙ Simon Gazam oppugnare aggrediť, niſi ꝙ p̄dicatores ſancti mundi errores debellare conanť? Gaza quę interpretať fortitudo eius, ſignificat gētium rigorē atq; duritiā. Cōſtruit ergo machinas multas Simon aduerſus Gazam, cū doctores ſancti diuerſas ſpecies dogmatū ad capiēdas gētiū munitiones cōſtruūt, quatenus eas pręda ſalutifera in dñiū regis ſui, Ieſu videlicet Chriſti redigant. Qui pcuſſit turrē vnā & cōprehendit. cum ſuperbiā gentiliū ſtrauit,
B eorumq; corda in obediētiā Euāgelij adduxit. Qui aūt eruperāt capiebātur inter machinam in ciuitate, qa inſolentia barbarorum licet euadere Euangelij rete quæſierit, tñ ueridicis teſtimonijs legis Dei circūligata atq; compreſſa eſt.

d *Et fa. &c.* cū totus mūdus cōcuſſus eſt Euangelica p̄dicatione. Motus. n. magnus factus eſt in ciuitate. qñ gentiū feritas excitata eſt ad perſequendum confeſſores Chriſti. vt veri efficerētur martyres, qui fidei ac dogmatis Chriſti fidei erant aſſertores.

e *Et aſ.* Qui ſunt illi, q cū vxoribus & filijs ſupra murū ſciſſis tunicis aſcēderūt, & a Simone dextras ſibi dari poſtulauerunt, niſi illi q ſollicitudinibus & cupiditatibus huius mūdi diutius impliciti, poſtmodū cōuerſi nō ueſtiméta ſua, ſed corda p pñiam ſcindentes dextras reconciliationis ac ſocietatis ab eccleſiaſticis ſibi dari expetūt: Quorū petitioni miſerādo Simō ſpiritalis cōſentiens, non anathematis gladio eos percutit, ſed de ſuperſtitione gentilitatis educens errores eorum abſcindendo amouit, quatenus habitationem condignam in eorum pectoribus domino Chr̄o pręparet.

☞ *Et tunc*

## NIC. DE LYRA.

¶ *a* Triphon autem. *Hic cōſequenter ponitur malignitas Triphonis in occiſione domini ſui regis: & patet litera vſq; ibi:*

*c* Et fe. pla. *ſicut dicitur Pro. xxix. a. Cum impij ſūpſerint principatū, gemet populus.*

*d* Et ædi. &c. perſ. iu. *Triphonis malitię reſiſtendo.*

*e* Et ele. Si. *Hic cōſequenter circa Iudæos deſcribitur libertatis reſtitutio. Et primo ponitur eius adeptio. Secūdo executio, ibi:* In diebus il. *Circa primū ſciēdū, ꝙ licet rex Demetrius fugiſſet de prælio ſicut uictus, vt ſup. xi. ca. tamē poſtea recollegit ſe in una parte regni, & aliqui principes & milites recedētes ab Antiocho adhæſerunt ſibi pugnantes pro eo contra Ionatham, vt dictum eſt ſup. xi. ca. & xij. ſed poſtea Antiocho occiſo & Triphone regnante pro eo, Iudæi magis elegerunt adhærere Demetrio, a quo prius receſſerant eo ꝙ mentitus fuerat Ionathæ promiſſa, ut habetur ſupra ca. undecimo. quàm Triphoni, qui Ionathan doloſe ceperat et ipſum cum filijs ſuis nequiter occiderat: et Demetrius libenter recepit eorū reconciliationem, ut contra Triphonem iuuarent eum, qui doloſe occupauerat regnum: & ſic condeſcendit Iudæis ad eorum uoluntatem: & hoc eſt quod dicitur:* Et e. ad negotiū aptos. Diuiſio C

tibus mare. Hoc eſt ſepulchrum qđ fecit in Modin vſq; in hunc diē. Triphon autem cum iter faceret cum Antiocho rege adoleſcente dolo occidit eum, & regnauit in loco eius. Et impoſuit ſibi diadema Aſiæ, & fecit plagam magnam in terra: Et ædificauit Simon præſidia Iudææ, muniens eam turribus excelſis, & muris magnis & portis & ſeris, & poſuit alimenta in munitionibus. Et elegit Simō viros, & miſit ad Demetrium regem, vt faceret remiſſionem regioni, quia actus omnes Triphonis per direptionem fuerant geſti. Et Demetrius rex ad verba iſta reſpōdit ei, & ſcripſit epiſtolam talē: Rex Demetrius Simoni ſummo ſacerdoti, et amico regū, et ſenioribus, & genti Iudæorum ſalutem. Coronā aureā, & bainē quam miſiſtis, ſuſcepimus, et parati ſumus facere vobiſcum pacem magnam, & ſcribere prępoſitis regis, remittere uobis quæ indulſimus. Quæcunq; enim cōſtituimus, vobis cōſtāt. Munitiones quas ædificaſtis, vobis ſint. Remittimus quoq; ignorantias & peccata uſq; in hodiernum diem, et coronam quā debebatis. Et ſi quid aliud erat tributariū in Ieruſalem iam nō ſit tributarium, & ſi qui ex vobis apti ſunt conſcribi inter noſtros, conſcribantur, & ſit inter nos pax. Anno centeſimo ſeptuageſimo ablatum eſt iugum gentium ab Iſrael. Et cœpit populus Iſrael ſcribere in tabulis & geſtis publicis, anno primo ſub Simone ſummo ſacerdote magno duce & principe Iudæorū. In diebus illis applicuit Simon ad Gazam, & circundedit eam caſtris, & fecit machinas, & applicuit ad ciuitatem, & percuſſit turrem vnam, & cōprehendit eā. Et qui eruperunt ęrant intra machinam & ciuitatem, & factus eſt motus magnus in ciuitate. Et aſcenderunt, qui erant in ciuitate cum vxoribus & filijs ſupra murum ſciſſis tunicis, ſuis & clamauerunt magna uoce a Simone poſtulantes dextras ſibi dari, & dixerunt. Non nobis reddas ſecundum malitias noſtras: ſed ſecundum miſericordias tuas, & ſeruiemus tibi. Et flexus Simon non debellauit eos, eiecit tamen eos de

*f* Et mi. *rogando.*

*g* Vt fa. re. re. *ſ. Iudæę de tributis & exactionibus impoſitis a Syriæ regibus.*

*h* Quia ac. omnes &c. tr. per di. *alia litera habet. Per deceptionem erant geſti. Hæc clauſula ponitur ad oſtendendum quare Simon miſit legatos ad Demetriū, quia omnes actus Triphonis erant per deceptionem & dolum, vt patet ex prędictis vel per direptionem. i. diſſipationem iuſtitiæ & veritatis: et in idem redit. propter quod Simon cum eo fœdus noluit contrahere, ſed magis contra eum ſ. Demetrium adiuuare. Cætera patent vſq; ibi:*

*i* Coro. *i. ornamentum colli ex aureis anulis cōtextū, hoc miſit Simō Demetrio, & ipſe ſuſcepit in ſignum factæ reconciliationis.*

*k* Et ſcrib præ. re. *i. præpoſitis noſtris.*

*l* Remit. *a tempore Ionathæ.*

*m* Quæcunq; enim. *tunc.*

*n* Conſtant. *i. firmiter ſtant. nunc & in futurum.*

*o* Remit. *quoq; &c. i. ſi per ignorātiam feciſtis aliquid contra me pro Antiocho.*

*p* Et ſi quid. *ſ. amicos.*

*q* Conſcribantur. *ſ. firma & libera: ideo ſubditur:* D

*r* Abla. eſt *ſ. plenarie, antè vero fuerat ablatum partialiter & imperfecte. Et quia iſtud fuit factum notabile. ideo ſubditur:*

*ſ* Et cę. *tales. n. annotationes temporū incipiunt ab aliquo euentu notabili. ſicut Iudæi primo ſcripſerunt ab exitu de Aegypto, poſtea de reditu a Babylone, & cōſimiliter hic a pōtificatu Simonis & eius ducatu: ſub quo libertas fuit eis reſtituta.* Diuiſio

*t* In dic. il. *Hic conſequenter ponitur executio dictæ libertatis: & prima impugnando Gazam, ſecundo arcem, ibi: Qui autem erāt. Circa primum dicitur.* In dic. il. Si. ap. ad. Ga. *quæ multum erat nociua Iudæis.*

*u* Et circūdedit eam caſtris. *i. bellatorum cuneis.*

*x* Et qui eruperunt. *i. effugerant de turre capta.*

*y* Erant intra. *i. refugerant ad quandā munitionem ciuitatis ſic nominatam.*

*z* Et factus. *ſ. timoris: ideo ſequitur:*

*a* Et aſcende. *& patet litera vſque ibi:*

*b* Non debel. eos. *ſ. occidendo.*

¶ Et emun-

## MORALITER.

✱ a *Triphon &c.* p regē Antiochū adoleſcētem intelligi pōt ipſe Adā q a Deo formatus ſupra cæteras creaturas ſtatim fuit rex inſtitutus, ut dicitur Ge. j. Hunc autē Triphon doloſus. i. diabolus ipſum doloſe occidit per peccatum mortale.

b *Et ip. &c.* i. poteſtatem ſuper genus humanum, quod propter peccatum Adæ tenuit captiuum quouſq; per Chriſtum, qui dicitur ſecundus Adam. j. Corin. xv. fuit redemptum.

t *In die. &c.* per quam intelligi poteſt Simoniaca promotio, quæ non acquiritur per ſcientiam & virtutem, ſed per Gazā,

✱ Per

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Et tunc in.* Tunc etiam quando errores eiecti fuerint Gentilium, cum laudibus Dei, doctores in conuenticula intrabunt gentium. Tunc quoq; viros, qui legem faciunt, ibidẽ ponunt, qa viros cultores Chriſti piis prædicationibus ibi eſſe faciũt. Et muniunt eam, faciuntq; ſibi ibidem habitationem. cum p Euãgelium vndiq; fidei munimine eccleſiam firmantes, in eius domicilio ipſi magiſtri commorando pro labore pio, æterna præmia quæ pro confeſſione ipſorum impenderant. a iudice viuorum ac mortuorum in fine ſibi retribuenda expectant.

b *Qui autem erant.* Hi qui erant in arce Ieruſalem & ſæpius infeſtabant Iudæos, ſignificant hæreticos & ſchiſmaticos, qui in arce ſuperbiæ ſuæ ſe collocãtes, lites & bella mouent contra catholicos. Quos vetat Simon egredi & ingredi in regione, & emere & uẽdere, quia talibus doctores ſancti cum catholicis contradicunt omnem ſocietatis habere communionem. Propter quod:

c *Multi ex eis fa.peri.* qa multi ex iſtis cum anatematizati extra cõmunionem eccleſiæ ſequeſtrati fuerint fame verbi Dei, & inedia ſpiritalis ſcientię diſpereunt. Sed quia neceſſitate extrema cõpulſi, huiuſcemodi ſibi dextras cõmunionis dari ab eccleſia poſtulauerũt, hoc eis ab ipſa indicitur pactum, ut relinquãt errores ſuos, & anathematizẽt ſectas nefarias, quibus antea adhæſerunt, & mundent conſcientiam ſuam ab omni nequitia hæreſeum, & ſic cõmunioni eccleſiæ reſtituantur. Vnde conuenienter ſubiungitur.

Gen. 21.a d *Et intr.* Numeri iſti, hoc eſt centeſimus ſeptuageſimus & primus, &

F viceſimus tertius ſacris pleni ſunt myſteriis. Nam centeſimus, in quo Abraham Iſaac promiſſionis filiũ genuit, vitæ ſignificat perfectionẽ. Septuageſimus in quo captiuitas † Iſraelitarum reſoluta eſt, peccatorum ſignificat remiſſionem, Sed quia hoc non.niſi in eccleſiæ cõſiſtit vnitate: ppea ſuper ſeptuagenarium numerũ monas addita eſt. Porro viceſimus tertius numerus ſanctæ trinitatis fidem cum duobus præceptis charitatis in quibus tota legis plenitudo conſiſtit, deſignat. Secundus autem mẽſis (in quo paſca facere iubebantur, illi qui ſuper animam hoĩs immundi erant) tempus gratię & vocationis gentium oſtendit. Cum ergo ſecundum hanc diſtinctionem atque ſignificantiam myſticorum numerorum victoria a fidelibus capiẽ, hoc eſt ut ſanctæ trinitatis fidem cum duob. præceptis charitatis ſecundum Euangelicam doctrinam integram ſeruent, & uitæ perfectionem pro modulo ſuo habentes in eccleſiæ unitate, intellectu & fide permanendo ad plenitudinem remiſſionis perueniant. Sic tunc rite cum cantico & ramis palmarũ, hoc eſt cum laude uera & certa victoria cęleſtem intrabunt Ieruſalem. vbi multiplices gratias et laudes pro adepta ſalute & ſecuritate creatori ſuo perpetualiter referent.

† Ieroſolimitarum

Matt. 22.d

Myſtice

e *Quia con.eſt ini.mag.* & mors cum ipſo mortis autore in perpetuum extat damnata. Nec refugit hanc expoſitionem ſequentis ſenſus ſententiæ, ubi ſcriptum eſt.

f *Quod con. Si. vt omni. an. diei. hu. læ. ageretur, & quod mu. mon. tem. qui e. ſe. ar. & habita. ibi ipſe & qui.* quia omni tempore iſtius uitæ illius diei memoria in ſpe retinenda eſt, in qua triumphantes de morte per gratiam redẽptoris noſtri vitæ reſtituemur æternæ. Ideo enim ſingulis annis reſurrectionis dominicę ſolennia celebramus, vt indicemus nos per eius reſurrectionẽ & uictoriam de morte ſperare & noſtrorum corporum reſurrectionem, in fine ſeculi futuram, & vitam in cœleſti regno perpetuam. Propter quod montem templi, qui eſt ſecus arcem munire debemus, hoc eſt Chriſti incarnationem, quæ omnem altitudinẽ perfectionis ſanctorum perfectione ſua tranſcendit, firma fide in corde tenere: & in hoc omni tẽpore uitæ noſtrę tam per nos quam etiam per nobis commiſſos ſiue per ſocietatem coniunctos pie laborare, quatenus eius corpori coniuncti atq; coadunati cum ipſo capite regni cœleſtis efficiamur hæredes. Cuius uidelicet diei lætitiã atq; memoriam Beatus Petrus apoſtolus in epiſtola ſua nobis cõmendat

mendat dicens: Vnum uero hoc non lateat uos chariſſimi, G quia unus dies apud Deum ſicut mille anni, & mille anni ſicut vnus dies. Nõ tardat dominus promiſſionem ſuam, ſed patienter agit propter vos, nolens aliquem perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti. Adueniet autem dies domini ſicut fur, in quo cœli magno impetu tranſient, elementa uero calore ſoluenẽ. Cum hæc igitur diſſoluẽda ſint omnia, quales oportet uos eſſe in ſanctis cõuerſationibus & pietatib. expectantes & properantes in aduentum diei domini, per quem cœli ardentes ſoluentur, & elementa ignis ardore tabeſcent. Nouos uero cęlos & nouam terram & promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat: Propter quod chariſſimi hæc expectantes ſatagite immaculati & inuiolati ei inueniri in pace, & domini noſtri longanimitatem ſalutem arbitramini.

Ibidem.

Vbi ſupra

g *Et vi. Si.* Simon Iohanni filio ſuo cum videret, ꝙ vir eſſet, ducatũ uirtutum vniuerſarum cõmiſit, ut oſtẽderet, ꝙ nullus magiſtrorũ filio vel diſcipulo ſuo debet committere poteſtatem ac ordinem eccleſiaſtici regiminis, niſi antea eum videat eſſe virum, hoc eſt ſenſu probatum, & uirtutum operibus ſtudioſum. Sed quia in ſuperioribus diximus Simonem ſanctorum gerere figuram doctorum, poteſt in hoc loco per ſignificationem exprimere principem paſtorũ, qui populo catholico ſacri regiminis miniſterium & omnium uirtutum dedit notitiam atq; effectum, cui & optime conuenit, quod in ſequentibus ſcriptum eſt

ciuitate, & emundauit ædes in qui- a
a bus fuerant ſimulachra, & tunc intra- b
uit in eam cum hymnis dominũ be
nedicẽs. Et eiecta ab ea omni immun c
ditia collocauit in ea viros, qui legem d
facerent, & muniuit eam, & fecit ſibi e
b habitationem. Qui autem erant in ar- f
ce Ieruſalem prohibebantur egredi &
ingredi regionem, & emere ac vende-
c re, & eſurierunt valde, et multi ex eis
fame perierunt. Et clamauerunt ad Si-
monem, vt dextras acciperent, et de-
dit illis. Et eiecit eos inde, et munda-
d uit arcem a contaminationibus. Et in
trauerunt in eam tertia et viceſima die
ſecundi menſis, anno centeſimo ſe-
ptuageſimo primo cũ laude, et ramis
palmarũ, et citharis, et cinaris, et cym- g
balis, et nablis, et hymnis, et canticis, h
e quia contritus eſt inimicus magnus i
f ex Iſrael. Et conſtituit, vt omnibus an-
nis agerentur dies hi cum lætitia. Et
muniuit montem templi, qui erat ſe-
cus arcem, et habitauit ibi ipſe et qui
g cum eo erant. Et vidit Simon Iohannẽ k
filium ſuum, quòd fortis prælij uir eſ-
ſet, et poſuit eum ducẽ uniuerſarum l
uirtutum, et habitauit in Gazaris. m

H

## NIC. DE LYRA.

¶ a Et emun. ædes in qui. *nam habitatores erant idololatræ.*

b Et tunc int. in e. cum hym. *attribuendo illam uictoriam Deo.*

c Et eie. ab om. immun. *i. idololatria.*

d Collocauit in ea uiros. *id eſt Iudæos.*

e Et mu. eam. *contra aduerſarios.*

f Qui au. *Hic conſequenter ponitur impugnatio arcis, cũ dicitur:* Qui au e. in ar. Ie. prohi. *ſ. per murum inter arcem & ciuitatem ædificatũ, vt dicitur ſupra cap. præcedenti: & per cuſtodias armatorum ſuperadditas a Simone. Cætera patent vſq; ibi:*

g Et ci. *Cinara cinarę eſt inſtrumẽtum muſicum. Dictũ a cieo cies, qđ idem eſt quod moueo moues, quia ſuo ſono notabiliter mouet aerem.*

h Et na. *Id eſt citharis.*

i Quia con. eſt ini. ma. *Id eſt populus exiſtens in arce, qui multum grauabat populum, & impediebat cultum diuinum. Cætera patẽt vſq; ibi.*

k Et vi. Si. *idem fortis & iuſtus, & induſtrius ab bellandum.*

l Et po. eum du. vir. *Id eſt bellatorum.*

m Et ha. in. Ga. *i. in gaza & eius ſuburbijs. ſcilicet Iohannes, vt reſiſteret aduerſarijs.*

## MORALITER.

✱ Per arcem vero, quæ erat in Ieruſalem, ſignificatur promotio eccleſiaſtica, quę ſimiliter non fit per ſciẽtiam & uirtutem ſed per generis nobilitatem. Simon autem eiecit de Gaza & arce malos habitatores, et poſuit ibi bonos: per quod ſignificaẽ, ꝙ bonus pręlatus dictas promotiones debet repellere, & idoneos ratione virtutis & ſcientiæ promouere.

k *Et ui. ſi. Io. fi. ſuũ quod vir. for. pre. e. & po. eum du.* Per hoc oſtenditur, ꝙ iuuenes non ſunt ad honores promouendi, donec fuerint virtutibus probati. Vnde refert Helinãdus ꝙ Aelius Adrianus cũ Romæ præfecturam ſplendidius ageret, ex ſenatore Imperator eſt creatus, qui obſecrante ſenatu ut filium quem habebat Cæſarem Auguſtum appellaret: Sufficere inquit debet, ꝙ ego inuitus regnauerim, cum non mererer. Principatus. n. ſanguine nõ meretur ſed meritis, & inutiliter regnat, qui rex naſcitur, & non meretur: & ꝓculdubio parentis affectum exuit, qui paruulos ſuos importabili ſubiecta mole extinguit. Hoc equidem eſt ſuffocare liberos nõ ꝓmouere: alẽdi prius ſunt & in uirtutibus exercẽdi, & cũ in eo ꝓfecerit (ut ꝓbetur illos uirtutibus antecedere qui debẽt honoribus anteire) inuiti aſcẽdant, & ſe ciuium ſuorũ votis non ſubtrahant.

Helynandus



## GLOS. ORD. CAP. XIIII.

A Nno cente. &c. congregauit rex De. exer. ſu. Scriptũ eſt in Iſaia propheta de ipſo dño ſaluatore: Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis, ſuper ſoliũ Dauid & ſuper regnum eius ſedebit, ut cõfirmet illud & corroboret in iudicio, & iuſtitia amodo & vſq; in ſempiternũ. Principatus aũt illius & imperiũ erit ſup ſoliũ & ſup regnũ Dauid: qđ poſt captiuitatẽ Babylonicã fuerat diſſipatũ, vt confirmet illud & corroboret, & doceat eſſe ꝑpetuũ, ne caſſa Dei promiſſio iudicetur. Et in pſalmo ꝓpheta dicit: Orieẽ in diebus eius iuſtitia, & abũdãtia pacis, donec tollaẽ luna. Nemini. n. alteri hæc cõuenit promiſſio, niſi ſoli mediatori Dei, & hoĩm Chriſto Ieſu, q ꝓ nobis incarnatus ꝑ obediẽtiã crucis cęli terræq; poſſeſſor eſt factus. Cui pater in pſal. per prophetam ait: Poſtula a me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam, & poſſeſſionẽ tuam terminos terræ.

Iſa. 9.b

Pſal. 17.b

Pſal. 2.b

b *Siluit oĩs ter. iu. om. di. ſi.* qa terra eccleſiæ a tpe incarnationis Chriſti uſque in ſempiternũ, licet forinſecus pſecutiones ab inimicis toleret, intus tñ pace fruiẽ uera. Cui idẽ ſaluator in Euãgelio ait: Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo vobis. Ipſe.

Ioan. 14.d c *Quæſiuit bo. gen. ſuæ, & pla. il. po. e. & g.* Omnia uidelicet bona ab ipſo collata ſunt eccleſiæ in remiſſionem pctõrum, et dñationem uirtutũ. Vñ cõplacet illis ptãs eius & glia eius, quia illi ſoli ſeruire omni tẽpore elegit. Ipſe.

d *Accepit Iop. in por. & fe. int* cũ ex gẽtium populo ſibi fundauit eccleſiam, uñ introitũ Fidei per Euãgeliũ pãderet gẽtibus totius orbis. Ioppe pulchri

B tudo interpretatur: Et quæ pulchrior eſt ſancta eccleſia? cui ſpõſus in Canticocãticorũ ait: Quã pulchra es amica mea, q̃ pulchra es, oculi tui colũbarũ, abſq; eo qđ intrinſecus latet, uñ.

Can. 4.a

e *Dilatauit ſi. gen.* eccleſiæ. ſ.

f *Et obti. re.* totius mundi.

Pſal. 67.d g *Et con. ca. m.* De quo in pſalmo ſcriptum eſt. Aſcendẽs in altum captiuã duxit captiuitatẽ, dedit dona hoĩbus.

h *Et do. eſt Ga. & Beth. & arci.* quia mũdi faſtum per Euãgelium domando, in proprium redegit dominium.

i *Et abſ. im.* peccatorũ atq; uitiorum, mundans eã lauacro regenerationis.

Heſter. 13.c k *Et non e. qui re. ei.* De quo ſcriptũ eſt, In uolũtate tua dñe uniuerſa ſunt poſita. & non eſt, qui poſſit reſiſtere voluntati tuæ. Tu. n. feciſti cęlum & terram, & vniuerſa, quæ cœli ambitu cõtinẽtur: dominus uniuerſorum tu es.

l *Et un. co. ter.* cũ pace corpus ſuum. ſ. uirtutibus exercens, uel terram eccleſiæ bonis operibus ſinguli quiq; ſanctorum pro uiribus colunt.

m *Et ter. da. fr. ſu* caro videlicet noſtra fructꝰ bonorũ operũ affert. Similiter:

n *Et lig.* hoc eſt hoĩes viriditate fidei ſp florẽtes, germina uirtutũ ꝓferunt.

o *Seniores in pl. ſe. om. & de bo.* In ſenioribus poſſumus accipere prophetas & apl̃os & doctores ſanctæ eccleſiæ, q auditores ſuos cõſilijs iuuãt & ſermonibus roborãt. Iuuenes aũt cętus fideliũ, qa gloria cõfeſſionis Chri freti, induũt ſe armis virtutũ, quo faciliꝰ poſſint cõterere hoſtiũ exercitũ.

p *Ciuitatibus tr. a limo.* hoc eſt eccleſiis impendebat ſermones doctrinæ: Quas

q *Conſtituit ecce vaſa mu.* vt. ſ. theſaurum ſapientiæ ſpiritalis ſeruarent in cõſcientia pura & fide non ficta. Quod tãdiu fecit.

Pſal. 18.a r *Quoadvſq; no. eſt nomen gloriæ eius vſq; ad ex. terræ.* quia in oẽm terram exiuit ſonus p̃dicationis aloꝛũ, & in fines orbis terræ uerba eorum. Vnde per Iſaiam dicitur: Auditam faciet dominus gloriam vocis ſuæ, & terrorem brachij oſtendet.

Facit

ſ *Fecit pacem ſuper te.* qa ipſe eſt pax noſtra. q fecit utraq; vnũ. C

t *Et læt. eſt. Iſrael læ. ma.* quia lætabitur iuſtus in domino, & ſperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.

u *Et ſedit unuſ ſub ui. ſua. & ſub fic. nec erat, qui e. te.* Iuxta illud qđ in Michea dr̃: Requieſcet vnuſquiſq; ſub vinea ſua, & ſub ficulnea ſua, et nõ erit, q exterreat. Hęc eſt uinea, q̃ in Euãgelio loquebatur: Ego ſum vitis, & vos palmites, & pater meus agricola. Oĩs q nõ facit fructũ bonũ excideẽ & in ignem mittetur. Huius fructus bibunẽ et comedũtur, & lætificãt cor hoĩs, & inebriãt amicos ſpõſæ, & in regno Dei noui bibũtur quotidie. Sub ficu aũt reqeſcit & nullas inſidias formidat, q dulcedine ſcti ſpũs fruiẽ, & illius fructibus ſaturaẽ, charitate, gaudio, pace, continẽtia, patiẽtia. de hmõi dr̃ plãtatore: Qui plantauerit

Iſa. 30.g

Ephe. 2.c

Pſal. 63.b

Mich. 4.

Ioan. 15.a

Prou. 27.c

## CAP. XIIII.

a A Nno centeſimo ſe- a
ptuageſimo ſecũdo
cõgregauit rex De-
metrius exercitum
ſuũ, & abijt in Me-
diã ad cõtrahẽda ſibi auxilia, vt expu
gnaret Triphonẽ. Et audiuit Arſaces
rex Perſidis & Mediæ, quia intrauit
Demetrius confines ſuos, & miſit
vnum de principibus ſuis, vt cõpre-
henderet eum viuum, & adduceret
eum ad ſe. Et abijt & percuſſit caſtra
Demetrij, & comprehendit eum, &
adduxit eum ad Arſacen, & poſuit
b eũ in cuſtodiã. Et ſiluit omnis terra b
Iuda omnibus diebus Simonis, & c
c quęſiuit bona genti ſuæ, & placuit il d
lis poteſtas eius, & gloria eius omni e
bus diebus: Et cum omni gloria ſua f
d accepit Ioppẽ in portum, et fecit in- g h
e troitum in inſulis maris. Et dilatauit
f fines gentis ſuæ, & obtinuit regionẽ.
g Et congregauit captiuitatem multã, i
h & dominatus eſt Gazaræ & Bethſu- k
i ræ & arci, & abſtulit immunditias
k l ex ea, & non erat qui reſiſteret ei. Et l
vnuſquiſq; colebat terrã ſuam cum
m pace, et terra Iuda dabat fuctus ſuos, m
n o & ligna camporũ fructum ſuum. Se n
niores in plateis ſedebant omnes, & o
de bonis terræ tractabant, & iuuenes p
induebant ſe gloriam & ſtolas belli, q
p & ciuitatibus tribuebat alimonias, r ſ
q & conſtituebat eas, vt eſſent vaſa mu t
r nitionis, quoadvſq; nominatum eſt u
nomẽ glorię eius vſq; ad extremum
ſ t terræ. Fecit pacẽ ſuper terram, & læ-
u tatus eſt Iſrael lætitia magna. Et ſedit
vnuſquiſq; ſub vite ſua, & ſub ficul-
nea ſua, & non erat qui eos terreret.
Defecit impugnãs eos ſuper terrã, re
ges cõtriti ſunt in diebus illis. Et cõ-
firmauit oẽs humiles populi ſui, &
legem exquiſiuit, & abſtulit omnẽ
malum & iniquum. Sãcta glorifica- x
uit, & multiplicauit uaſa ſanctorũ. y

## NIC. DE LYRA. CAP. XIIII.

A Nno cen. *Poſt adeptionẽ libertatis, hic cõſequẽter agitur de renouatione amicitiæ & familiaritatis. Et diuiditur in tres partes, qa primo ponũtur duo præambula Secũdo renouatio ipſa, ibi: Et auditũ eſt. Tertio dignitas põtificalis Simoni cõſtituta, ibi: Et hoc exẽplũ. Primũ præambulũ eſt captio Demetrij regis, cuius notatur tp̃s cũ dicitur:* An. cente. ſep. ſecun. *regni Græcorum: & ſic eſt in alijs intelligendum: Cætera patent.*

b Et ſi. *Hic ponitur ſecũdũ præambulũ, qđ eſt pacificatio Iudææ ſub Simonis regimine, cũ dicitur:* Et ſilu. *ſcilicet a prælijs nociuis.*

c Et q̃. bo. gen. ſuæ. *principalius q̃ ſibi, qa donum quanto communius tanto diuinius.*

d Et pla. illis. *ſ. Iudæis. poteſtas Simonis quantum ad ducatum.*

e Et gloria. *quantum ad pontificatum.*

f Et cum om. gl. ſua. *i. cum omnibus alijs quæ fecerat glorioſe.* D

g Acce. Iop. *in portũ ſ. maris, ideo ſubditur.*

h Et fecit introitũ. *ad quas Iudæi habebãt liberum acceſſum per illum portum.*

i Et con. ca. mul. *Hoc intelligitur dupliciter: Vno mõ de gẽtilibus, quorũ multos captiuauit. Alio mõ de Iudęis, quorum multos de captiuitate redemit. & ad Iudæã reduxit.*

k Et do. eſt. *ſicut patet capite præcedenti.*

l Et unuſ. col. ter. ſuam cum pace. *In quo notatur pacis ſecuritas.*

m Et ter Iu. da. fru. ſ. *Ecce terræ fertilitas.*

n Seni. in p. *ĩ quo apparet hoĩm lõgæuitas.*

o Et de bo. ter. tract. *ecce iuſtitiæ ueritas.*

p Et iu. ind. ſe glo. *Ecce populi iucũditas.*

q Et ſtolas bel. *i. arma bellica. Ecce ſtrenuitas. Nam tempore pacis vtebatur talibus, ut ſi bellũ inſurgeret, ſcirẽt ſe armare, & poſſent facilius arma portare.*

r Ciuitatibus. *i. ciuitatum pauperibus.*

ſ Tribuebat. *Simon.*

t Alimonias & co. *i. apte ad ſui defenſionẽ. ſi eſſet neceſſe. Et qa tot bona prouenerũt ſub Simonis regimine, ideo ſubditur de ipſo.*

u Quo. no. eſt no. gl. eius vſ. ad ex. t. *i. valde lõge: et eſt hyꝑbole: Cętera patẽt vſq; ibi:*

x Sancta glori. *i. templum & atria.*

y Et mul. vaſa ſanctorum. *quibus vtebantur ſacerdotes ad diuinum cultum.*

¶ Et auditum

## MORALITER.

✱ b *Et ſiluit terra Iuda omnibus diebus Simonis &c.* Hic deſcribũtur bonæ conditiones Simonis ſatis diffuſe, tamen videntur reduci ad tres in generali. Habuit. n. magnum zelum de cultus Dei cõſeruatione, & de populi ſui promotione in bonũ, & eius obſeruatione. Habuit etiam conſtantiam & fortitudinem in repreſſione aduerſariorum & eorum debellatione. Et ſic fuit deuotus Deo, utilis populo ſuo, & terribilis aduerſario: & ad iſta melius facienda fuit ſollicitus quærere multas amicitias bonorum & potẽtum: Et quoniam fuit dux populi & ſacerdos, in iſtis dedit exemplum principibus & prælatis, ut ſimiliter ſint ſoliciti de prædictis. Et hoc pro moralitate huius ca. ſufficiat.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E plantauerit ficum comedet fructus eius. Qui tales ædificauerit domos, & plantauerit vineas, de quibus Apoſtolus loquitur: Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus incrementum dedit. (1.Cor.3.b) Comedet labores manuum ſuarum. (Pſal.127.a) Et ſeminans in ſpiritu, de ſpiritu metet uitam æternam. (Gal.6.b) Nec diaboli & ſatellitum eius fraudibus ſupplantabitur.

*Et con. omnes humiles populi ſui, & le. exquiſi.* Humiles populi ſunt ſancti, quos in Euangelio pauperes ſpiritu appellat. (Matt.5.b) Opera quoq; populi Dei non veteraſcent, ſe innouabuntur & conſummabuntur uel confirmabuntur quotidie, ut non ambulent in uetuſtate literæ, ſed in nouitate ſpiritus. Talem legem exquiſiuit Simon noſter, & abſtulit omnem iniquum & malum, cum modo p ſanctos doctores excommunicat hæreticos atq; ſchiſmaticos & omnes impios, & in fine mundi mittet angelos. & colligēt omnia ſcandala de regno eius. *Sancta glorificauit, & multiplicauit va. ſanct.* cum religionem noui teſtamenti ordinabiliter & rite in eccleſia ſua ſeruare facit, & multiplicat numerum credentium ac bene operantium: quia ipſi ſunt vaſa ſanctorum apta in miniſterium Dei ad accipiendum diuina chariſmata & dona ſancti ſpiritus.

Myſtice. a *Et audi. eſt &c.* Quod Simone ſacerdotium accipiente, diuerſæ gentes ad eum legatos mittunt, rogantes ea, quæ pacis ſunt, ſignificat, ꝙ apoſtolis atq; doctoribus noui teſtamēti poſt paſſionem Chriſti, et reſurrectionem atq; aſcenſionē ad cęlos, Euangelium in mundo prædicantibus, multitudo gētiū ad fidē confluxerit, & pacē magnopere cum eccleſia habere poſtulauerit, mittētes epiſtolas hoc eſt ſecreta cordis ſui per confesſionem illis patefacientes, quatenus uerbum ueritatis accipiendo regulam iuſtitiæ ab eis ediſcerent. Tabulę ęreæ ſignificāt memoriale perpetuum. Scriptum eſt.n. In memoria æterna erit iuſtus, ab auditione mala non timebit. (Pſal.111.b) Aeris quippe metallum diu durabile eſt atq; ſonorum, ſic amicitia atq; ſocietas ſanctorum firmisſimum atq; clarisſimum manſionis ſuæ habet ſtatum.

b *Poſt hoc autem &c.* Simō Romanis clypeum aureum, habētem pondus mnarum mille ad ſtatuēdam cum eis ſocietatē, ſignificat doctores ſanctos in prædicatione Euangelij gentibus promittere regnū cęleſte, & æternam beatitudinem ſi fidē Chriſti recipere uoluerint Euangelicamq; doctrinam vſq; in finem uitæ ſeruare. Clypei.n. rotunditas, & auri ſplendor, necnon & millenarij numeri perfectio, per figurā æternæ quietis coronam ſignificāt.

c *Et ſtatuerunt ei libertatem &c.* Ebul mēſis eſt ſextus apud Hebræos, qui apud Græcos dr̄ γοςπεισε apud latinos uero ſeptēber, ſed diſpari ordine numerorum propter diuerſas inchoationes annorum, quæ apud ſingulas gentes exiſtūt. Nam hebræi, qui primum menſem habent Niſen, hoc eſt aprilem in ſexto loco habent ſupra memoratum Ebul. Græci autem, q ſuum annum inchoant a primo menſe eorum aprileos, hoc eſt a kalendis decembribus, decimum menſem habent Gorpeium, Latini autem, qui antiquitus primordium anni ſui a kalendis Martijs habuere, ſeptembrem ſeptimum menſem computauerunt.

a Et auditum eſt Romæ, quia defunctus eſſet Ionathas, & uſq; in Sparciatas, & contriſtati ſunt ualde. Vt audierunt autē, ꝙ Simō frater eius factus eſſet ſummus ſacerdos loco eius, et ipſe obtineret oēm regionē et ciuitates in ea, ſcripſerūt ad eū tabulis æreis, ut renouarēt amicitias & ſocietatem quā fecerāt cum Iuda & cum Ionatha fratribus eius. Et lectę ſunt in cōſpectu eccleſię in Ieruſalē. Et hoc exemplū epiſtolarū quas miſerūt Sparciatæ. Spartianorū principes & ciuitates. Simoni ſacerdoti magno & ſenioribus & ſacerdotibus, & reliquo populo Iudęorū fratribus ſalutem. Legati qui miſſi ſunt ad populum noſtrum nuntiauerūt nobis de veſtra gloria & honore & lætitia, & gauiſi ſumus in introitu eorum. Et ſcripſimus, quę ab eis erāt dicta in cōcilijs populi ſic: Numenius Antiochi, & antipater Iaſonis filius, legati Iudęorū venerūt ad nos, renouantes nobiſcum amicitiā priſtinā. Et placuit populo excipere viros glorioſe, & ponere exēplum ſermonū eorū in ſegregatis populi libris, vt ſit ad memoriā populo Sparciatarū. Exēplū autem horum ſcripſimus Simoni magno
b ſacerdoti. Poſt hæc autē miſit Simō Numeniū Romam habentē clypeum aureum magnum pōdo mnarum mille, ad ſtatuēdā cum eis ſocietatē. Cum autē audiſſet populus Romanus ſermones iſtos, dixerunt: Quā gratiarum actionē reddemus Simoni & filiis eius? Reſtituit.n. ipſe fratres ſuos et expugnauit inimicos Iſrael ab eis.
c Et ſtatuerūt ei libertatē, & deſcripſerunt in tabulis ęreis, & poſuerunt in titulis in mōte Sion. Et hoc eſt exēplum ſcripturæ. Octauadecima die mēſis Ebul, anno cēteſimo ſeptuageſimoſecundo, et anno tertio ſub Simone ſacerdote magno in Aſſaremel in cōuētu magno ſacerdotum & populi & principum gētis, & ſeniorū regionis nota facta ſunt hæc. Qm̄ frequenter facta ſunt prēlia in regione noſtra. Simon autē Matathię filius ex filiis Iarib, & fratres eius dederūt ſe periculo, et reſtiterunt aduerſariis gentis ſuę, ut ſtarent ſancta ipſorum, & lex, & gloria magna glorificauerunt gentem ſuam. Et congregauit Ionathas gentem ſuam, & factus eſt illis ſa-

¶ a Et auditum eſt Romæ. *Hic conſequenter deſcribitur renouatio amicitiæ, & primo ſcribētibus extraneis, & ſecundo, ſcribentibus Iudæis, ibi: Poſt hoc autem. Circa primum dicitur:* Et audi. eſt Rom. *Et patet vſque ibi:*

Diuiſio. b Scripſerunt. *Vbi ponitur ſcriptura Romanorum de renouatione amicitiæ cum Iudæis, quam fecerunt cum Iuda, vt habetur ſupra capit. octauo. & cum Ionatha. xij. ca. ſecundo ponitur ſcriptura Spartiatarum de renouatione amicitiæ cum Iudæis: cum dicitur:*

c Spartianorum principes & ciuitates: *id eſt ciuitatum rectores:*

d Nuntiauerunt nobis de ueſtra gloria & honore. *ex aduerſariorum ueſtrorum debellatione, & reſtitutione libertatis, & pacis conſecutione.*

e Et ſcripſimus, quæ ab eis &c. *id eſt in libris autenticis, in quibus erant ſcripta populi decreta. Et ſequitur forma ſcribendi: cum dicitur:* Numenius Antiochi & an. ia. fi. &c.

f Ponere exemplum ſermonum eorum &c. *i. in libris ad partem diligentiſſime reſeruatis.*

g Poſt hæc autem. *Hic conſequenter ponitur renouatio amicitiæ per nuncios Iudæorum. Et patet litera vſque ibi:*

h Quam gratiarum actionem. *quaſi dicant, non ſolum reddendæ ſunt ſibi gratiæ & honores pro amicitia quam a nobis requiſiuit, & propter xenium notabile, quod miſit, ſed etiam propter eius probitates quibus aduerſarios populi ſui viriliter expugnauit.*

i Et ſtatuerunt ei libertatem. *ab omni tributo.*

k Et deſcripſerunt in tabulis æreis. *& ad memoriam in futuro.*

l Et poſuerunt. *ſ. Iudæi tabulas illas.*

m In titulis. *Id eſt cum alijs ſcriptis ad memoriam reſeruatis.*

Diuiſio. n Et hoc exemplum. *Hic conſequenter deſcribitur pontificalis dignitas Simoni & eius hæredibus conſtituta ab omni populo Iudæorum per ſcripturam autenticam uel decretum, de quo dicitur:* Et hoc eſt exemplum. *Circa quam conſtitutionem primo per modum cuiuſdam prologi ponitur tempus, cum dicitur:*

o Octauadecima die menſis Eb. an. *Id eſt Auguſti.*

p Anno centeſimoſeptuageſimo ſecundo, *regni Græcorum.*

q Et anno tertio ſub Simone ſacerdote magno. *Et ſic patet, quòd deſcriptio huius inſtitutionis vel decreti facta eſt valde ſolenniter, ſcilicet per tempora regum & pontificum, ſicut prædicatio Beati Iohannis Baptiſtæ Luc. tertio.*

r In conuentu magno ſacerdotum po. *in quo deſcribitur notabilis cœtus populi.*

ſ Simon autem Matathiæ. *Hic ſecundo conſequenter deſcribitur multiplex ratio, propter quàm pontificalis dignitas conceſſa eſt Simoni & eius filijs, cum dicitur:* Simon autem Matathiæ filius, ex filiis Iarib: *Fuit enim iſte Matathias ſacerdos de ſorte ſeu vice Iarib, ſicut dictum eſt ſupra capite ſecundo, ſicut Zacharias pater Iohannis dicitur, de uice Abia, Luca primo.*

t Dederunt ſe periculo. *ut patet ex prædictis.*

u Vt ſtarent ſancta ipſorum. *id eſt templum.*

x Et lex. *quam uolebat Antiochus abolere.*

y Et gloria magna. *i. diuinus cultus quem volebat deſtruere. Cætera patent ex prædictis uſque ibi:*

*Et ſu-* ¶ Tunc



A a *Et ſuſ. Si. & pl. ei ut ſum. ſa. fu. &c. in pe.* περίβολος Græce dr̄ murus atrij domus dn̄i, qui totum templum per quadrum ambiebat in circumitu: ſicut beatus Hiero. in expoſitione Ezechielis prophetæ libr. xiij. oſtendit. (Ezech.42.b) In loco ergo celebri atrij interioris domus dn̄i ponebantur tabulæ æreæ, in quibus confirmatum fuerat per ſcripturam ſacerdotium Simonis & filiorum eius. Myſtice autem Chriſti ſacerdotium & filiorum eius, hoc eſt populi Chriſtiani in atrio domus dn̄i, hoc eſt in p̄nti eccleſia ſcriptura teſtificante confirmatur, & in oībus Gentibus ſtabile & perpetuum eſſe declaratur. Vnde eſt illud quod in Pſal. ſcriptum eſt: Iurauit dn̄s, & non pœnitebit eū, tu es Sacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech. (Pſal.109.a) Et iterū: Semel (inquit) iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar. ſemen eius in æternum manebit. (Ibid.88.c) Et ſedes eius ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in æternum & teſtis in cælo fidelis &c. Hominū conſuetudo eſt frequenter iurare, vt eis poſſit aliquis credere. Deus.n. ſemel iurauit, quia nulla uarietate tpis immutatur. (Deus quare per ſe & non per alium iurat.) Iurare.n. illius diximus eſſe uentura promittere. Nam eius ſe religioni conſtringit, qui non habet fortiorem. Dicit ēt in ſancto ſuo. i. in Chriſto qui dixit: Cuſtodi animā meam qm̄ ſanctus ſum. (Pſal.85.a) Addit quoq;. Si Dauid mentiar̄, ſi negatiue poſitum eſt, quod etiam cōis vſus habet. B Semen Chriſti ſūt omnes qui ei fideli mente crediderint, quia in ipſis futurum regnum ſeminatum eſt, quod futura meſſis oſtendit. Sicut & in uiceſimo primo pſalmo ipſe dicit: Semen meum ſeruiet illi. (Pſal.21.g) Manebunt ergo ſancti in æternum, qui in excellenti ac beata conuerſatione demorantur. vnde illos ꝓprie manere non dicimus, qui a regno dn̄i repelluntur. Thronus autem Dei hic intelligenda eſt anima fidelis, in qua reuera incidet, qm̄ eam maieſtatis ſuæ illuminatione cōpleuerit. Sic.n ſcriptum eſt: Sedes ſapię anima iuſti. (Sap.7.d ſecundum alia literā.) Addidit: Sicut ſol in conſpectu meo. Lucida quippe erat anima illa iuſti, quam ſedem diximus Saluatoris. Dicendo aūt ſicut ſol comparationem rerū uiſibilium facit. Nam ſi magnū eſt de creatura clareſcere, multo melius de creatore lucere. Luna perfecta ſigñat tranſmutationem corporum de corruptione in incorruptionem. Tunc.n. perfecta erit corporum noſtrorū natura, qm̄ mortalitas uel corruptio iā non erit ulla. Quòd .n. ipſa luna quæ creſcit & decreſcit, carnis humanæ mutabilitatem ſignificet, in multis ſcripturarū locis demonſtrari poteſt. Hæc quidem teſtimonia de Pſalmis poſuimus ad oſtendendum ueri Simonis firmiſſimum & ſempiternum eſſe ſacerdotium.

cerdos magnus, & appoſitus eſt ad populum ſuum. Et uoluerūt inimici eorum calcare ſancta & atterere regionem ipſorum, & extendere manus in ſancta ſanctorum. Tunc reſtitit Simon, & pugnauit pro gente ſua, & erogauit multas pecunias, & armauit uiros uirtutis gentis ſuæ, & dedit eis ſtipendia, & muniuit ciuitates Iudæ & Bethſuram quæ erat in finibus Iudæ, ubi erant arma hoſtium antea, & poſuit illic præſidium uiros Iudęos. Et Ioppen muniuit quæ erat ad mare, & Gazaram quę eſt in finibus Azoti, in qua hoſtes antea habitabant, & collocauit illic Iudæos, & quæcunque apta erant ad correptionem eorum poſuit in eis. Et uidit populus actum Simonis & gloriam quam cogitabat facere genti ſuæ, & poſuerunt eum ducem ſuum & principem ſacerdotum, eo quòd ipſe fecerat hæc omnia, & iuſtitiam & fidem quam conſeruauit genti ſuæ: & exquiſiuit omni modo exaltare populum ſuum. Et in diebus eius proſperatum eſt in manibus eius, ut tollerentur gentes de regione ipſorum, & quæ in ciuitate Dauid in Ieruſalem erant in arce: de qua procedebant & contaminabant omnia quę in circumitu ſanctorum ſunt, & inferebant plagam magnam caſtitati. Et collocauit in ea uiros Iudęos ad tutamentum regionis & ciuitatis: & exaltauit muros in Ieruſalem. Et rex Demetrius ſtatuit illi ſummum ſacerdotium. Secundum hæc fecit eum amicum ſuum, & glorificauit eum gloria magna. Audiuit enim, quòd appellati ſunt Iudæi a Romanis amici & ſocij & fratres: & quia ſuſceperunt legatos Simonis glorioſe: & quia Iudæi & ſacerdotes eorum conſenſerūt eum eſſe ducem ſuum, & ſummum ſacerdotem in æternum, donec ſurgat propheta fidelis, & ut ſit ſuper eos dux, & ut cura eſſet illi pro ſanctis, & ut conſtitueret præpoſitos ſupra opera eorum, & ſuper regionem, & ſuper arma & ſuper præſidia, & cura ſit illi de ſanctis, & ut audiatur ab omnibus, & ſcribantur in nomine eius omnes conſcriptiones in regione, & ut operiatur purpura & auro, & ne liceat ulli ex populo & ex ſacerdotibus irritum facere aliquid horum, & contradicere his quę ab eo dicuntur, aut conuocare conuentum in regione ſine ipſo, & ueſtiri purpura & uti fibula aurea. Qui autem fecerit extra hæc, aut irritum fecerit aliquid horum, reus erit. Et complacuit omni populo ſtatuere Simonem: & facere ſecundum uerba iſta. Et ſuſcepit Simon, & placuit ei ut ſummo ſacerdotio fungeretur: & eſſet dux & princeps gentis Iudæorū & ſacerdotū: & prēeſſet oībus. Et ſcripturā iſtam decreuit ponere in tabulis æreis: & ponere eas in peribolo ſanctorū in loco celebri. Exemplum autē eorū ponere in ærario: ut hēat Simon & filii eius.

¶ a Tunc reſtitit Simon: *vt p̄tet ex prædictis ca. præcede.*

b Et erogauit pecunias multas. *de ſubſtantia ſua pro ſua gente defendenda.*

c Et quæcunque apta erant ad cor. eorum: *Id eſt ad repreſſionem aduerſariorum: ut baliſtas arcus & conſimilia.*

d Et uidit populus. *Hic tertio cōſequenter ponitur dictæ conſtitutionis ſiue inſtitutionis actus. cum dicitur:* Et uidit populus actum Simonis. *i. eius facta ualde notabilia.*

e Et po. *Supra. ca. præcede. poſuerunt eum ducem ſuum, pro perſona ſua & ſimplici uerbo. hic autem poſuerūt eum ducem & pontificē, non ſolum pro ſe, ſed pro poſteritate ſua. & hoc firmauerunt immutabili decreto. Cætera patent uſq; ibi:*

f Et inſe. pla. ma. *i. munditiæ templi & cultus diuini: & quia mulieres Hebręas rapiebant aliquando, illis abutentes.*

g Et rex Deme. &c. *capit. pręce.*

h Audiuit.n. quòd ap. ſunt Iu. *i. non ſolum honorauit eum ex amore, vt ab eo iuuaretur, vt dictum eſt capitulo præcedenti: ſed ne a Romanis puniretur ſi oſtenderet ſe aduerſarium Simoni & Iudæorum genti.*

i Et quia Iu. & ſa. &c. *Repetitio eſt eiuſdem quod præmiſſum eſt, ad maiorem affirmationem.*

k In æternum. *Id eſt pro ſe & ſua poſteritate.*

l Donec ſu pro. fi. *i. Meſſias a Iudæis expectatus, & propheta eis promiſſus Deut. xviij. c. Prophetā ſuſcitabo eis &c. & tunc eſt adimpletum, quia filij Simonis tenuerunt principatum & ſacerdotium vſq; ad Herodem Aſcalonitam, cuius tempore natus eſt Chriſtus Mat. ij. qui eſt rex & Sacerdos in æternum.*

m Et vt ſit ſuper eos dux. *in regimine temporalium.*

n Et ut cu. eſſet illi pro ſanctis. *in regimine ſpiritalium.*

o Et conſtit. præpo. *ſub ſe in utroque regimine.*

p Et ſuper arma & ſu. *ut nullus moueat bellum ſine eius licentia.*

q Et ut audiatur ab omnibus. *id eſt ei obediatur in omnibus.*

r Et ſcribantur &c. *id eſt acta publica, dicendo: Actum anno tali Simonis.*

ſ Et ut operiatur purpura & auro. *id eſt veſtibus auro textis, vel aurea corona.*

t Et ne li. *Hic quarto ponitur dictæ conceſſionis confirmatio, cum dicitur.* Et ne liceat ulli. *de populo cuiuſcunque conditionis aut ſtatus.*

u Irritum fa. ali. ho. *& ſubditur conſequenter pœna tranſgreſſorum, cum dicitur:*

x Qui au. fe. con. hæc &c. reus *e. ſ. mortis uel alterius pœnę ſecundum modum & quātitatem culpę.*

y Et com. omni populo. *dicta ordinatio. Et quia ad hoc requirebatur conſenſus Simonis, ſubditur.* Et ſuſcepit Simon &c.

z Et ſcri. iſtam decreuit ponere in t. ær. *ad perpetuam memoriam.*

a Et ponere eas in peri. ſan. *Id eſt in muro cingēte templum. Aperi quod eſt circum.*

b Exemplum autem eo. pon. in ærar. *Id eſt in loco magis publico.*

c Vt habeat Simon & filij eius. *Id eſt uideant cum uoluerint.*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## GLOS. ORDIN. CAP. XV.

E ET miſit rex &c. Antiochus hic qui Aſſidetes cognominatus eſt, filius fuit Demetrij Sotheris, frater aũt Demetrij† minoris, qui poſt Alexãdrum Philobalẽ regẽ in Syria regnauit. Demetrius aũt Sother poſt Antiochum Eupatorem, filium Antiochi Epiphanis, ut Chronicon Euſebij & Hieronymi teſtatur, regnauit annis.xij. Poſt quem Alexãder Philopal⁹ annos regnauit. x. Poſt hũc Demetrius filius Demetrij annos tres, qui captus a Parthis in Hircania ab Arſacide rege retrudiť. Poſt quem Antiochus Aſſidetes frater eiuſdẽ Demetrij tenuit regnum Annis.xiiij. Poſt cuius interitum iterum reſtituitur Demetrio, quod poſtea tenuit annis.iiij. Qualiter aũt Demetrio & Antiocho fratribus regni ſucceſſus ꝓueniret. non graue uideri dẽt lectori, ſi aliqua hinc de hiſtoria Põpei Trogi intromittamus: Qui in li.xxxvi. de hoc ita refert: Igiť Antiochus memor, ꝙ & pater ꝑꝑ ſuperbiam inuiſus, & frater ꝑꝑ ſegniciẽ contemptus fuiſſet, ne in eadem uitia incideret, recepta in matrimonium Cleopatra vxore fratris, ciuitates quæ in initio fraterni imperij defecerant, ſumma induſtria perſequitur, domitaſque rurſus regni terminis adiecit. Iudæos quoq; qui a Macedonico imperio ſub Demetrio patre armis ſe in libertatem uendicauerant, ſubegit: Quorum uires tantæ fuere, vt poſt hæc nullum Macedonum regem tulerint, domeſticiſq; imperijs uſi Syriam magnis infeſtauerint bellis. Item in li.xxxviii. atque.xxxix. priori narrationi ſuæ iſta

F ſubnectit. Namq; Demetrius ſicut. ſupra dictum eſt, cum bellum Parthis intuliſſet, multiſq; congreſſionibus uictor fuiſſet, repente inſidijs circumuẽtus, amiſſo exercitu capitur, cui Arſacides in Hircania non cultum tm̃ regiũ præſtitit, ſed & filiam in matrimoniũ dedit, regnumq; Syriæ quod per eius abſentiam Triphon occupauerat, reſtituturum ꝓmittit. Poſt huius mortẽ deſperato reditu, non ferens captiuitatẽ Demetrius, priuatã, & ſi opulentã uitã pertęſus, tacitus in regnum fugam meditatur. Hortator illi & comes Gallimander amicus erat, qui poſt captiuitatem eius a Syria per Arabiæ deſerta ducib. pecunia comparatis Partico habitu Babylonem peruenerat. Sed effugientẽ Phrahartes qui Arſacidę ſucceſſerat, equitum celeritate per cõpendioſos tramites occupatũ retrahit. Vt eſt deductus ad regem, Gallimandro quidem non tm̃ uenia uerumetiã præmium fidei datum: Demetrium autẽ grauiter caſtigatũ ad coniugẽ in Hircaniã remittit, arctioribusq; cuſtodiis obſeruari iubet. Interiecto tp̃e cũ fidẽ illi ẽt ſuſcepti liberi facerent, eodẽ amico comite repetita fuga eſt. Sed pari in fœlicitate prope fines regni ſui deprehenditur, ac denuo perductus ad regẽ, ut inuiſus a conſpectu ſubmouetur. Tunc quoq; uxori & liberis donatus in Hircaniam pęnalem ſibi ciuitatem remittitur, taliſq; aureis in exprobrationem puerilis leuitatis donatur. Sed hanc Parthorum tam mitem in Demetrium clementiam nõ mia gentis faciebat, nec reſpectus cognationis, ſed ꝙ Syriæ regnũ affectabãt, uſuri Demetrio aduerſus Antiochum fratrẽ, prout res vel tp̃s vel fortuna belli exegiſſet. His auditis Antioch⁹ occupandũ bellum ratus, exercitum quem multis finitimorũ bellis indurauerat, aduerſus Parthos ducit: Sed luxuriæ non minor apparatus q̃ militiæ fuit. Quippe octo milia armatorũ ſecuta ſunt trecenta milia lixarum, e quib. cocorũ piſtorumq; maior numerus fuit. Argenti certe auriq; tm̃, ut ẽt gregarii milites auro caligas figerent, proculcarentque materiam cuius amore populi ferro dimicant. Culinarum quoq; argentea inſtrumenta fuere prorſus, quaſi ad epulas non ad bellum pergerent. Aduenienti Antiocho multi orientales reges occurrere tradentes ſe regnaq; ſua cum execratione ſuperbiæ Parthicæ. Nec mora congreſſioni fuit: Antiochus tribus prælijs uictor cum Babyloniam occupaſſet, magnus haberi cœpit. Itaq; ad eum omnibus populis† defluentib. nihil Parthis reliqui præter primos fines fuit. Tum Phrahartes Demetrium in Syriam ad occupandum regnum cum Parthico preſidio mittit, vt eo pacto Antiochus ad ſua tuenda a Parthia reuocaretur. Interim quoniã uirib. nõ poterat, inſidijs Antiochum ubiq; tẽtabat. ꝑꝑ multitudinem hominum oẽm exercitum Antiochus per ciuitates in Hiberna diuiſurus erat, quę res exitij cauſa fuit. Nam cum grauari ſe copiarum præbitione & iniurijs militum ciuitates uiderent, ad Parthos deficiunt, & in die ſtatuta oẽs apud ſe diuiſum exercitum per inſidias, ne inuicem ferre auxilia poſſent, aggrediuntur. Quæ cum nunciata Antiocho eſſent, auxilium proximis laturus cum ea manu quæ ſecum hyemabat, ꝓgreditur. In itinere obuiũ regẽ Parthorum habuit, aduerſus quẽ fortius q̃ exercitus eius dimicauit. Ad poſtremum tñ cum uirtute hoſtes uincerent, metu ſuorum deſertus occidiť. Cui Phrahartes exequias regio more fecit, filiamque Demetrij quam ſecum Antiochus adduxerat, captus amore uirginis uxorem duxit. Pœnitere deinde dimiſſi Demetrii cœpit: ad quem ☞ retrahen-

*Marginal notes:* † iunioris — *Pompeius trogus.* — *Myſtice* — † deficientibus — G

## CAP. XV.

ET miſit rex Antio- a
chus filius Deme-
trij epiſtolas ab in b
ſulis maris Simoni
ſacerdoti & princi
pi gentis Iudæorum & uniuerſæ gẽ
ti, & erant cõtinentes hunc modũ:
Rex Antiochus Simoni ſacerdoti
magno & Genti Iudæorum ſalutẽ.
Quoniã q̃dem peſtilentes obtinue c
rũt regnũ patrũ noſtrorũ, uolo au-
tem uendicare regnum, & reſtitue-
re illud ſicut erat antea, & electã fe
ci multitudinem exercitus, & feci
naues bellicas. Volo autem ꝓcede-
re per regionem, ut ulciſcar in eos,
qui corruperunt regionẽ noſtrã, &
qui deſolauerũt ciuitates multas in
regno meo. Nunc ergo ſtatuo tibi d
omnes oblationes quas remiſerunt
tibi ante me oẽs reges, & quæcũq;
alia dona remiſerũt tibi, & permit- e
to tibi facere percuſſurã ꝓprij nu-
miſmatis in regione tua. Ieruſalem
autem ſanctam eſſe & liberã, & oĩa
arma quæ fabricata ſunt, & ꝓ̃ſidia
quæ cõſtruxiſti, quæ tenes, maneãt
tibi. Et omne debitũ regis & quę fu
tura ſunt regi, ex hoc & in totũ tem
pus remittuntur tibi. Cũ aũt obti- f
nuerimus regnũ noſtrum, glorifica
bimus te, & gẽtẽ tuã, & templũ glo
ria magna, ita ut manifeſtetur glo-
ria ueſtra in uniuerſa terra. Anno g
centeſimo ſeptuageſimo quarto,
exijt Antiochus in terrã patrũ ſuo-
rum, & cõuenerunt ad eũ oẽs exer-
citus, ita ut pauci relicti eſſent cum
Triphone. Et inſecutus eſt eũ An-
tiochus rex, & uenit Dorã fugiens
per maritimã. Sciebat enim, ꝙ con
gregata ſunt in eũ mala: & reliquit
eũ exercitus. Et applicuit Antioch⁹
ſup Dorã cũ centũ uiginti milibus h
uirorum bellatorum & octo mili-
bus equitum. Et circumiuit ciuita i

## NIC. DE LYRA. CAP. XV.

ET miſit rex. *Hic conſequenter deſcribitur ducatus Simonis ſub Antiocho vltimi Demetrij filio. & diuiditur in duas partes. quia primo deſcribitur hmõi ducatus. ſecundo ipſius Simonis obitus, circa mediũ ſe. ca. ibi: Et Ptolemæus &c. Prima in tres: quia primo ponitur Antiochi cũ Simone confœderatio. ſecundo fęderis ruptio, ibi: Antiochus autem. tertio ruptionis punitio, in principio ſequ. c. Prima adhuc in tres. nam primo ponitur dicta confœderatio. ſecundo Triphonis inſecutio, ibi: Anno cente. &c. tertio cuiuſdam ſuperius dicti declaratio, ibi: venit autem. Prima in duas: quia primo ponit ſcriptura confœderationis motiuum. ſecundo, fœderis modum, ibi: Nunc ergo. Circa primum dicitur:*

*Marginal notes:* Diuiſio — H

a Et mi. &c. *Ioſephus dicit ipſum fuiſſe fratrẽ eius: ſed dicto Ioſephi non eſt credendũ cõtra autoritatẽ huius libri, vt ſupra dictũ eſt.* (*margin:* Ioſephus)

b Epi. ab. *adhuc. n. non obtinebat regnũ Syriæ. ideo quærebat confœderari cum Simone.*

c Quoniam qui. pe. *ſ. Triphon & ei adhærentes. Cætera patent.*

d Nunc er. *Hic conſequenter ponitur confœderationis modus, cum dicitur:* Nunc er. *.i. gratias & conceſſiones regũ præcedentiũ.*

e Et pe. ti. &c. *Hoc addit ad conceſſiones regum præcedentium. Cætera patent uſque ibi:*

f Cum au. ob. *vbi fit promiſſio de futuro, quę tamen non fuit impleta, vt habetur infra: nã obtento regno alienauit ſe a Simone, & iõ tales promiſſiones videbantur ſimulatoriæ, quo uſque eſſet in regni poſſeſſione.*

g Anno cen. *Poſita fœderatione cum Simone, hic conſequenter ponitur inſecutio Triphonis a rege. & patet litera uſque ibi:*

h Cum cen. ui. *ſcilicet peditum.*

i Et cir. *ponẽs in circuitu eius obſidionẽ a parte terræ & naues a mari,* ¶ *acceſſerunt*

### MORALITER.

✻ a *Et mi. r.* Per iſtũ Antiochũ qui anteq̃ obtineret patris ſui regnũ ſcripſit ep̃las amicabiles Simoni, ut ab ipſo haberet auxilium, & poſtea obtento regno alienauit ſe ab eo, & afflixit eum, ſignatur quilibet fraudulentus qui poſitus in neceſſitate humiliat ſe corã illis qui p̃nt eũ iuuare, ſed cum inualuerit eis malefacit q̃tum põt. ✻ *Et miſit ad*



A ☞ retrahendum cũ turmas equitũ feſtinato miſiſſet, Demetrium hoc ipſum metuẽtẽ iã in regno miſſi inuenerunt, fruſtraq; oĩa conati ad regẽ ſuũ reuerſi ſunt. Antiocho in Parthia cum exercitu deleto, frater eius Demetri⁹ obſidione Parthorum liberatus ac reſtitutus in regnum, cum oĩs Syria in luctu ꝑꝑ amiſſum exercitũ eſſet, quaſi Parthica ipſius ac fratris bella q̃b. alter captus, alter occiſus erat, ꝓſpere geſſiſſent, ita Aegypto bellũ inferre ſtatuit regnũ Aegypti Cleopatra ſocru ꝑ̃ciũ auxilij aduerſus fratrẽ ſuum pollicente. Sed dũ aliena affectat (vt aſſolet fieri) ꝓpria per defectionẽ Syriæ amiſit. Si q̃dem Antiochẽſes primi duce Triphone execrãtes ſuperbiã regis quæ cõuerſatione crudelitatis Parthicæ intolerabilis facta erat, mox Apenenij cetereque ciuitates exẽplũ ſecutæ per abſentiã regis a Demetrio deficere. Ptolemæus quoq; rex Aegypti bello ab eodẽ petitus, cũ cognouiſſet Cleopatrã ſororẽ ſuã opib. Aegypti nauib. impoſitis ad filiã & Demetriũ g̃num ſuũ in Syriã ꝓfugiſſe, immittit iuuenẽ quendã Aegyptiũ, Protarchi negotiatoris filiũ, qui regnum Syrię & armis peteret, & compoſita fabula quaſi per adoptionẽ Antiochi regis receptus in familiã regiã eſſet: nec Syriis quẽlibet regẽ aſꝑnantib. ne Demetrij ſuꝑbiã paterenť, nomen

B iuueni Alexãder imponiť, auxiliaq; ab Aegypto ingentia mittũtur. Interea corpus Antiochi interfecti a rege Parthorũ in loculo argẽteo ad ſepulturã in Syriã remiſſum ꝑuenit. Q̃d cũ ingenti ſtudio ciuitatum & regis Alexandri ad cõfirmandã fabulæ fidẽ excipiť: quæ res illi magnũ fauorem popularium cõciliauit, oĩbus non fictas in eo ſed veras effundi lachrymas exiſtimãtib. Demetrius aũt uictus ab Alexandro, cũ undiq; circunſtãtib. malis ꝑ̃mereť, ad poſtremũ ẽt ab uxore filiiſq; deſeriť. Relictus igiť cũ paucis ſeruulis, cum Tyrũ religione ſe tẽpli defenſurus petiſſet, naui egrediẽs præfecti iuſſu interficiť. Prædictis aũt cauſis exiſtẽtib. rex Antiochus q̃a cõmotus eſt vndiq; ab aduerſantib. variis, quaſi blandiẽs per ep̃las loquiť Simoni, quatenus ſibi eũ conciliet ne maiori multitudine hoſtiũ oppreſſus uim ſufferre non poſſet.

a *Et mi. ad e. &c. ſed ir. om. &c.* diuerſas calumnias per Athenobiũ miſſum ſuũ falſo opponens illi quaſi inuaſor eſſet iuris alieni, indicẽs inſuꝑ ei tributum de poſſeſſa hæreditate. Sed Simon inimico talia poſtulanti huiuſmodi uerba reſpondit:

b *Neq; al. t. ſu. &c.* Quod Antiochus poſſeſſas per prælia ciuitates a Simone repetit, ſig̃at antiquum hoſtẽ ſꝑ ſanctorum uirtutib. inuidere, & iniuſto ſeruitio ſibi eos ſubiugare uelle, ſed eas Simon ſpiritalis ſibi uendicando ſui iuris eſſe dixit ac patrum ſuorum hr̃ditatẽ, nec ullã ibi hoſtem habere debere com ☞ munionem

*Marginal notes:* Myſtice — C

tem, & naues a mari acceſſerũt, & uexabant ci- a
uitatem a terra & mari, & neminem ſinebant
ingredi uel egredi. Venit aũt Numenius & qui b
cum eo fuerant ab urbe Roma, habẽtes epiſto
las regibus & regionibus ſcriptas, in quibus cõ
tinebantur hæc: Lucius conſul Romanorum, c
Ptolemæo regi ſalutem. Legati Iudęorum uene d
runt ad nos amici noſtri renouantes priſtinam
amicitiam & ſocietatem, miſſi a Simone prin-
cipe ſacerdotum & populo Iudæorum. Attule
runt aũt & clypeum aureum mnarum mille.
Placuit itaq; nobis ſcribere regibus & regioni-
bus: ut non inferant illis mala, neq; impugnẽt
eos & ciuitates eorum & regiones eorum: & ut
non ferant auxiliũ pugnantibus aduerſus eos.
Viſum eſt aũt nobis ab eis accipere clypeum. Si e f
qui ergo peſtilentes fugerint de regione ipſo-
rum ad uos, tradite eos Simoni principi ſacer- g
dotũ, ut uindicet in eos ſecundũ legẽ ſuã. Hæc h
eadem ſcripta ſunt Demetrio regi & Attalo & i
Arabæ & Arſaci: & in oẽs regiones & Sanſamæ
& Spartanis & Delo & Mydo & Sidoni & Ca-
riæ & Samum & Pamphyliam & Lyciã & Ali-
carnaſim & Rhodum & Phaſelida & Choo &
Sidem & Arado & Gortinã & Cnidum & Cy-
prum & Cyrenem. Exemplum aũt eorum ſcri- k
pſerunt Simoni principi ſacerdotũ & populo
Iudæorum. Antiochus aũt rex applicuit caſtra l
in Doram ſecundo admouens ei ſemp manus m
& machinas faciens: & concluſit Triphonẽ ne
procederet. Et miſit ad eum Simon duo milia n
uirorum electorum in auxiliũ & argentum &
aurũ & uaſa copioſa: & noluit ea accipere, ſed
rupit omnia quæ pactus eſt cũ eo antea, & alie
a nauit ſe ab eo. Et miſit ad eũ Athenobiũ unum o
de amicis ſuis, ut tractaret cum ipſo dicens:
uos tenetis Ioppen & Gazaram & arcem quæ
eſt in Ieruſalem ciuitates regni mei: fines earũ p
deſolaſtis: & feciſtis plagam magnam in terra, q
& dominati eſtis per loca multa in regno meo:
Nunc ergo tradite ciuitates quas occupaſtis: &
tributa locorum quibus dominati eſtis extra fi
nes Iudęæ. Sin autem, date pro eis quingenta ta
lenta argẽti, & exterminij quod extermінaſtis, r
& tributorum ciuitatum alia talẽta quingenta.
Sin autẽ ueniemus & expugnabimus uos. Et ue
nit Athenobius amicus regis in Ieruſalem, &
uidit gloriam Simonis & claritatem in auro &
argẽto, & apparatum copioſum & obſtupuit, ſ
& retulit ei uerba regis. Et reſpondit ei Simon,
b & dixit ei: Neq; alienam terrã ſumpſimus, ne-
que alienã detinemus: ſed hæreditatem patrũ
noſtrorum quæ iniuſte ab inimicis noſtris ali-
quo tempore poſſeſſa eſt. Nos uero tempus ha
bentes uendicamus hæreditatem patrum no-
ſtrorum. Nam de Ioppe & Gazara, quæ expo-
ſtulas, ipſi faciebãt in populo plagam magnã,
& in regione noſtra: horum damus talẽta cen-
tum. Et non r̃ndit ei Athenobius uerbũ. Reuer t
ſus autem cum ira ad regem renunciauit ei uer

## NIC. DE LYRA.

¶ *acceſſerunt, & ſic fuit obſeſſa ciuitas per terram & per mare.*

a Et uex. ci. *telis & machinis:* (*margin:* Diuiſio)

b Venit autem. *Hic ponitur cuiuſdam ſupradicti declaratio. Dictum enim fuit capitulo præcedenti ꝙ ſtatuerunt Romani Simoni libertatem, & deſcripſerunt in tabulis æreis, & non fuit ibi dictum quis eſſet tenor illius ſcripturæ, & quis fuit nuncius: ideo hic declarantur iſta, & primo quantum ad nuncium cum dicitur:* Venit autem Numenius & qui cũ. *ſecundo quantum ad ſcripturę tenorem, cum dicitur:*

c Lucius con. Ro. *Tunc. n. Romana ciuitas per conſules regebatur:*

d Ptolemæo re. *ſ. Aegyptij. Cætera patent uſque ibi:*

e Viſum eſt au. no. ac. ab eis cly. *in fęderis & amicitiæ ſignum.*

f Si qui ergo peſtilentes. *Iudæi.*

g Vt uin. in eos ſecun. le. ſuam. *inferendo debitam pœnam.*

h Hæc ea. ſcri. ſunt &c. *ſ. Syriæ, Ex quo patet, ꝙ iſtud ponitur hic per recapitulationem, nam hoc contigit Demetrio patre Antiochi adhuc regnante. hoc etiam patet per illud quod habetur. c. præce. ſ. ꝙ rex Demetrius fecit Simonem amicum ſuum & glorificauit eum, & ſubditur ad hoc una ratio, cum dicitur: Audiuit. n. quia appellati ſunt Iudæi a Romanis amici, & c. ex quo patet quòd iam receperat literas iſtas de renouatione amicitiæ inter Romanos & Iudæos.* (*margin:* D)

i Attalo & Arabe &c. *vbi ponuntur plures reges & terræ, quibus Romani ſcripſerunt pro Iudæis in forma præmiſſa.*

k Exemplum autem eorum ſcripſerunt Si. *vt ſciret quid regibus eſſet ſcriptum pro populo Iudæorum.*

l Antiochus au. *Hic ponitur fęderis Antiochi cum Simone, ruptio. Et hoc tripliciter. primo per ſignum quia refutauit Simonis donum & auxilium. & hoc eſt quod dicitur:* Antiochus autem rex applicuit caſt. in do. ſecun. *Obſidionem. n. ſoluerat propter hyemem vel aliam cauſam.*

m Admouens ei ſemper manus: *id eſt faciens ei inſultus.*

n Et miſit ei Sim. duo mi. ui. &c. ar. & au. & ua. copioſa: & nolu. ea acci. *vt oſtenderet diſſolutionem fœderis & amicitiæ.*

o Et miſit ad eum. *Hic ponitur ruptio fœderis verbo: quia miſit ſolennẽ nuncium ad repetendum ciuitates plures et tributa, & patet litera vſq; ibi:*

p Fines e. deſo. *incendendo.*

q Et fe. pl. ma. *homines interficiẽdo.*

r Et extermi. *i. pro exterminio locorum & hominum. Cætera patent uſque ibi:*

ſ Et obſtupuit. *id eſt admiratus fuit de tanto ſtatu Simonis. Cętera patent vſque ibi:*

t Reuerſus autem cum ira ad regem: *eo quòd Simon non reſponderat ſecundum ſuam voluntatem.*

¶ Et iratus

### MORALITER.

✻ o *Et miſit ad eum Athenobiũ.* qui interpretatur peccator latrãs, ✻ ideo



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

munitionem: qa poſſeſſio uirtutũ, ꝓpriè electorum eſt: nõ reꝓborũ. Vñ terras Chananęorũ ĩ quas ĩtroducunt̃ filij Iſrael, filij Sem fuerãt quõdã in orbis diuiſiõe ſortiti, quas deinceps per uim atq; potentiã poſteritas Cham † perſuaſionis iniquitate poſſedit. In quo & Dei iudiciũ rectiſſimũ cõprobat̃, qui & illos de locis alienis qui male occupauerant expulit, & iſtis ſanctis, tãquam patrum poſſeſſionẽ quę pro ſapię eorum in diuiſione orbis fuerat deputata reſtituit. Quæ figura in nobis quoq; ſtare certiſſima ratione cognoſcitur. Nam uoluntas dñi poſſeſſionem cordis noſtri, nõ vitijs ſed uirtutib. naturaliter deputauit. Quæ poſt p̃uaricationẽ Adæ inſoleſcentib. uitijs .i. populis Chananæis, a ꝓpria † regione depulſę, cum eis rurſum per Dei gratiã, diligentia noſtra, ac labore fuerint reſtitutæ: non tam alienas occupaſſe terras, quam proprias credendæ ſunt recepiſſe.

† perſuaſionis

a *Et co.* Quid per Cendebeum ducem maritimum, quẽ Antiochus ad debellandum Iudæos mittit, niſi potentatus iſtius mundi & perſecutores religionis Chriſtianæ deſignantur? Quos Antiochus myſticus, Antichriſtus uidelicet in exterminium populi Chriſtiani cum exercitu lictorum atq; carnificum trãſmittit, vt cõculcent uerã Iudæam, hoc eſt eccłiam, & captiuent per errorẽ, ſiue interficiant per blaſphemiã fidelium populum. Iubetur p̃terea Cendebeo, vt ædificet Cedronem. Cedron.n. torrens ſiue uallis iuxta Ieruſalẽ eſt ad orientalem plagam, cuius & Iohannes euangeliſta in paſſione dñi meminit. Ob hoc aũt ædificari iuſſus eſt Cedron, ut obſtruerẽtur portæ ciuitatis & coanguſtaretur populus. Interpretat̃ aũt Cedron, triſtitia ſiue mœror ſiue dolor. Et apte ille iuſſus eſt Cedronem ædificare, cui commendatum eſt Chriſti confeſſoribus pœnarum dolorem infligere.

Ioan. 18.a

ba iſta, & gloriam Simonis & uniuerſa quæ uidit: & iratus eſt rex ira magna. Triphon autẽ fugit naui in Orthoſaido. Et cõſtituit rex Cendebeum ducẽ maritimum, & exercitum equitum & peditũ dedit illi. Et mandauit illi caſtra mouere cõtra faciem Iudæę, & mãdauit ei ędificare Cedronem: & obſtruere portas ciuitatis: & debellare populum. Rex autem perſequebatur Triphonem. Et peruenit Cẽdebeus Iamniam, & cœpit irritare plebem, & conculcare Iudæam, & captiuare populũ, & interficere, & ædificare Cedronẽ. Et collocauit illic equites & exercitum, ut egreſſi perambularent uiam Iudeę ſicut conſtituit ei rex.

a Et iratus eſt rex. *Hic conſequenter ponitur ruptio fœderis facti, quia rex præcepit inuadere Iudæos. ideo ſubditur:*

b Et conſti.rex.mari. *i. in terra ſupra mare mediterraneum ſita & Iudeę propinqua.*

c Et manda.il. *Id eſt acies armatorum ducere.*

d Et ma.ei &c. Ce. *i. fortalitium ſic nominatum: ex eo quòd ſuper torrentem Cedron eſſet ſitum, vt ex hoc poſſet melius impugnare Iudæam.*

e Et obſtrue. *ſ. Ieruſalem hominibus armatis.*

f Rex au.per. *qui de Doran latenter fugerat per nauem.*

g Et perue. *ad inuadendum Iudæam. ideo ſubditur:* Et cœpit ir.

h Vt egreſ. *de Cedrone ex improuiſo ad deprædandum populum & occidendum.*

MORALITET.

✱ ideo ſignificat hæreſiarcham qui latrat contra Chriſti fidem, & reperit ciuitates quas Simon recuperauerat. per quos ſigñantur pſonæ catholicæ, quas bonus prælatus ſiue prædicator de manu dæmonis eruerat, ſed Hæreſiarcha eas ad ſuam hæreſim retrahere quantum poteſt feſtinat.

b *Et con.* qui interpretatur zelotes .i. inuidus. ideo per ipſum ſignificatur Diabolus tentans de inuidia. vnde dr̃ Sap. ij. d. Inuidia aũt diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Hunc aũt rex inferni conſtituit ducem maritimum .i. ſuper terram mari coniunctam, per quam ſignificatur populus cupiditati terrenæ infixus, & alienæ ꝓſperitati inuidens, amaritudini coniunctus: ſup talẽ populum habet dictus dæmon dñium: ſed occurrentibus ſibi Simonis filijs .i. prædicatoribus & confeſſorib. deuotis, qui ſunt filij boni prælati, & exclamãtibus ſacris tubis, quæ ſunt prędicationis documenta & in confeſſionib. ſana conſilia, in fugam conuertitur Cendebeus & eius caſtra .i. Diabolus principalis & etiam eius ſatellites qui ſunt maligni ſpiritus, & homines mali inſtinctum eius ſequentes.

GLOS. ORDINA. CAP. XVI.

Et a. Io. de Ga. Diximus ſuperius, ꝙ Simon ſummus ſacerdos ſigñaret principẽ ſacerdotum, illum uidelicet, qui per obediẽtiam crucis obtulit ſemetipſum pr̃i pro nobis: Cuius duo filij, duo ſunt populi credentium. ex Iudæis. ſ. & Gentibus: his commendat uirtutẽ belli contra hoſtes vniuerſos & inimicos ueritatis, hoc eſt contra Iudæos Paganos & hęreticos, necnõ & contra malignos ſpiritus, quatenus defendãt fidem Chriſtianam, & protegant ueros cõfeſſores Dei.

b *Eſtote*, inquit, *loco meo fra. & c.* Qui ſunt fratres iſti niſi illi de qbus ipſa ueritas reſurgẽs a mortuis ad mulieres ipſius ſepulchrũ uiſitantes in Euangelio ait: Ite nuntiate fratrib. meis, ut eant in Galilæã: ibi me uidebũt? In loco ergo Chriſti & apoſtolorũ eius ſunt ſancti, qui facientes uoluntatẽ cæleſtis patris, & ueritatis victoriã & aĩarum q̃runt ſalutem. Quibus auxiliũ de cælo eſt, ab ipſo utiq; de quo in pſalmo ſcriptũ eſt: Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Deꝰ Iſrael ipſe dabit uirtutẽ & fortitudinẽ plebi ſuę, bñdictꝰ Deꝰ. Iſti.

Matt. 28.b

c *Et el. vi. mi. ui. be* qa eos ſolũmodo habiles añ ſpiritalem malitiã deputant, qui in duob. præceptis charitatis mandatorum Dei executores atque operatores fiunt.

Pſal. 67. g

d *Et ad.* Quòd dux ipſe cũ uideret populũ trepidãtẽ ad transfretãdũ torrentẽ, transfretauerat primus, oñdit, ꝙ illi qui magiſtrorum loco & doctoris officio in eccłia fungũt timiditatẽ ſubiectorũ ſuę fidei atq; cõſtãtiæ exẽplo cõfortare dẽnt, ac ſacris tubis, hoc eſt dogmatib. diuinis in aciẽ contra hoſtes exacuere. Sicq; Cẽdebeus ſpiritalis & caſtra eius fugant̃, & cadunt ex eis multi uulnerati, qa diuinæ maieſtatis uirtutẽ tandẽ ſentiũt timore cõcuſſi. Tunc

CAP. XVI.

Et aſcẽdit Iohãnes de Gazaris, & nũciauit patri ſuo Simoni q̃ fecit Cẽdebeus in populo ipſorũ. Et uocauit Simon duos filios ſuos ſeniores Iudã & Ioãnẽ, & ait illis: Ego & fratres mei & domus patris mei expugnauimꝰ hoſtes Iſrael ab adoleſcẽtia uſq; in hũc diẽ. Et ꝓſperatũ eſt in manibus noſtris liberare Iſrael aliquoties. Nũc aũt ſenui: ſed eſtote loco meo & † fratres mei, & egreſſi pugnate pro gẽte noſtra. Auxiliũ uero de cælo uobiſcũ ſit. Et elegit de regione uiginti millia uirorũ belligeratorũ & equites, & ꝓfecti ſunt ad Cendebeum, & dormierunt in Modim. Et ſurrexerunt mane, & abierunt in cãpũ. Et ecce exercitus copioſus in obuiã illis: peditum & equitum, & fluuius torrens erat inter mediũ ipſorum. Et admouit caſtra contra faciẽ eorum ipſe & populus eius, & uidit populũ trepidantẽ ad transfretandum torrentem, & transfretauit primus. Et uiderunt eũ uiri & trãſierunt poſt eũ. Et diuiſit populũ & equites in medio peditum. Erat aũt equitatus aduerſariorũ copioſus nimis. Et exclamauerunt ſacris tubis, & in fugam cõuerſus eſt Cendebeus & caſtra eius: & ceciderunt ex eis multi uulnerati: reſidui aũt

† fratris

NIC. DE LYRA. CAP. XVI.

Et aſc. *Hic cõſequẽter deſcribitur p̃dictæ ruptionis fœderis punitio. circa quã primo ponitur diſpoſitio exercitus. ſecũdo cõflictus, ibi: Et ſurrexerunt. Circa primũ dicitur:*

a Et aſcendit Iohannes &c. *in Ieruſalem quæ eſt in altiori ſitu quàm Gaza.*

b Et nunc. pa. &c. *quia ſine eius licentia nolebat pugnare cum Cẽdebeo, ſicut fuerat ordinatum ſupra ca. xiiij. per ſacerdotes & populum.*

c Et uo. Si. d. fi. &c. *qui poterant ad bellum procedere. Cætera patent uſque ibi:*

d Et ele. de re. &c. vi. m. *peditum.*

e Et dor. &c. *accipientes requiem, vt eſſent magis expediti ad belli laborem.*

f Et ſurrexer. mane. *Hic conſequenter ponitur belli conflictus, cum dicitur:*

g Et abie. in ca. *parati ad bellum.*

h Et flu. to. e. in. m. ip. *ſ. duorũ exercitũ.*

i Et ad. ca. con. fac. eo. ipſe & pop. ei. *ſcilicet ipſe Iohannes.*

k Et tranſ. primus. *vt daret alijs audaciam transfretandi.*

l Et diuiſit po. *per acies.*

m Et equ. in me. pe. *ſ. poſuit ne equi ab aduerſarijs uulnerarentur.*

n Et excl. ſacris tubis. *ſecundum præceptum legis Numeri. x.*

o Reſidui au. in mu. fu. *ſ. in Cedronem.*

Tunc uulne-



a *Tunc vulneratus & c.* Qđ Iudas vulneratus eſt in p̃lio, & Ioannes inſecutus eſt hoſtes, illud (ni fallor) ſigñat ꝙ Paulus ait: Ex parte cæcitas contigit in Iſrael donec plenitudo gentium ſubintraret, & tũc omnis Iſrael ſaluus fiet: qa tardante in fide Chriſti plebe Iudaica, gentium eccłia fortiter hoſtes premit, donec eos aut ſalubri compũctione ad pniam conuertat, aut perſeuerantes in nequitia minis futuram pœnã prædicando puniat. Cum autẽ tempora gentium complebuntur: & ipſarum plenitudo ad fidem ſubintrauerit, tunc omnis Iſrael. hoc eſt oĩs eccleſia ex utroq; uidelicet populo ſalubri confeſſione per fidẽ, ſpẽ, & charitatẽ Chriſti munere ſalua erit.

Rom. 11.c

b *Et Ptolemę.* Quid per Ptolemęum niſi Hypocritę atq; uerſuti hoĩes figurantur? Hi ergo ficto diſciplinatu bonis magiſtris adhærentes, ſimulãteſq; pietatem, cuius uirtutem penitus ignorant, plærumq; ad honorẽ eccłiaſticæ dignitatis ipſis magiſtris tribuentibns perueniunt, hoc eſt eñ ſummi ſacerdotis generum eſſe: illas utique perſonas quas boni magiſtri aqua & uerbo regenerant in ptãtem regiminis ſui accipere. Sed cum accepto gradu propriæ poteſtatis eſſe ceperint, ſeculi cupiditatibus ſeruientes, ipſos ſui honoris autores doli circumuentionibus ſupplantare atque ſubuertere ſtudẽt: Occiduntq; filios eorum ac pueros pariter, cum nulli perſonæ ſecum cohabitanti parcũt, ſed per pecunias atq; adulationes, ſibi ſeculares ptãtes eccleſiam occultis inſidijs ſeu manifeſtis perſecutionibus infeſtant. Nec mirum talem nequitiam aliqñ prǫualere in eccleſia poſſe, cum legimus eccleſię caput per dolũ Iudæ proditoris Iudęis traditum atq; captiuatum. Simon magus a Philippo baptizatus eſt, ſed nõ a nequitia mentis purgatus. Iulianus apoſtata a lectore ad perſecutionẽ ipſius eccleſiæ excitatus uſq; ad finẽ uitę hoſtis truculentus in cœpta malitia perſeuerauit. Quales etiã iſtius temporis ætas nonnullos habet, qui licèt magiſtros ſuos non occidãt gladio, tamen inuidia atque odijs perſequi non ceſſant.

Myſtice

Act. 8.c

c *Et præcurrens & c.* Iohannes qdem patre per dolũ necato ſe cautius ab hoſte obſeruat. ac uiros qui eum uenerãt perdere, occidit. cum quilibet ex fidelium numero gratia Dei ſaluatus, ꝓuidus ac ſollicitus de ſua ſalute ſeruãda, audita deceptione aliorum, hoſtium inſidias præcauere ac machinationes eorum peruerſas cõterere ſtudet. Non.n. ſolum ſimplicitas cuiq; ſufficit ad ſalutem ſeruandã, ſed cum ſimplicitate pariter dẽt eſſe prudentia. Vñ ſaluator in Euangelio ait diſcipulis ſuis: Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Et Apoſtolus ait: Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. Dẽt ergo ſimplicitas a nobis haberi, ut nemini noceamus. Debet & prudentia, ne decipiamur ab alijs. Nec multum diſtat inter decipere quemlibet & ab alio decipi poſſe.

Simplicitas cum prudentia

Mat. 10.b

1.Cor. 14.d

d *Et cæteras ſermo.* Io. Iſte Iohannes dux Iudæorum ſimul & Pontifex virtutum uir fuit, ac multa opera mirifica confecit. Hic quoq; aduerſum Hyrcanos bellum gerens, & deuincens, Hyrcani nomẽ accepit: ac a Romanis ius amicitiæ poſtulans. decreto Senatus inter amicos relatus eſt. Qualiter aũt Ioſephus de eodem Hyrcano narret ad manifeſtanda ea quæ in fine libri Machabęorũ breuiter dicta ſunt, nõ incongruum vr̃ nobis hic ponẽdũ. Poſtq̃.n. de Simonis uictoria aliqua commemorauit, de fine eius taliter refert. Et hic aũt morit̃ in cõuiuio captus inſidijs Ptolemæi generi ſui, q eius coniuge duobuſq; filijs in cuſtodiã concluſis certos amicos miſit, ut Iohannem tertium cui & Hyrcanus fuit nomẽ interficerẽt. Cognito aũt impetu q parabat̃, adoleſcẽs ad ciuitatem properabat multoq; pplo fretus

Ioſephus

in munitionem fugerunt. Tunc uulneratus eſt Iudas frater Iohannis. Iohannes autem inſecutus eſt eos, donec uenit Cedronem quam ædificauit: & fugerunt vſque ad turres quæ erant in agris Azoti, & ſuccendit eas igni. Et ceciderunt ex illis duo milia uirorum, & reuerſus eſt in Iudæam in pace. Et Ptolemęus filius Abobi conſtitutus erat dux in campo Iericho, & habebat argẽtum & aurum multum. Erat enim gener ſummi Sacerdotis. Et exaltatum eſt cor eius, & uolebat obtinere regionem, & cogitabat dolum aduerſus Simonem & filios eius, ut tolleret eos. Simon autem perambulans ciuitates quæ erant in regione Iudææ, & ſollicitudinem gerens earum deſcendit in Iericho ipſe & Matathias filius eius & Iudas anno centeſimo ſeptuageſimoſeptimo menſe undecimo. Hic eſt menſis Sabath. Et ſuſcepit eos filius Abobi in munitiunculam quæ uocatur Doch, cum dolo quã ædificauit, & fecit eis conuiuium magnum, & abſcondit illic uiros. Et cum inebriatus eſſet Simon & filij eius, ſurrexit Ptolemæus cum ſuis, & ſumpſerunt arma ſua, & intrauerunt in conuiuium, & occiderunt eum & duos filios eius: & quoſdam pueros eius. Et fecit deceptionem magnam in Iſrael, & reddidit mala pro bonis. Et ſcripſit hæc Ptolemæus, & miſit regi ut mitteret ei exercitum in auxiliũ. & traderet ei regionem & ciuitates eorũ & tributa, Et miſit alios in Gazaram tollere Iohannem, & tribunis miſit epiſtolas, ut uenirent ad ſe, & daret eis argentum & aurum et dona. Et alios miſit occupare Ieruſalem, & montem templi. Et præcurrens quidam nunciauit Iohanni in Gazara quia perijt pater eius et fratres eius, & quia miſit te quoque interfici. Vt audiuit autem uehementer expauit, et comprehendit uiros qui uenerant perdere eum, et occidit eos. Cognouit enim quia quærebant eum perdere. Et cætera ſermonem Iohannis

NIC. DE LYR.

a Tunc uulne. eſt Iu. *hoc exprimitur ad denotandum animoſitatem Iohannis, qui non dimiſit aduerſarios perſequi propter vulnerationem ſui fratris.*

b Donec ve. Ce. *ſ. Cendebeus, quod patet ex hoc quod ſequitur.*

c Quã æd. & fu. &c. *ſ. alij: quia fugientes de bello uadunt per uias plures diſperſi.*

d Et ſu. eas ig. *ſ. Iohãnes et eius exercitus.*

e Et Pto. fi. Ab. *Deſcripta ſuperius vita Simonis uirtuoſa, hic conſequenter deſcribitur mors eius proditioſa, cuius motiuũ fuit ambitio quæ ponitur, cum dicitur:* Et Ptol. fi. Abo. &c. *a ſocero ſuo Simone.*

f In campo. Ier. *i. in una parte Iudææ.*

g Et exal. eſt. *per ſuperbiam.*

h Et u. &c. *i. totã Iudæã p ambitionẽ ſuã.*

i Et cogit. *Hic ſcđo ponitur obtinendi medium, quod fuit nequiſſima proditio, ideo dicitur:* Et cogi. do. *Simon aũt perambulãs ciuitates, ut uideret & qualiter eſſent gubernatæ & contra aduerſarios munitę.*

k Deſcendit in Ieric. *ubi gener ſuus erat dux ab eo conſtitutus.*

l Hic eſt men. Sa. *Debet ſcribi Sebeth, & correſpondet Ianuario.*

m Et ſu. &c. *ſimulans amicitiã cum ſocero ſuo et filijs eius, ut magis eos deciperet.*

n Et fec. ei con. &c. *ut facilius eos occideret, ideo ſubditur.*

o Et cum ine. &c. *conuenienter ſatiatus cibo & potu eo modo loquendi quo dicitur Cant. v. a. Comedite & bibite & inebriamini. Cætera patent.*

p Et miſit &c. *Hic tertio ponitur intentio huius Ptolemęi fruſtratio per Iohannem, qui euadens eius dolum pugnauit fortiter poſtea cõtra eum, & defendit & tenuit Iudæam ualde magnifice poſt patrem ſuum: ideo dicit:* Et miſit. *alios ſatellites ſuos.*

q In Ga. to. Io. *i. eum capere & occidere.*

r Et trib. *exercitus Iohannis.*

ſ Miſit epi. vt ve. ad ſe. &c. & præ. *ſ. ſatellites Ptolemęi miſſos ad prædicta loca.*

t Quidam. *de pueris Simonis, quia Ptolemæus non omnes occiderat, ſed aliquos ex eis, ut dictum eſt ſupra.*

u Nunci. Io. *ut euaderet dicta pericula.*

x Vt aud. autem ve. ex. *i. admiratus fuit de doloſitate tanta.*

y Et comprehendit vi. qui ve. perdere eum. *& eodẽ mõ prauidit alijs periculis ſolerter & prouide, & ſic Ptolemæus defraudatus fuit a ſua peſſima intentione.*

z Et cætera ſermonum Iohannis. *quibus docuit populum.*

Et bello-

MORALITER.

✱ g *Et exal. eſt cor eius & volebat & c.* iõ per iſtum ſigñatur homo malus in ſuperbiã eleuatus: Et dr̃ filius Abobi, qui interpretatur pater incãtator, & ſigñat diabolũ q̃ nititur incãtare illuſionibus ſuis mẽtes hoĩm. Huius autẽ patris filij ſunt omnes maligni, quibus dr̃ Iohan. viij. f. Vos ex patre diabolo eſtis. Et ſicut diabolus aliqñ traſfigurat ſe in angelum lucis ut decipiat, ſic homo malignus fingit aliqñ ſanctitatem ut aſcendat, & ſic efficitur gener regis qñ obtinet dignitatem eccleſiaſticam p deceptionẽ boni præſulis, qui per Simonem ſignificatur. Sed quãdo inualeſcit diuitijs, mortem machinatur ſui promotoris intoxicatione uel alijs modis malis. Per Iohannem autem filium bonum Simonis qui remanet, ſignificari poteſt ſpiritus boni prælati qui non moritur, ſed a Deo magnifice præmiatur.

2.Cor. 11.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E freſ⁹:& pp memoriā paternę virtutis, & q iniqtas Ptolemęi cūctis eſſet inuiſa. Voluit aūt Ptolemæus aliā portā ciuitatis ingredi, ſed a pplo reiectus eſt, q maturius Hyrcanum ſuſceperat. Et is qdem ſtatim receſſit in aliqđ vltra Ierichonta caſtellum qđ Dagon uocaſ. Hyrcanus aūt paternū honorem pontificis aſſecutus eſt. Poſtq̄ Deo ſacrificia reddidit velociter Ptolemæū petijt, & matri ſimul & fratribus adiumēto futurus, caſtellūq; aggreſſus, alijs qdem rebus ſuperior erat, iuſto aūt dolori cedebat. Ptolemęus.n. quoties premeretur, matrē eius, fratreſq; in murū pductos palā, vt poſſent cōſpici, verberabat: eoſdēq; præcipitaturus, niſi q̄ primū recederēt minabaſ. Vn̄ Hyrcanū qdē plus timor ac mia q̄ iracūdia cōmouebat. Mater vero eius nihil plagis aut intētata nece pterrita manus p̄tendēs filiū precabaſ, ne uel ſuis fractus iniurijs parceret impio. Siquidē ipſa mortē ſibi a Ptolemęo ppoſitā immortalitate duceret meliorē, dūmō ille pœnas eorū q̄ in domū ſuā cōtra fas admiſiſſet expēderet. Iohānes aūt nūc obſtinationē mr̄is cogitās, ac preces eius audiens ad irruendū, impellebaſ, mō verberari eā lacerariq; cōſpiciēs effœminabaſ totuſq; plenus doloris erat Ob hoc aūt diu tracta obſidione feriatus annus aduenit, quem ſeptimo quoq; orbe apud Iudæos ceſſare moris eſt exēplo ſeptimorū dierū. Et in hoc Ptolemæus obſidionis reqē nactus, fratribus Iohānis vna cū matre occiſis, ad Zenonem cōfugit, q Cothila cognominatus eſt, Philadelphiæ tyrannū. Antiochus āt ad ea q̄ p Simonē paſſus fuerat iratus, in Iudæā ducit exercitū, ibiq; aſſidēs Ieroſolymis Hircanū obſidebat. Ille āt patefacto ſepulchro Dauid, q regū ditiſſimus fuerat, ablatiſq; inde pecunię plus q̄ tribus milibus talētorū: & Antiocho pſuaſit trecentis ei talētis datis ab obſidione diſcedere: primuſq; Iudæorū priuatis opibus alere peregrina cępit auxilia. Rurſuſq; tūc qn̄ Antiochus cōtra Mœdos bello ſuſcepto tp̄s ei vindictę p̄buit, cōfeſtim aduerſus ciuitates Siriæ prexit, vacuas ppugnatoribus eſſe ratus, qđ erat verū. Medabā qdē & Samogā cū pximis, necnon & Sicimā & Garizim ipſe capit, & ſup his Cutheorū genus adiacētia fano loca incolētiū, exēplo eius qđ eſt Ieroſolymis ædificato. Capit āt Idumææ quoq; nō paucas alias ciuitates, & p̄terea Aboracū & Mariſsā. In Samariā vero vſq; pgreſſus (ubi nūc eſt Sebaſte ciuitas ab Herode rege cōdita) ex oī parte eā concludit, filioſq; ſuos Ariſtobolū & Antigonū obſidioni p̄fecit.

*Ioſephus antiqui. li. 13. capitulis 13 & ſequentibus* — *Feriatus annus.* — *Theſaurus Dauid.*

F Quibus nihil renitētibus ad hoc famis neceſſitate q erāt intra ciuitatē venerūt, vt ēt inſuetā carnē cogerenſ attingere. Igiſ Antiochū adiutorē ſibi aduocāt Spōdiū cognominatū, q cū prōpta eis volūtate paruiſſet, ab Ariſtobolo & Antigono ſuperaſ, & ille quidem ad Scytopolim vſq; pſequētibus cōmemoratis fratribus effugit. Hi vero in Samariā reuerſi, & multitudinē intra murū iterū cōpellūt, & expugnata ciuitate ipſamq; diruūt, & habitatores captos abducūt. Proſpere āt geſtis ita cedētib⁹ alacritatē refrigeſcere nō ſinebāt: ſed cū exercitu Scytopolim vſq; pceſſit & ipſam pcuſſerūt, & agros itra Carmelū oēs inter ſe partiti ſunt. Secūdarū rerū Iohānis & filiorū eius inuidia ſeditionē Gētiū cōcitauit, multiq; aduerſus eos collecti nō qeſcebāt, donec aperto bello deuicti ſunt. Reliquū vero tp̄s Iohānis, cū fortunatiſſime viueret, & optime res p annos. xxxiij. adminiſtraſſet, qnq; relictis liberis moriſ vir plane beatiſſimus, et q nullā dediſſet occaſionē cur eius cā de fortuna qſpiā q̄rereſ. Deniq; tria vel p̄cipua maxime ſolus hēbat. Nā & gētis princeps & Pōtifex erat, & p̄terea propheta cū quo Deus colleq̄baſ, vt futurorū nihil penitus ignoraret: qa ēt de duobus maioribus filijs ſuis q rerū dn̄i pmāſuri nō eſſent an̄ vidit atq; p̄dixit. Tenuit āt ipſum pontificatum poſt pr̄is obitū (ſm̄ Chronicorū fidē) annis. xxvj. Pr̄ āt eius Simō an̄ Pōtifex fuit annis. viij. An̄ quem Ionathas frater eius. xviij. Iudas quoq; frater Ionathę et Simonis tribus tm̄ annis pōtificatū habuit, licet bella plura cū ducibus regū Syriæ an̄ geſſerit. Poſt Iohānē qppe Ariſtobolus filius eius pōtificatū apud Iudæos accepit, q & rex pariter fieri volens diadematis ſumpſit inſigne poſt quadringētos octogintaquatuor annos Babylonicę captiuitatis. Hic Antigonū fratrē ſuū dolo interfecit, & vno anno in regno expleto miſerabili morte fratricida uitā finiuit. Cui ſucceſſit frater ei⁹ Anneus q & Alexāder ī regnū, qđ tenuit. xxvij. annis tā crudeliter, vt ēt irritata plebe ſibi q̄rēti ab his, qdnā faciēs animos ſibi plebis reconciliaret: rn̄ſum eſt, ſi morereſ. Vix.n. forte cū mortuo tā grauia ppeſſi in grām reuertereſ, ut odia aduerſus defunctum deponerēt. Quibus excitatus rebellandiq; aſſuetudine multis necatis reliquos coegit in vrbem, cui nomē Beſelel: cui expugnatio acerbiorē ſolito peſtē inuexit, tā ſæuo crudelitatis pceſſu, vt ex eo numero octingētos in medio ciuitatis crucifigeret. Quorū in cōſpectu cōiuges eorū filioſq; iugulari iuſſit. Hæc ſpectabat accubās in medio cōcubinarū lætus inter uina & pocula: ſed magis ſanguine q̄ uino inebriat⁹. Hoc ſolo facto, amplius populū q̄ bello terruit, ita ut proxima nocte udæorū. viij. milia vltrò Iudęam deſererēt, qbus fugæ finis mors Alexandri foret.

*Ioannes moritur & eius laus.* — *Ariſtobolus rex factus*

G Eo mortuo Alexādra vxor eius q̄ & Salima cognominata eſt regnauit Ieroſolymis annis. ix. De hinc duobus fratribus filijs Alexādri Hyrcano & Ariſtobolo de imperio dimicātibus, occaſionē habuere Romani ut Iudæā iuaderēt. Itaq; Pōpeius Hyrcano inuitāte Ieroſolimā uenit, capta urbe & tēplo reſerato vſq; in ſcāſctōrū acceſſit. Ariſtobolū iuniorem fratrē ſecū ducit, pōtificatū uero cōfirmat Hircano, at Antipatrū Herodis Aſcalonitę filiū pcuratorē Paleſtinę facit. Sicque Hircanus aīo deſes adiuuāte Antipatro p̄dicto procuratore tenuit pōtificatū annis. xxxi. Poſtea aūt Antipatro p uenenū in cōuiuio necato, Herodes filius ei⁹ ſucceſſit in regnū, q ēt Hyrcanū interfecit. Hinc ēt Herodes p̄dicti Antipatri Aſcalonitæ & mr̄is Cypridis Arabicę fili⁹ a Romanis Iudęorū ſuſcepit principatū, cuius tpe Chriſti natiuitate uicina regnū & ſacerdotiū Iudææ qđ prius p ſucceſſiones minorū tenebaſ, deſtructū eſt, cōpleta pphetia, q̄ ita p Moyſen loquiſ: Non deficiet princeps ex Iuda, neq; dux de fœmoribus eius, donec ueniat cui repoſitū eſt: & ipſe erit expectatio gentiū. In hoc loco ēt Chriſtus quem Danielis ſcriptura præfaſ accipit finē. Nā vſq; ad Herodem Chriſti.i. ſacerdotes erāt reges Iudæorū, q impare cęperūt a. lxv. olympiade: & ab inſtauratione tēpli ſub Dario uſq; ad Hyrcanū, & cēteſimā & octogeſimā ſextā Olympiadē, annis quadringentis octoginta tribus in medio trāſactis, quos Daniel quoq; ſignat dicēs: Et ſcies et intelliges ab initio ſermonis rn̄dendi & ædificādi Ierl̄m uſq; ad Chriſti principatū hebdomades. vij. & hebdomades. lxij. Quæ lxix. hebdomadæ faciūt annos quadringētos octoginta tres. in qbus Chriſti.i. ſacerdotes p unctionem cōſecrati regnauerūt uſq; ad Hyrcanū, quo extremo oīm a Parthis capto, Herodes Antipatri filius nihil ad ſe ptinētē Iudęā ab Auguſto & ſenatu accepit: filijq; eius poſt eū regnauerūt uſq; ad nouiſſimā captiuitatē Ieroſolymorū nequaq̄ ex ſucceſſione ſacerdotalis generis pontificibus cōſtitutis, neq; ppetuitate uitæ ſm̄ legem Moyſi ſeruiētibus Deo. Ignobiles uero qdā & alio tpe alij nōnulli unius anni ſiue modico amplius a Romanis impatoribus ſacerdotiū emebāt. Quæ oīa ēt Daniel propheta uaticinaſ ita dicēs: Et poſt hebdomadas ſeptē & ſeptuaginta duas interibit Chriſma, & iudiciū nō erit in eo, & tēplū ſctm̄ corrūpet ppl̄s duce ueniēte, & cædenſ in cataclyſmo belli. Et in ſequētibus. Et ſup tēplū, inqt, & abominatio deſolationū, & uſq; ad cōſummationē tpis cōſummatio dabiſ ſup deſolationē.

*Alexandra* — *Pompeius Ieruſalem venit.* — *Herodes Aſcalonita* — *Gen. 49. b* — *Dan. 9. g* — *Ibidem.*

H Herodes Ananelū quēdā de Babylone accitum pōtificē cōſtituit Iudæorū, & poſt exiguū tpis Ariſtobolū fratrē uxoris ſuæ nepotē Hyrcani ſucceſſorē ei dedit. Quo poſt annū interfecto rurſum Ananelo reddidit ſacerdotiū. Nec iā fuit ſucceſſio legalis in ſacerdotiū, ſed fine ipſius legis & ſacerdotij appropinquāte cōfuſa erāt oīa. Hic aūt Herodes ſtrenuus fuit in actibus belli, & in gubernatione regni atq; in reſtauratione ędificiorū: ſed infœliciſſimis ac crudeliſſimis moribus. Apud Ieroſolymā multas & magnas ædes conſtruxit: Samariā olim in cineribus ſedentē a fundamētis ſuſcitans in honorē Auguſti, Auguſtā.i. Sebaſtē appellauit, & in Pamide id tēplū qđ Pamō uocaſ extruxit. Cæſareā aūt in noīe Cæſaris cōdidit, q̄ prius turris ſtratonis uocabaſ. Condidit p̄terea Antidanā & Antipatridā atq; Herodianā in honorē pr̄is Antipatri & ſuū extruxit. Innumerabilia quoq; opera in ſingulis urbibus quas regebat ſolertiſſime ædificauit. Sed inter hæc Hyrcanū q olim ſacerdos Iudęorū fuerat, de captiuitate Parthica regreſſum, & filiū eius q ſacerdotio patri ſucceſſerat, interfecit. Sororē quoq; eius uxorē ſuā cū duobus filijs ppriis iam adoleſcētibus, & mr̄em uxoris occiſæ ſocrū ſuam crudeliſsime necauit. Siqdem ipſe Herodes ne ignobilis forte & a Iudæorū ſemine argueret extraneus, cōbuſsit libros oēs qbus nobilitas gētis Iudææ in tēplo ſeruabaſ aſcripta, ut deficientibus pbamētis & ipſe ad hāc ptinere putareſ. Inſup ēt ut ſuā ſobolē regio illorū generi cōmiſceret piecta Doſidę fœmina Ieroſolymitana quā priuatus acceperat uxorē, & nato ex ea filio Antipatro, ſociat ſibi Mariānā filiā Alexādri nepotē Ariſtoboli fratris Hircani, q an̄ eum rex erat gēti Iudęorum. Hæc quinq; filios ei genuit: quorum duos Alexandrū & Ariſtobolū ipſe necauit in Samaria, nec mora, poſt ēt matrē illorū qua nil charius nouerat, ſimili ſcelere pemit. E qbus Ariſtobolus Herodē ex Beronice ſuſceperat filiū, quē in actibus apl̄orum ab angelo percuſſum legimus. Necnō ad ea q̄ ſupra crudeliter geſſerat, etiam hoc addidit, ut uirum ſororis ſuæ Salome interficeret. Et cum eam alij tradidiſſet vxorem, ēt hūc necauit. Scribas quoq; & interpretes diuinæ legis ſimili ſcelere occidit. Cum aūt Chriſti dn̄i noſtri natiuitatem, qui in anno xxxij. regni eius in Bethleem natus eſt, Magorū indicio cognouiſſet, uniuerſos paruulos iuſſit interfici. Sed poſtq̄ regni ſui. xxxvij. annū expleuerat morbo intercutaneo & ſcaturientibus toto corpe uermibus, miſerabiliter digne moriſ. Qualiter autem



A Qualiter aūt de fine Herodis Ioſephus narret, nō in cōgruū vr̄ huic opuſculo nr̄o inſerere: q hoc mō refert: Nā febris qdē nō mediocris erat, prurigo aūt intolerabilis hēbat oēm copis ſupficiē: aſſiduis āt uexabaſ coli tormētis, pedeſq; tāquā ex intercutis aquæ vitio tumuerāt, qn ēt inflatio vētriculi putredoq; teſticulorū vermiculos generās, ac p̄terea creber anhelitus & interrupta eū ſuſpiria, mēbrorumq; oīm cōtractio fatigabat, ut q hæc ad diuinitatē referrēt, pęnas eas eſſe dicerēt Sophiſtarū. Ille āt quāuis cū tot vitiorū cruciatibus luctareſ, vitę tn̄ cupidus erat, & remedijs excogitatis ſalutē ſperabat. Deniq; Iordanē trāſgreſſus apud † Calliorā aqs calidis vtebaſ, q̄ in lacū feracē bituminis q Aſphalditis vocaſ effluētes, p dulcedine potui ſunt. Ibi āt corpus eius qđ medicis oleo calidiori fouere placuerat, in arcam plenam demerſum ita diſſolutū eſt, ut ēt lumina quaſi mortuus reſoluta torqueret. Deinde pturbatis q eū curabāt, ad clamorē qdē illorū reſpicere viſus eſt. Deſpata uero ſalute militibus qnquagenas drachmas, multamq; pecuniā rectoribus atq; amicis diuidi iuſſit. Cū aūt rediens ad Ierichōta ueniſſet atra iam bili correptus, & ipſi pene morti minabaſ, factum nefariū excogitauit: collectos eīm cuiuſq; uici ex oī Iudæa nobiliores in locū cui nomē eſt Yppotromo cōcludi p̄cepit. Deinde ſorore Salome: & † Alexandro marito eius ad ſe uocatis: Scio inqt mortē meā feſtis gaudijs celebraturos eē Iudæos: uerū p alios lugeri potero: & clariſſimos honores aſſeq ſepulturæ, ſi quæ ipſe p̄cipio feceritis. Hos uiros q habenſ in cuſtodia cū aīam efflauero, ſtatim militibus circūdatos occidite, ut ēt † inuiſa mihi oīs Iudæa omniſq; domus illachrymet: & ſimul his mādatis legatorū quos Romā miſerat epiſtolæ ſunt allatæ, qbus Acnē ancillā iuſſu Cæſaris interēptā, & Antipatrū morte dānatū eē indicabaſ. Quin & ſi pr̄ eū in exiliū dare mallet, id quoq; pmiſiſſe Cæſarē ſcriptū erat. Herodes āt paululū hoc nūcio recreatus, rurſumq; doloribus uictus, nā inedia tuſſiſq; pariter uiolētia diſtēdebaſ, fatum p̄uenire conatus eſt. Sumptoq; malo ēt cultellū popoſcit, ſectū.n. comedere cōſueuerat. Deinde circūſpecto ne qs arbiter impediret, tanq̄ ſe pcuſſurus dextrā ſuſtulit. Cum uero Adabus cōſobrinus eius accuriſſet & manū cōtinuiſſet, ululatus maximus in regia ſtatim, quaſi rex eſſet mortuus excitatus eſt. Eoq; ppere audito Antipater fiduciā repetit, lætuſq; iā cuſtodes pmiſſa ēt pecunia rogabat, ut ſe ſoluerēt, atq; dimitterēt.

*Ioſephus de bello Iud. li. cap. 27.* — *† Callyram.* — *† alexam.* — *† inuita.* — *† Ariabus*

†2. Re. 8. g *k* Et oſtium. *id eſt introitum illius ſpeluncæ incognoſcibilem ſua oratione reddidit. Ideo ſubditur:* Et acceſſerunt quidam.

*l* Ignotus erit. *Hanc autem congregationem & propitiationem expectant Iudæi futuram in aduentu Meſſiæ, & nos intelligimus eſſe factam in aduentu Chriſti, ſecundum quod dicitur Iohan. i. g. ꝙ Caiphas cum eſſet pontifex anni illius prophetauit, quia Ieſus erat moriturus pro Gente: & non tantum pro Gente, ſed ut filios Dei, qui erant diſperſi congregaret in unum.*

*m* Et tunc dominus. *Cum igitur iſta nõ ſint oſtenſa in aduentu Chriſti, quia ſecundum Hebræos a tempore captiuitatis Babylonicæ uſq; nunc habita nõ fuit Arca domini. propter quod locus iſte uidetur aliquibus falſus, uel ſaltem dubius. poſſet tamen ad hoc dici, quòd prædicta apparebunt in fine mundi in conuerſione Iudæorum ad fidem Chriſti. Sed hoc uidetur eſſe contra dictum Iere. cap. iij. Et non dicent ultra Arca domini, neq; aſcendet ſuper cor, neque fiet ultra. Item quod hic dicitur de abſconſione Arcæ & altaris incenſi per Ieremiam, nõ habet magnam apparentiam, quia Ieremias in carcere fuit clauſus vſq; ad diem captionis Ieruſalem per Chaldęos, vt patet Ier. xxxvii. & xxxviij. & ſicut ante captionem ciuitatis iſta non fecit, nec poſt captionem, ut uidetur, quia capta ciuitate ſtatim Chaldæi omnia precioſa non ſolum aurea & argentea, ſed etiam ærea cõfregerunt. & totum rapuerunt, & aſportauerunt. iiij. Reg. xxv. & Ier. vlt. propter quod nõ uidetur veriſimile, ꝙ Ieremiæ cimiſerint Arcam domini & altare incenſi, quæ erant de auro puriſſimo, ut habetur in Exo. igitur propter iſta & alia ſupra dicta de morte Antiochi a tempore Demetriẏ, quæ cum difficultate magna poſſunt cum aliẏs ſcripturæ locis concordari, ut patet ex ſupradictis, Liber iſte ſecundus & maxime quantum ad præfationem reputatur a multis multum Apocryphus. Iſtud tamẽ maiorum iudicio derelinquo.*

H

†Deute. 34. a

*n* Et ſicut cum. *Hic conſequenter inducuntur ad propoſitum dicta Salomonis & Moyſi, cum dicitur:* Et ſicut. *ij. Paral. ix. & iij. Reg. viij.*

*o* Manifeſtabat hæc. *ſ. nubes implens domum domini iij. Regum. viij. & ij. Parali. v.*

*p* Et vt ſapientiam habens obtulit ſacrificum dedicationis. *poſt dedicationem. iij. Reg. viij.*

*q* Sicut & Moyſes orabat ad dominũ & deſcendit ignis de &c. *Leuitic. ix.*

*r* Sicut & Salomon. *ij. Paral. vij.*

*ſ* Et dixit Moyſes eo. *hoc habetur Leuiti. x. ubi dicitur, ꝙ Moyſes increpauit Eleazar & Ithamar, eo ꝙ hoſtiã pro peccato non comederant, ſed inuenit eam exuſtam. & ideo cum dicitur hic.* Et dixit. *ſubintelligendum eſt increpationes contra Aaron & filios eius.*

## CAP. II.

a INuenitur aũt in deſcri-
ptionibus Ieremiæ pro
phetæ, ꝙ iuſſit eos ignẽ
accipere, q traſmigrabã
tur, vt ſignificatum eſt,
b et vt mãdauit tranſmigratis. Et dedit illis
legem ne obliuiſcerent præcepta dñi, &
ut nõ exerrarẽt mentibus videntes ſimu
lacra aurea & argentea & ornamenta eo
rum. Et alia hmõi dicens, hortabatur ne
c legem amouerẽt a corde ſuo. Erat autẽ in
d ipſa ſcriptura, quo mõ Tabernaculũ &
e f Arcã iuſſit propheta diuino reſpõſo ad
g ſe facto comitari ſecũ, uſq;quo exiit in
h mõtẽ† in quo Moyſes aſcendit, & uidit
i Dei hæreditatẽ. Et ueniẽs ibi Ieremias, in
uenit locũ ſpeluncæ, & tabernaculũ & ar
k cã & altare incenſi intulit illuc, & oſtiũ
obſtruxit. Et acceſſerũt quidam ſimul, q
ſequebantur, ut notarent ſibi locũ, & nõ
potuerũt inuenire. Vt aũt cognouit Iere-
l mias, culpãs illos dixit, ꝙ ignotus erit lo
cus donec cõgreget Deus cõgregationẽ
populi, & propitius fiat. Et tunc dñs oſtẽ m
det hæc, & apparebit maieſtas domini, et
nubes erit ſicut & Moyſi manifeſtabat,
†& ſicut cũ Salomon petiẏt, ut locus ſan n
ctificaretur magno Deo, manifeſtabat
hæc. Magnifice etẽm ſapiam tractabat, o
& ut ſapiam hñs obtulit ſacrificiũ dedi- p
tionis & conſũmationis templi. Sicut & q
Moyſes orabat ad dñm, & deſcẽdit ignis
de cęlo, & cõſumpſit holocauſtũ, ſicut et r
Salomõ orauit, & deſcẽdit ignis de cęlo,
& cõſũpſit holocauſtũ. Et dixit Moyſes ſ
eò ꝙ non ſit comeſtum, quod erat pro peccato,
a & cõſumptum eſt. † Similiter & Salomon octo
b diebus celebrauit dedicationem. Inferebantur
autem in deſcriptionibus & cõmentariẏs Nee-
c miæ hæc eadem: & qualiter conſtruens biblio-
thecam cõgregauit de regionibus libros, & pro-
phetarum, & Dauid, & epiſtolas regum, & de
d donariẏs. Similiter autem & Iudas ea quæ didi-
cerat per bellum quod nobis acciderat congre-
gauit omnia, & ſunt apud nos. Si ergo deſidera-
e tis hęc, mittite qui perferant uobis. Acturi itaq;
f purificationem ſcripſimus uobis. Bene ergo fa-
g cietis, ſi egeritis hos dies. Deus autem qui libe-
h rauit populum ſuum, & reddidit hæreditatem
i k omnibus, & regnũ & ſacerdotium & ſanctifica
l m tionem, ſicut promiſit in lege, ſperamus quòd
n o citò noſtri miſerebitur, & congregabit de ſub
p cęlo in locum ſanctum. Eripuit enim nos de
magnis periculis, & locum purgauit. De Iuda q r
uero Machabęo & fratribus eius, & de templi
magni purificatione, & de aræ dedicatione: ſed
& de prælijs quæ pertinent ad Antiochum no-
bilem & filium eius Eupatorem, & de illumi-
nationibus quæ de cælo factæ ſunt ad eos qui ſ
pro Iudæis fortiter fecerunt, ita ut uniuerſam
regionem cum pauci eſſent uindicarent, & Bar t u
baram multitudinem fugarent, & famoſiſſi-
mum in toto orbe templum recuperarent, & ci
uitatem liberarent, vt leges quæ abolitæ erant x
reſtituerentur domino cum omni tranquillita- y z
te propitio facto illis. Itemque ab Iaſone Cy- a
renæo quinque libris comprehenſa tentaui- b
mus nos uno uolumine breuiare. Conſide- c d
rantes enim multitudinem librorum & difficul
tatem uolentibus aggredi narrationes hiſtoria-
rum propter multitudinem rerum curauimus
uolentibus quidem legere, ut eſſet animi oble-
ctatio, ſtudioſis uero, ut facilius poſſint memo
riæ commendare, omnibus autem legentibus
utilitas conferatur. Et nobis quidem ipſis qui
opus hoc breuiandi cauſa ſuſcepimus, non fa-
cilem laborem, imo uero negocium plenum
uigiliarum & ſudoris aſſumpſimus. Sicut hi
qui præparant conuiuium, & quærunt aliorum
uoluntati parere propter multorum gratiam
libenter laborem ſuſtinemus: ueritatem qui- e
dem de ſingulis autoribus concedentes: ipſi au f
tem ſecundum datam formam breuitati ſtudẽ- g
tes. Sicut enim nouæ domus architecto de uni- h i
uerſa ſtructura curandum eſt, ei uero qui pinge k
re curat, quæ apta ſunt ad ornatum exquiren-
da ſunt, ita æſtimandum eſt & in nobis. Etenim l m
intellectum colligere, & ordinare ſermonem, et
curioſius partes ſingulas quaſque diſquirere hi
ſtoriæ congruit autoritati: breuitatem uero di- n
ctionis ſectari, & executiones rerũ uitare breuiã o p
ti concedendum eſt. Hinc igitur narrationem q
incipiemus, de præfatione tantum dixiſſe ſuffi-
ciat. Stultum etenim eſt ante hiſtoriam effluere, r
in ipſa autem hiſtoria ſuccingi.





A *a* Similiter. *Hic inducit ad primũ feſtum. ſ. dedicationis per Iudã et fratres eius inſtitutum per factum Salomonis & dicta Neemiæ, cum dicitur:* Similiter &c.

*b* Inferebantur. &c. *quos non habemus, nec etiam Hebræi.*

*c* Et quali. *Hic additur incidens de libris conſcriptis & cõgregatis tempore Neemiæ. nã illo tẽpore Eſdras ſacerdos reparauit libros ve. teſt. qui fuerant combuſti per Chaldæos.*

*d* Similiter &c. *ex quo videtur, ꝙ eius tempore & etiam autoritate, fuerunt eius facta & fratrum ſuorum deſcripta.*

*e* Acturi. *Hic ultimo ponitur intenta concluſio. ſ. inductio Iudæorum habitantium in Aegypto ad celebrationem duorum feſtorum prędictorum. de quibus dicitur.*

*f* Bene ergo. *eos ſolennizantes, & ut hoc libentius faciant, dant eis ſpẽ de diuinis beneficiẏs amplioribus obtinendis, cum dicitur.*

*g* Deus &c. *dans eis plenam libertatem tempore Simonis filiẏ Mathathiæ, vt dictum eſt ſupra li. 1. ca. xiij. quo tempore iſti videntur ſcripſiſſe Iudæis commorantibus in Aegypto, ut dictum eſt ca. præ.*

*h* Et reddidit hæredita. *ſ. habitantibus in Iudæa. nam habita pace quilibet poterat habitare in hæreditate ſua.*

B *i* Et regnum. *locum regni, qui eſt Ieruſalem. uel per regnum intelligitur regimen populi quod habuerunt ſucceſſiue fratres Machabei ſimul cum ſacerdotio. Non enim poteſt dici, ꝙ tunc habuerunt regnum proprie. nã a captione regis Sedecię nullus fuit rex de Iudæis uſque ad Ariſtobolum nepotem Simonis prædicti, qui poſt captiuitatem Babylonicam primus ſibi impoſuit diadema regni, ut dicit Ioſephus. lib. xiij.*

*k* E ſanctificationem. *i. templum & Dei cultum.*

*l* Sicut promiſit &c. *Deut. xxx. a. Si ad cardines cæli fueris diſſipatus, inde retrabet te dominus Deus &c.*

*m* Speramus. *ex hac promiſſione.*

*n* Quod cito &c. *maiora bona tribuendo.*

*o* Et congregabit de ſub cælo in locum &c. *uos & alios Iudæos qui eſtis diſperſi per mundum. & hoc impletum fuit per Chriſtum, quia ſecundum quod dicitur Ioh. xi. g. Chriſtus paſſus eſt ut filios Dei qui diſperſi erant, congregaret in unum. i. in vnã eccleſiam charitate unitam. Iſti uero intelligebant de cõgregatione corporali Iudæorum in Ieruſalem & Iudæa, ſicut & Iudæi moderni expectant hoc fieri in aduentu Meſſiæ. Intentio tamen legis & prophetarũ de congregatione fidelium fiẽda per Chriſtum eſt de ſpirituali congregatione, quæ iam partim impleta eſt modo dicto, & perfectius implebitur circa finem mundi, quando omnes gentes conuertentur ad fidem Chriſti.*

*p* Eripuit enim. *ut patet ex proceſſu primi libri.*



C *q* Et loc. *vt habetur. ſupra, primo libro. c. iiij.*

†Par. 7. d *r* De Iuda. *Premiſſa inuitatiõe ad obſeruantiam duplicis feſti, hic compendioſe ponitur proceſſus huius libri ſecundi: Et diuiditur in tres partes: quia primo tãgitur breuiter eius materia, ſecundo ſcribentium rõ motiua ibi: Conſiderantes. n. tertio ſcribendi modus & forma, ibi: Veritatẽ quidem. Prima pars patet ex dictis in primo libro uſque ibi:*

Diuiſio

*ſ* Et de. *i. diuinis reuelationibus & angelicis apparitionibus quæ in hoc ſecundo libro magis explicantur, ut patebit locis ſuis proſequendo.*

*t* Cum pauci. *malos puniendo.*

*u* Et Barbaram. *Iudæi enim Barbaros reputabant omnes qui non erant de lege ſua.*

*x* Vt leges quæ. *per edictum regis Antiochi, ut patet. 1. capit. primi. lib.*

*y* Reſtituerentur. *per Iudam Machabæum & ſocios eius.*

*z* Domino. *i. hęc non fuerunt facta virtute humana ſed diuina.*

*a* Itemque ab. *quia ſcripſit diffuſe Iudæ & ſociorum eius facta.*

*b* Tentauimus. *ex quo uidetur quòd fuerint plures in hac compilatione.*

*c* Vno uolu. *ſ. in hoc ſecundo libro qui eſt ſatis breuis.*

*d* Conſiderantes. *Hic conſequenter deſcribitur ſcribentium motiua ratio, quæ eſt vtilitas legentium qui gaudent breuitate, & ideo deſcripta breuiter legunt libentius, & memoriæ commendant melius, propter qđ iſti ſi plures fuerint laborem abbreuiandi ſumpſerunt. & idem fuit motiuum ſi unus tantum abbreuiauit. & his dictis patet litera.*

D

*e* Veritatem. *Hic conſequenter ponitur ſcribendi modus & forma, cũ dicitur:* Veritatem quidem de ſingulis autoritatibus concedentes. *id eſt concedimus uera eſſe quę ſcripſerunt aliẏ diffuſe.*

*f* Ipſi autem. *i. nos.*

*g* Secundum datam. *quam breuitatis formam explicat per exemplum dicens.*

*h* Sicut enim. *id eſt principali artifici.*

*i* De uniuerſa ſtructura curandum. *ſ. de diſpoſitione fundamenti. parietum, & tecti.*

*k* Ei uerò qui pingere curat &c. *nam ad eum non pertinet factio domus ſed eius ornatus.*

*l* Ita æſtimandum eſt & in nobis &c. *qui non habemus hiſtoriam ſcribere, ſed iam ſcriptam ab aliẏs abbreuiare. & ideo ſubdit opus hiſtoriographi, cum dicitur.*

*m* Etenim intellectum colligere & ordi. & cętera. *Et ſimiliter ſubdit officium abbreuiantis hiſtoriographi dicta, cum dicitur.*

*n* Breuitatem vero. *id eſt ſententiam longam in breuibus verbis colligere.*

*o* Et executiones. *ſcilicet geſtarum.*

*p* Vitare. *Quando faciunt magnam digreſſionem a principali intentione,* Breui &c.

*q* Hinc igitur. *ſ. in principio ſequẽ. capit.* De præfa. tantum dixiſſe ſufficiat.

*r* Stultum etenim. *Videtur autem quòd iſte uel iſti ſi plures fuerunt.*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

¶ fuerint conſitẽantur ſuam ſtultitiam, quia multa poſita ſunt hic ante narrationem reſpectu ſequentium. Dicendum, quòd præfatio proprie dicitur illud quod narrationi uel executioni præmittitur per modum prologi, in quo breuiter continetur materia libri: & hoc incipit ab illo loco, De Iuda uero Machabæo &c. vbi ſatis breuiter tangitur materia libri breuiandi cauſa & ſcribendi forma, ut dictum eſt. Quod autem ponitur de inuitatione ad duorum feſtorum obſeruantiam, non proprie pertinet ad huius libri præfationem, ſed magis eſt aliquid adiunctum vt præambulum, ſicut dictum eſt ſupra.

## GLOS. ORDIN. CAP. III.

IGitur cum &c. Igitur quia varij ſub diuerſis regibus erãt põtifices, neceſſariũ iudicauimus iuxta narrationem hiſtoriographorũ noĩa recitare illorũ põtificum q põtificatum regum temporibus habuerut, necnon & eorum q poſt captiuitatem Babyloniæ in gente Iudęa fuerunt, ut eo clarior appeat hiſtoriæ ueritas. Prim⁹ ſiqdẽ Sadoch põtifex fuit tẽpli qđ Salomõ ędificauit. Poſt eũ uero Achimaas filius in eius honorem ſucceſſit, poſt hũc ãt Ioram, & poſt eũ Auxieramus. Deinde Nideas. Poſt Nidæam uero Suadeas, poſt hunc Hilus, Hilo uero ſucceſſit Ioathan, cui rurſus Vrias: Vrię uero Nerias, poſt Neriã ãt Odeas fuit, poſt hũc uero Sellũ, deinde Helchias, poſt hunc Zara, et poſt hunc fuit Ioſedech, q captiuus in Babyloniã deductus eſt. Iſti ſiqdẽ oẽs in põtificatũ filij patribus p ordinẽ ſucceſſerunt. Poſt Ioſedech ãt filius eius Ieſus ſacerdotium accepit. Sub quo tẽplũ reædificatum eſt: & poſt hũc Ioachim filius eius. Defuncto ãt & hoc Iohãnes filius ei⁹ honorẽ ſuſcepit, finiẽte uero uitã Iohãne ſuccedit primatui ſacerdotũ fili⁹ eius Iaddus, ſub quo Alexander rex Macedo Ieroſolymam uenit. Poſt quẽ Onias filius eius clarus hr̃, poſt hũc Simõ filius eius, cui cognomẽtũ iuſtus fuit, pp ſollicitã in Deum religionẽ, & in ciues ſuos pnã clemẽtiam. Deinde Iudæorũ pontifex Eleazarus frater Simonis ſuſcepit templi miniſterium: filio Simonis Onia paruo admodũ derelicto, qui Eleazarus Ptolemæo Philadelpho petente ſeptuaginta interpretes ad interpretãdum legẽ diuinam tranſmiſit. Poſt Eleazarũ ãt annuculus ei⁹ Manaſſes accepit ſacerdotium: poſt Manaſſen uero Iudæorum pontifex Onias Simonis iuſti filius clarus hr̃, qui conſueta Ptolemæo regni tributa non reddens ad iram eum impulit. Verum Ioſephus uir inter ſuos nobilis legatus a Iudæis ad Ptolemæum miſſus cum familiaritatem regis ob plurima meruiſſet in eum obſequia, dux Iudææ & regionũ finitimarum conſtituitur. Poſt Oniã ãt Simõ Oniæ filius Iudęorum pontifex clarus hr̃. Sub quo Ieſus filius Syrach ſapientię librum componens, quẽ uocauit panarethon. i. uirtutum oĩm capacem, etiam Simonis in eo fecit mentionem. [Eccl. 50.a] Poſt Simonem autem Onias filius eiuſdem Simonis inſignis habetur. Ad quem Lacedæmoniorum rex Argis legatos mittit, qui ſacerdotium habuit regnante Syriæ & Aſiæ Antiocho magno, & Seleuco Philopatore filio eius uſq; ad Antiochũ Epiphanem, ſub quo pontifice omnia hæc quæ de Simone præpoſito templi narrantur, facta ſunt regnãte Syriæ & Aſiæ Seleuco Philopatore, cui ſucceſſit in regnũ Antiochus Epiphanes. Simon aũt ꝓpoſitus templi Ieroſolymorum ad Apollonium Phœnicis ducem confugiens, multis ei munerib. repromiſſis ſacerdotium ſibi vendicare cępit: Quo Seleucus audito, Heliodorum mittit ad negotium peruidendũ: qui cum in Iudęã perueniſſet, inique dijudicans, & multa pperã gerẽs diuinis aduerſum ſe ſignis deterreĩ, & ad Seleucũ reuertitur. Onias aũt ſacerdos curauerat, ut Simon ꝓfugus fieret &c. Cũq; ritu. &c.

†Deniq; hęc hiſtoria ſm̃ Tropologię regulã inſinuat: qa oẽs q ſupbia atq; auaritia inſtigati ſanctificationẽ dñi cõtaminare atq; pollutis manib. indigne tractare pſumpſerit, cæleſti iudicio ſunt puniendi, qa ueritate atteſtãte: Domus Dei domus orationis eſt cũctis gentib. Nec licet eã cuiq; facere ſpeluncã latronum. Hinc & Pſal. ait: Domũ tuã de. ſan. d. in lon. di. Nec licet ibi aliqd gerere uel condere, ſed ſolius Dei laudib. & orationib. uacare. vñ & ipſe dñs in Euangelio eliminauit de tẽplo vendentes & ementes in illo, & numulariorum effudit es, & cathedras vẽdentiũ colũbas euertit. Hiſq; peractis erat quotidie docẽs in templo. Iuxta allegoriã aũt, Onias ſacerdos Dei magnus & figuralis tẽpli cuſtos, ſignat dñm Saluatorem, qui a Deo patre pontifex factus in æternũ ſm ordinem Melchiſedech, veri Dei templi, qđ eſt ecclia, cuſtos & inhabitator eſt, qđ nomẽ Oniæ ſatis exprimere vr̃. Interpretat. n. Onias, dolor dñi, ſiue dolens dñs. Et qs dolens dñs melius dici põt q̃ redemptor nr̃? De quo per Iſaiam dr̃: Vidimus eũ & nõ erat aſpectus, & deſiderauimus eũ deſpectum, & nouiſſimum uirorũ, & uirum dolorum, & ſcientẽ infirmitatẽ. Vere languores nr̃os ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Heliodorus aũt inuaſor aut ſpoliator ærarij domini, Paganos ſiue Iudæos ſiue ẽt hęreticos ſignat, qui ſine reuerẽtia Dei donis abuti, & in nefariũ actũ ea cõuertere uolũt. Inuadũt. i. Pagani theſaurum templi Dei cum fidem ac cultum Chriſti deſtruere conanť: Inuadunt & Iudæi, cum religionem Chriſtianam ueteris legis ceremonijs confundere cupiunt: Inuadunt ẽt hæretici, qñ veritatem Euangelij & ſinceritatem legis Dei falſis dogmatib. corrumpere geſtiunt. Sed Onia orante deſcendit eques terribilis, arma hñs aurea. ille uidelicet de quo Ioh. in apocali. ſua ſcripſit dicens: Vidi cælum apertum, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſup eum uocabatur fidelis & uerax, & cum iuſtitia iudicat. Oculi eius ſicut flamma ignis, in capite eius diademata multa, habens nomen ſcriptũ qđ nemo nouit niſi ipſe, & ueſtitus erat ueſte aſpſa ſanguine, & uocaĩ nomen eius uerbũ Dei. Orantib. qdem mẽbris Chriſti ſuccurrit ipſe eis in auxiliũ, qui eſt uia, ueritas, & uita, & ad debellãdos inimicos, & terrẽdas prauorũ pſumptiones. Cuius equus erat albus, qa natiuitas eius erat incorrupta, & ueſtis ſanguinolenta, qa mors carnis eius erat innoxia, ipſeq; terribilis, qa valde mirabilis atq; iudex iuſtiſſimus eſt. Hic erat optimis operimẽtis adornatus, qa oĩm virtutũ decore ſplendet clariſſimus. Cui arma erant aurea, qa opa eius mirifica. Ipſius. n. dono habet Ecclia ſua ſcutũ fidei, loricam iuſtitiæ, galeam ſalutis, & gladiũ ſpũs, qđ eſt uerbum Dei: Quib. armis ipſe quotidie in membris ſuis pugnat contra hoſtes ſuos. Hic uidelicet eques cum impetu Heliodoro priores calces eliſit, qa eius incarnationis ſacr̃m oẽs ꝓſternit hoſtes, hoc eſt Paganos, Iudæos, & hr̃ticos, quatenus confuſi ab immanitate ſcelerũ aliqñ deſiſtant. Illi ergo duo iuuenes qui cũ ipſo equite apparuerunt, decori uirtute, optimi gloria, ſpecioſiq; amictu, qui circũſteterunt Oniã ex vtraq; parte, & flagellabant ſine intermiſſione Heliodorũ multis plagis uerberantes, ſignãt doctores vtriuſq; teſtĩ, qui circũſtantes Chriſti incarnationem virtute fidei ac bonorum operum decori, gloria miraculorum optimi, & amictu ſanctæ ſcientiæ, & ſapientiæ ſpecioſiſſimi, varijs tpibus exiſtentibus, prædicationibus ſuis verberãt prauorum inſenſibilitatem, & ad terram decidere compellũt. Sicq; fiet, ut iſte qui ante templum aggreſſus eſt ſuperbus, per correctionem diſciplinæ appareat inualidus: Quia non eſt ſapiã, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra dñm, quia oĩa quæcunq; uoluit fecit in cælo, & in terra, & in mari & in oĩbus abyſſis, & non eſt qui poſſit reſiſtere uoluntati eius. Dñs uniuerſorum ipſe eſt. [Pſal. 34.] Quòd autẽ Onias offerens hoſtiam ſalutarem pro ſalute uiri, ſaluauit ipſum Heliodorũ multa caligine circunfuſum, ſignificat q̃ miam redemptoris noſtri ſæpe ingratis & immeritis confert beneficium conuerſionis, quatenus per eius gratiam (qui ſemetipſum obtulit hoſtiã ſalutarem pro mundi peccatis) exuantur ab erroribus ſuis, & liberentur a ptãte Sathanę (cuius nequitia quondam captiuati erant, ad ipſius uoluntatem) vt referant gratias redemptori ſuo, & laudem eius prædicent in uniuerſa terra.

## CAP. III.

IGitur cum ſancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optime cuſtodirentur propter Oniæ pontificis pietatem & animos odio habentes mala: fiebat ut & ipſi reges & principes locum ſummo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illuſtrarent, ita ut Seleucus Aſiæ rex de redditibus ſuis præſtaret omnes ſumptus ad miniſterium ſacrificiorum pertinentes. Simon autem de tribu Beniamin præpoſitus templi conſtitutus contẽdebat obſiſtente ſibi principe ſacerdotũ iniquũ aliquid in ciuitate moliri. Sed cũ uincere Oniã nõ poſſet, uenit ad Apolloniũ Tharſeæ filium, qui illo tempore erat dux Cœleſyrię, & Phœnicis, & nunciauit ei pecunijs innumerabilibus plenum eſſe ærarium Ieroſolymis, & communes copias immenſas eſſe, quæ non pertinent ad rationem ſacrificiorum, eſſe autem poſſibile ſub poteſtate regis cadere uniuerſa. Cumque retuliſſet ad regem Apollonius de pecunijs quæ delatę erant, ille accitũ Heliodorũ qui erat ſup negotia eius, miſit cum mãdatis, ut prędictam pecuniam trãſportaret. Statimq; Heliodorus iter eſt aggreſſus ſpecie qdem quaſi per Cœleſyriã & Phęnicem ciuitates eſſet peragraturus, re aũt uera regis ꝓpoſitum perfecturus. Sed cũ ueniſſet Ieroſolymam, & benigne a ſummo ſacerdote in ciuitate eſſet exceptus: narrauit de dato inditio pecuniarũ: & cuius rei gratia adeſſet aperuit. Interrogabat aũt ſi uere hæc ita eſſent. Tunc ſummus ſacerdos oſtendit depoſita eſſe hæc ad uictualia uiduarum & pupillorum: quędam uero eſſe Hircani Tobię uiri ualde eminentis: in his quæ detulerat impius Simon, uniuerſa autem argẽti talenta eſſe quadringenta, & auri ducẽta. Decipi uero eos qui crediďiſſent loco & templo qđ per uniuerſum mũdũ honoratur pro ſui ueneratione & ſanctitate impoſſibile oĩno eſſe. At ille pro his quę habebat in mandatis a rege, dicebat omni genere regi ea eſſe deferenda. Conſtituta aũt die intrabat de his Heliodorus ordinaturus. Nõ modica uero per uniuerſam ciuitatem erat trepidatio. Sacerdotes aũt ante altare cum ſtolis ſacerdotalibus iactauerunt ſe, & inuocabant de cęlo eum qui de depoſitis legem poſuit, ut his qui depoſuerant ea ſalua cuſtodiret. Iam vero qui uideret ſummi ſacerdotis uultũ mẽte uulnerabať. Fa-

c Habitaretur in omni pace. *ſub tributo tamen regum Syriæ.*

d Leges etiam. *ſ. datæ Moyſi.*

e Adhuc optime. *nam a reditu captiuitatis Babylonicæ uſque ad tempus Antiochi Epiphanis, non leguntur Iudæi ad idololatriam ſeu ritum Gentilium declinaſſe.*

f Propter Oniæ pontificis pietatem. *i. diligentiam in diuino cultu. nam ſecundũ Tulliũ pietas eſt cultus ſoli Deo debitus. Quod autem in aliquibus libris præmittitur, diſpoſitionem, non eſt de textu nec in libris correctis.*

g Et ani. *ſ. aliorum Oniæ adhærentium.*

h Fiebat ut & ipſi reges. *Ieruſalem ad diuinum cultum electum.*

i Summo ho. dignum. *in ea ædificatũ.*

k Maximis muneribus illuſtrarẽt. *ita q non ſolum honorabant verbo, ſed etiam facto. Et ponitur exemplum cum dicitur:*

l Ita ut Seleucus. *iſte fuit filius Antiochi magni, & ei ſucceſſit in regno, ſicut oſtenſum eſt in principio primi libri.* [Diuiſio]

m Simon. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius tẽpli conculcatio: Cuius primo ponitur occaſio, & ſcđo ſubditur executio, ibi: Cumque retuliſſet. Circa primum dicitur:* Simon. *quantum ad res exteriores, quia non fuit ſacerdos, cum eſſet de tribu Beniamin.*

n Contendebat. *ſ. Onias.*

o Iniquum. *i. cum difficultate aliquid attentare. Et dicitur a malo is, unde etiam infra, iiij, ca. dicitur, q amici huius Simonis ſub alis ipſius homicidia ppetrabãt.*

p Sed cum uin. *per ſe & ſuos cogitauit hoc facere per regiã ptãtem iõ ſubditur.*

q Venit ad Apollonium qui Gentilis erat. *ut ſic per ducem regem induceret ad templi ſpoliationem.*

r Et nunciauit ei pec. *locus erat prope templum, in quo cuſtodiebantur depoſita uolentium perſonarum, & etiam bona pro ſuſtentatione pauperum collecta.*

ſ Communes copias immenſas eſſe, quæ non pertinent ad rationem ſacrificiorum. *ſ. in illo ærario. Et dicuntur hic communes copiæ bona ſeruata pro cõitate, quæ non pertinent ad rationem ſacrificiorum, hoc addidit iſte proditor, quia ſciebat quòd rex qui pro ſacrificijs ſumptus dabat vt præmiſſum eſt, non libenter acciperet bona pro ſacrificijs cuſtodita: ideo ſubditur.*

t Eſſe autem poſſibile. *ſine offenſa Dei.*

u Sub po. regis ca. uni. *i. fiſco regio applicari pro bono regni.*

x Cumque. *Hic conſequenter ponitur dicti contemptus executio, circa quam primo ponitur mandatum regis, cum dicitur: Cumque retuliſſet ad regem &c. & patet. Secundo obedientia ducis, cum dicitur.* [Diuiſio]

¶ Statimque

## MORALITER.

✻ b *Igitur cum ſancta ci.* Per hoc patet q ſacerdotũ bona conuerſatio, & deuota diuinorum celebratio principes inducit ad Dei reuerentiam & honorem eccleſiæ, & diuini cultus ampliationem.

m *Simõ ãt. de tr. Bẽ. &c.* Per iſtũ q pſuaſit ſpoliare tẽplũ, ſignantur illi q pſuadẽt tyrãnis eccl'ias ſpoliare. Per regẽ qui ad hoc miſit Heliodorũ, ſignatur pcipiẽs hoc fieri. Per Heliodorũ executor huius mali. Per Oniã uero põtificẽ ſignatur bonus platus, qui q̃tũ pt̃ conſeruat eccl'ię libertatẽ. Per equitẽ uero armis aureis adornatũ ſignatur Chriſtus tutor eccl'iæ ſuæ & defenſor, ſicut dr̃ Apoc. vj. a. Ecce equus albus, & qui ſedebat ſup eũ hẽbat arcũ, & data eſt ei corona, & exiuit vincens ut uinceret. Per hoc aũt q Heliodori priores calces eliſit & in terrã deiecit, ſignatur q Chriſtus dãnificantes eccleſiam & ei inferẽtes cõtumeliã punit grauiter in hoc ſeculo, vel grauius in futuro. Per duos iuuenes ipſum Heliodorum flagellantes ſignificatur uirtus angelica fortiter & prouide exequens mandata diuina. Per hoc autem, q dñs ad preces Oniæ Heliodorum liberauit a morte, ſignificatur quòd ad prælati deuoti deprecationẽ peccantes liberat non ſolum a malo temporali, ſed etiam ſpũali. unde ſubditur quòd Heliodorus hoſtia Deo oblata teſtabatur omnibus ea quæ ſub oculis ſuis uiderat opera magna Dei.

## NIC. DE LYRA. CAP. III.

IGitur cum. *Sicut patet ex prædictis in libro ſcđo tãgitur breuiter liberatio Iudæorum ab afflictionibus per Iudã Machabæum & ſocios eius. In quo etiam aliqua ponuntur quæ ſuperius in primo li. ſunt omiſſa. Sciendum etiam, quòd hiſtoriographi cõiter incipiunt ab aliquo præcedenti hiſtoriam quam intendunt principaliter deſcribere, ut ſic conuenientius deſcendant ad ſuum propoſitum: & ideo veriſimile eſt, quòd Iaſon Cyreneus qui hiſtoriam Iudæ & ſociorum eius ſcripſit diffuſe, incepit a tempore pontificis Oniæ: & eodem modo liber iſte qui eſt abbreuiatio illius hiſtoriæ, ut dictum eſt, incipit ſimili modo. Propter quod in duas partes diuiditur, quia primo ponitur quædam liberatio templi tempore Oniæ. ſcđo ſubditur liberatio templi & populi facta tempore Iudæ, ca. ſe. ibi: Sed poſt Seleuci. Circa primum ſciendum, q oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt: & ideo primo ponitur templi ueneratio præcedens. ſecundo eius conculcatio ſequens, ibi: Simon autem. Circa primum dicitur.* [Diuiſio.]

b Igitur cum ſancta ciui. *ſ. Ieruſalem: Quæ dicitur ſancta, eo quòd ibi uigebat cultus diuinus.*

Habitare-

## NIC. DE LYRA.

¶ a Statimque Helio. &c. *Vbi primo ponitur eius attentatio. ſecundo, populi trepidatio, ibi: Non modica uero. tertio attentantis percuſſio, ibi: Heliodorus autem. quarto percuſſi ſanatio, ibi: Tunc uero. Circa primũ dicitur:* Statimque Helio. *ad exequendum regis mandatum.*

b Specie qui. *i. ſimulatorie.*

c Quaſi p. *ad ſciendũ earum diſpoſitionẽ, tantũ ne Iudæi ſe munirent ad defendẽdum ærariũ cõtra ipſum. Cætera patent uſq; ibi:*

d Oſten. de. &c. *In tribus. n. annis fiebat quædam decima pauperibus diſtribuenda, quę aliquando vendebatur, & precium in templum ad cuſtodiam mittebatur. Fiebant etiam cum hoc aliquæ collectiones a diuitibus, quæ ſimiliter ibi ſeruabantur.*

e Quædam ue. &c. *i. depoſita ab eo.*

f Viri ua. *In uirtute & fama: & hoc dicitur ad oſtendendum, q ibi non reſeruabantur depoſita malorum hominum vel infidelium. Vnde & Neemias fecit proijci uaſa Tobiæ Gentilis de gazophilatio domus domini, Neemiæ. xiij. b.*

g Decipi ue. &c. *i. commendaſſent depoſita ſua ibi cuſtodienda, & ſupplendum eſt, ſi portarentur regi.*

h Impoſſibi. *Hæc eſt conſtructio ſuſpenſiua propter quod refertur ad interrogationem Heliodori quæ præmittitur. Si uere hæc ita eſſent, ſcilicet quæ dixerat Simon, ſcilicet quòd ſine offenſa Dei poſſent ad regem dicta deportari, & propter hoc Onias in ſua reſponſione dicit impoſſibile eſſe, quia hoc non ſolum erat aliena rapere, ſed etiam Dei templo contumeliam inferre.*

i At ille. *ſ. Heliodorus.*

k Pro his &c. *Cui uolebat ſimpliciter obedire.*

l Dicebat omni genere. *i. omnibus modis.*

m Regi ea eſſe deferenda. *ideo ſubditur:*

n Conſtituta au. die in. *ad exequendum regis mandatum.*

o Non mo. uero per uni. *Hic conſequenter ponitur populi trepidatio, ne contemptus inferretur Dei templo, ad quod euitandum ſubditur communis oratio. Et primo ſacerdotum cum dicitur:*

p Sacerdotes au. ante alt. *ſ. holocauſtorum.*

q Cum ſtolis ſacer. ia. ſe. *in ſignum humiliationis, ut preces eorum eſſent magis exaudibiles, ſecundum illud Eccle. xxxv. c. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit.*

r Et inuocabant de cælo. *i. ut exaudirentur de cælo.*

ſ Eum qui de depo. leg. po. *Exodi vigeſimo ſecundo.*

t Vt his qui de. ea ſal. cuſt. *ab inuaſione Eliodori.*

u Iam uero qui ui. ſum. ſac. vultum. *ſupple ſibi compateretur. Et ſubditur ratio cum dicitur:*

x Mente. *Quod conſequenter declaratur per immutationem faciei, in qua magis quam in alijs partibus corporis relucet diſpoſitio animi.*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

¶ *a* Pro eo quòd in c. &c. A *niſi Deus adiuuaret: propter quod eius auxilium ſuper hoc implorabant.*

*b* Accinctæque mu.cil.pe. *ſe macerando pro ſubſidio Dei impetrando.*

*c* Sed & uirgines quæ con. erant.*i. de domibus parentũ, non exibant ratione verecundiæ & pudicitiæ virginalis: tamen in illa turbatione exibant præter morem ſolitum currentes ad Oniam. Aliqui tamen exponunt hoc dicentes, quòd aliquæ uirgines nobiles prope templum cuſtodiebantur incluſę uſquequo nuptui traderentur.*

*d* Erat enim miſ.com.mul. *Iudæorum cuiuſcunque ſtatus & ſexus.*

*e* Et magni ſacerdotis in agone conſtitu.*i. in anxietate mentis.*

*f* Expectatio.*pro contemptu templi futuro. Cætera patent.*

Diuiſio *g* Heliodor.*Hic conſequenter deſcribitur exequentis percuſſio, cum dicitur:* Heliodorus au.*i. perficere intendebat.*

*h* Sed ſpiri.omni.Dei.*id eſt eius uirtus.*

*i* Magnam fecit: *conuertendo Heliodorum & ſuos ſatellites in tantam mentis formidinem & roboris diſſolutionẽ, quòd non poterant perficere illam executionem. Et ſubditur cauſa cum dicitur:*

B *k* Apparuit enim illis quidem equus terribilem habens ſeſſorem. *id eſt angelum loci defenſorem in ſpecie hominis equitis apparentem.*

*l* Heliodoro priores &c. *id eſt priores partes pedum. & inde dicitur calcitrare.*

*m* Alij etiam apparuerunt duo iuuenes. *id eſt angeli in ſpecie iuuenum apparentes.*

*n* Virtute deco.&c. *Apparebant enim fortes & pulchri & bene ornati ad deſignandum angelorum fortitudinem & pulchritudinem naturæ & ornatum glorię.*

*o* Subito autem Helio.conci. in ter. *ex eorum percuſſione.*

*p* Eumque mul. caligine circumfuſum. *ad deſignandum tenebroſitatem mentis ſuæ.*

Ra-

cies enim & color immutatus declarabat internũ aĩ dolorẽ. Circunfuſa enim erat mœſtitia quædã uiro, & horror corporis per quem manifeſtus aſpicientibus dolor cordis eius efficiebatur. Alij etiam congregati de domibus confluebant publica ſupplicatione obſecrantes: pro eo ꝙ in cõtemptum locus eſſet uenturus. Accinctęq; mulieres cilicijs pectus per plateas confluebant: ſed & uirgines quæ concluſæ erant, ꝓcurrebant ad Oniam, alij aũt ad muros: quædam uero per feneſtras aſpiciebant: uniuerſæ autem protendentes manus in cælum deprecabãtur. Erat aũt miſera commixtæ multitudinis, & magni ſacerdotis in agonẽ conſtituti expectatio. Et hi qdem inuocabant Deũ omnipotentem, ut credita ſibi his qui crediderãt cum omni integritate conſeruarentur. Heliodorus aũt quod decreuerat perficiebat, eodem loco ipſe cum ſatellitibus circa ęrarium pñs. Sed ſpũs omnipotentis Dei magnam fecit ſuæ oſtẽſionis euidẽtiam, ita ut oẽs qui auſi fuerant parere ei, ruentes Dei uirtute in diſſolutionem & formidinem conuerterẽtur. Apparuit enim illis qdam equus terribilẽ habens ſeſſorem, optimis operimentis adornatus, iſq; cũ impetu Heliodoro priores calces eliſit. Qui aũt ei ſedebat uidebatur arma habere aurea. Alij ẽt apparuerunt duo iuuenes uirtute decori, optimi gloria, ſpecioſiq; amictu, qui circumſteterunt eum, & ex utraq; parte flagellabant, ſine intermiſſione multis plagis uerberantes. Subito aũt Heliodorus concidit in terram, eumq; multa caligine circumfuſum rapuerunt, atq; in ſella geſtatoria poſitum eiecerunt. Et is qui cum multis curſoribus & ſatellitibus prædictum ingreſſus eſt ærariũ, portabatur nullo ſibi auxilium ferente, manifeſta Dei cognita uirtute. Et ille quidẽ per diuinã uirtutem iacebat mutus, atq; omni ſpe & ſalute priuatus. Hi aũt dñm benedicebãt, qa magnificabat locũ ſuũ, & templũ qđ pauloante timore ac tumultu erat plenũ, apparente omnipotente dño gaudio & lætitia impletũ eſt. Tunc uero ex amicis Heliodori qdã rogabant confeſtim Oniã, ut inuocaret altiſſimũ, ut uitam donaret ei qui in ſupremo ſpũ erat conſtitutus. Conſiderans aũt ſummus ſacerdos, ne forte rex ſuſpicaretur malitiam aliquã ex Iudæis circa Heliodorũ conſummatã, obtulit pro ſalute uiri hoſtiã ſalutarẽ. Cũq; ſummus ſacerdos exoraret, iidem iuuenes eiſdẽ ueſtibus amicti aſtantes Heliodoro dixerunt: Oniæ ſacerdoti gratias age. Nã pp eũ tibi dñs uitã donauit. Tu aũt a Deo flagellatus nuncia omnibus magnalia Dei & poteſtatẽ. Et his dictis non comparuerunt. Heliodorus aũt hoſtia Deo oblata, & uotis magnis ꝓmiſſis ei qui uiuere illi conceſſit, & Oniæ gratias agens, recepto exercitu repedabat ad regẽ. Teſtabatur aũt omnibus ea quæ ſub oculis ſuis uiderat opera magna Dei. Cum aũt rex interrogaſſet Heliodorũ, qs eſſet aptus adhuc ſemel Ieroſolymã mitti, ait: Si quẽ habes hoſtem aut regni tui inſidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, ſi tñ euaſerit: eo ꝙ in loco ſit uere Dei qdã uirtus. Nã ipſe qui habet in cęlis habitationẽ, uiſitator & adiutor eſt loci illius: & ueniẽtes ad malefaciendũ ꝑcutit ac ꝑdit. Igiť de Heliodoro & ęrarii cuſtodia ita res ſe habet.

*q* Rapuerunt.*ſcilicet ſacerdotes, de loco ſacro eum amouentes, eo quòd videbatur mortuus uel morti propinquus, ne ex cadauere mortui contaminaretur locus. Cætera patent.* C

*r* Tunc uero. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius percuſſi ſanatio, & ſecundo ſubditur ſanantis infamatio in principio ſequen. capit. Circa primum primo ponitur percuſſi ſanatio, cum dicitur:* Tunc uero ex amicis Helio. qui. ro. *Et patet litera. Secundo ponitur ſanati gratiarum actio, cum dicitur: Teſtabatur autem. Et primo generaliter, cum ſubditur:* Diuiſio.

*ſ* Omnibus ea quæ ſub oculis. *in ſua flagellatione & mirabili ſanatione, ſecundo, coram rege ſpecialiter, dicens:*

*t* Si quem habes ho. aut re.&c. *de quo caute uelis te expedire.*

*u* Mitte illuc & flagel. eum rec. *hoc enim erat expertus in ſeipſo.*

*x* Si tamen eua. *ſcilicet mortem Hoc autem addidit, quia firmiter tenebat ſe mortem non euaſiſſe, niſi per preces Oniæ. Cætera patent.*

D

## NIC. DE LYRA. CAP. IIII.

Imon autem prædi. *Poſtquam deſcripta eſt Heliodori ſanatio, hic cõſequenter ponitur ſanantis infamatio, cum dicitur:*

*a* Simon autem præ. *de tribu Beniamin, de quo fit mentio prope principium cap. præceden.*

*b* Pecuniarum & patri.de. *id eſt accuſator, vt habetur ibidem.*

*c* Male loquebat. de Onia. *volens eum infamare, & per hoc odioſum reddere populo.*

*d* Tanquam ipſe: *ſ. Onias.*

*e* Heliodorum inſtigaſ.ad. *ſ. ad ſpoliandum ærarium, licet exterius fingeret cõtrariũ.*

*f* Prouiſoremque ciuita. *Ieruſalem.*

*g* Ac defenſorem gentis ſuæ *ſ. Iudaicæ.*

*b* Et æmulatorem legis.*i. eius amatorem. vnde verſus: Aemulor, inflatur, amat, inuidet ac imitatur.*

*i* Audebat inſidiat.regni. *ſ. Iudææ, quæ licet tunc non haberet regem, tamen erat vnum regnum.*

*k* Dicere. *mendacium proprium crimen retorquens in Oniam.*

¶ Sed cum

## CAP. IIII.

SImon autem prędictus pecuniarum & patriæ delator male loquebatur de Onia, tã ꝙ̃ ipſe Heliodorum inſtigaſſet ad hæc, & ipſe fuiſſet incentor malorum: prouiſoremq; ciuitatis, ac defenſorem gentis ſuę, & æmulatorem legis Dei audebat inſidiatorem regni di-

Et æmulatorem

### MORALITER.

✱ *a Simon autem prædi.pecuni.& patriæ dela.&c.* Per iſtum qui male loquebatur de Onia uiro ſancto ſignificantur dettactores peſſimi, qui libentius denigrare nituntur famam bonorũ quã malorum: De quibus dicitur Prouer.ij. ca. Qui lætantur cũ male fecerint, & exultant in reb. peſſimis, quorum uiæ peruerſæ & infames greſſus eorum.

✱ *Sed poſt*



## ☞ GLO. ORD. CAP. IIII.

A *a Sed p.Se.&c.* De hoc Ioſephꝰ ita narrat: Per idẽ tps Onia defuncto principe ſacerdotũ fratri eius Antiochus ſacerdotij contulit principatum. nam filius quẽ Onias reliqrat, adhuc infans erat. Demõſtrabimus ãt ſingula in loco ꝓprio quę ad hũc puerũ ꝑtinere uidebant. Ieſu uero (nam hic erat frater Onæ) principatũ ſacerdotij rex abſtulit iratus, & dedit eũ minori fratri eius noĩe Oniæ. Simoni namq; tres filij hi fuerũt, ad quos principatus ſacerdotij ſicut p̃diximꝰ ꝑuenit. Et Ieſus qdẽ Iaſonẽ noĩauit ſe, Onias aũt Menelaus eſt noĩatus. Seditionẽ itaq; prius princeps ſacerdotũ Ieſus aduerſus Menelaũ cõcitauit, & diuiſa in utrunq; ppl̃i mltitudine, ꝓ ꝑte Menelai filij Tobię cõſiſtebãt. Ppl̃i uero pars plurima Iaſonẽ adiuuabat. vñ laborantes Menelaus & filij Tobię ad Antiochũ diſceſſerũt, ad notitiã eius ꝓducẽtes, ꝙ uellẽt patrias relinqre leges, & cõuerſationẽ & mores obſeruare Græcorũ. Rogauerunt ergo eũ ut ꝑmitteret eis ędificare gymnaſiũ Ieroſolimis. Cunque cõceſſiſſet, circũciſionẽ ſuã uelauerũt, ut nõ apparerẽt in denudatiõe Græcis eſſe diſſiĺes: ceteraq; oĩa relinquẽtes q̃ illis mos patrius imponebat, aliarũ fctã Gẽtiũ rituſq; ſectabantur. Hæc Ioſephꝰ. Sed miror, qũo ipſe Onia defuncto dicat Antiochũ fratri Iaſonis ſacerdotiũ cõtuliſſe, cũ hęc hiſtoria huic narrationi nõ cõcordet, ſicut in ſequentib. demõſtrabiť. Deniq; Antiochus Epiphanes, cũ de regione Ptolemæorũ quã ſubito inuaſerat ſenatus p̃cepto receſſiſſet, ĩ Iudęã uenit, ibiq; Ieſu qui & Iaſon fratri Oniæ põtificatũ tradidit: quo deinde expulſo, B Oniã cognomẽto Menelaũ ſucceſſorẽ ei dedit. Itaq; ob ſacerdotij dignitatẽ orta ſeditione inter principes, ingẽtiũ miſeriarũ ſemĩa pullulauerũt. Hęc aũt factio ſuꝑborũ atq; tranſgreſſorũ legis Dei, nõ allegoriã aliquã ad ædificationẽ utilẽ nobis ingerit, ſed ꝓh dolor, iſto tpe Iaſõ imitatores facinoris ſui pl̃es inuenit, cũ hi qui in eccl̃ia ppl̃o Dei & ſanguine filij eius vnigeti redẽpto p̃ponunť, deſerta Euãgelij doctrina & uera religiõe, a cultu uniꝰ Dei qui ibi cõmẽdať, ac inſinuať, prauis morib. ad occultã cõuolãt idololatriã, cũ ꝑ ambitionẽ pecuniarũ & diuitias p̃ntis uitæ luxurioſam uitam & Deo deteſtabilẽ ducẽdo, adulatorũ attẽdẽtes fauorẽ, multos ſecũ trahũt ad ꝑditionẽ. Iſti ꝓfecto ſm apl̃m: Cõfitẽtur qdẽ ſe noſſe Deũ, fa. aũt ne. Nã qa victu & ueſtitu moderato nõ ſunt cõtẽti, ſed uolẽtes diuites fieri, inci. intẽta. & in la. dia. & deſide. mlta & inuti. & noci. quę mer. hoĩes in inte. &c. Radix. n. oĩm malorũ eſt auaritia, quam quidam appetentes, errauerũt a fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis.

Iosephus antiquita. li. 12. ca. 6. — Titum. 1. d — 1. Tim. 6. b — Ibidem.

☞ Cum

## NIC. DE LYRA.

¶ *a* Sed cum. *non ſolũ uerbis ſed ẽt factis.*

*b* Vt e.*i. familiares amicos. & dicuntur a necto tis, qa tales ad inuicem connectuntur.*

*c* Homi.fi. *Occidebant. n. aliquos de amicis Oniæ.*

*d* Conſi.o.*intrinſece, quæ periculoſior eſt illa quæ eſt contra extraneos.*

*e* Et Apol. *i. ardenter & male conari.*

*f* Ad re. *ſ. Seleucum, qui adhuc uiuebat, apud quem ſperabat gratiam & remedium inuenire per Heliodorum, quem ſuis precibus ſanauerat.*

cere. Sed cum inimicitiæ intantũ procederent, ut ẽt per quoſdam Simonis neceſſarios homicidia fierent: conſiderans Onias periculum contentionis, & Apollonium inſanire, utpote ducem Cœleſyriæ & Phœnicis, ad augendam malitiam Simonis: ad regem ſe contulit, non ut ciuium accuſator, ſed communem utilitatem apud ſemetipſum uniuerſæ multitudinis conſiderans. Videbat enim ſine regali prouidentia impoſſibile eſſe pacem rebus dari, nec Simonem poſſe ceſſare a ſtultitia ſua. Sed poſt Seleuci uitæ exceſſum, cum ſuſcepiſſet regnum Antiochus, qui nobilis appellabatur, ambiebat Iaſon frater Oniæ ſummum ſacerdotium adito rege, promittens ei argenti talenta trecenta ſexaginta, & ex redditibus alijs talenta octoginta. Super hoc promittebat & alia centum quinquaginta, ſi poteſtati eius concederetur gymnaſium & Ephebiam ſibi conſtituere, & eos qui in Ieroſolymis erant Antiochenos ſcribere. Quod cum rex annuiſſet, & obtinuiſſet principatum, ſtatim ad Gentilem ritum contribules ſuos transferre cœpit, & amotis his quæ humanitatis cauſa Iudæis a regibus fuerant conſtituta, per Ioannem patrem Eupolemij, qui apud Romanos de amicitia & ſocietate functus eſt legatione, legitima ciuium iura deſtituens praua inſtituta ſanciebat. Etenim auſus eſt ſub ipſa arce gymnaſium conſtituere, & optimos quoſque Epheborum in lupanaribus ponere. Erat autem hoc non initium, ſed incrementum quoddam, & profectus Gentilis & alienigenæ conuerſationis, propter impij & non ſacerdotis Iaſonis nefarium & inauditum ſcelus: ita ut ſacerdotes iam non circa altaris officia dediti eſſent, ſed contempto templo & ſacrificijs neglectis feſtinarent participes fieri paleſtræ & præbitionis eius iniuſtæ, & in exercitijs diſci: & patrios quidem honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur, Quarum gratia periculoſa eos contentio habebat, & eorum inſtituta æmulabantur, ac per omnia his conſimiles eſſe cupiebant,

Sed poſt

*g* Sed poſt. *Deſcripta liberatione tẽpli per Oniã, hic cõſequẽter deſcribitur liberatio tẽpli & populi per Iudã. Et primo tꝑe, Antiochi Epiphanis, ſecundo Antiochi Eupatoris, ca. x. ibi: Nunc aũt de Eupa. tertio, tꝑe Demetrij filij Seleuci, c. xiiij. Prima ĩ duas, qa primo deſcribitur populi tribulatio, ſecũdo, tribulati liberatio, ca. viij. Prima adhuc in duas: qa primo ponitur inchoatio tribulationis per ambitionẽ ſacerdotij, ſcđo, tribulationis cõſummatio per inuaſionẽ regis Antiochi, c. ſe. ibi: His itaq; geſtis. Prima diuiditur in duas: qa primo ponitur triũ ambitio, ſecundo unius. ſ. Iaſonis miſerabilis terminatio in prin. ſe. ca. Prima diuiditur adhuc in tres ſcđm ambitionẽ triũ ĩ principatu ſacerdotij ſibi ſuccedẽtiũ. ſcđa ibi: Et poſt triẽnij tp̃s. tertia, ibi: Quã ob cãm. Prima adhuc in duas, in partẽ. ſ. principalẽ & incidẽtalem, quæ incipit ibi: Miſſo aũt. Prima adhuc in duas, qa primo ꝑ ambitionẽ Iaſonis ponitur Gẽtilitatis introductio. ſecũdo, eiuſdẽ cõſummatio, ibi: Cũ aũt quinquẽnalis. Circa primũ dicitur.* Sed poſt Seleuci. *i. ipſo mortuo.* C Diuiſio

*h* Cum ſu. *frater eius priuans regno nepotem ſuũ, vt declaratũ fuit in prin. primi lib.*

*i* Ambiebat. *ipſo adhuc uiuente.*

*k* Sum.ſa. *& quia non poterat hoc licite, ideo quæſiuit per uias illicitas obtinere. ſ. per pecuniam: ideo ſubditur:*

*l* Adito re. *& per tranſlationem populi ad ritum Gentilium. ideo ſequitur:*

*m* Si po. *i. ſchola Gentilitatis, ſicut dictum fuit. 1. li. ca. 1.*

*n* Et Ep. *i. ꝓſtibulũ pulcherrimorũ iuuenũ.*

*o* Et eos. *i. ꝙ ꝓfiteretur ſe Gẽtiliter uiuere.*

*p* Quod cu. *Tũ pp ꝓmiſſa, tũ pp dilationẽ Gẽtilis ritꝰ, q ſibi placebat, eo ꝙ Gẽtilis erat.*

*q* Et obti. *ſ. ſacerdotij.*

*r* Statim. *Iſti. n. libentius ei obediebant, eo ꝙ de ſua tribu erant. & per iſtos intendebat trahere alios. ideo ſubditur:* D

*ſ* Et amotis &c. *a. re. Syriæ.*

*t* Fuerant con. *iſta impetrantem.*

*u* Patrem Eu. *ſ. Eupolemius.*

*x* Apud Ro. *vt habetur ſupra. 1. li. viij. ca. Prędicta. n. fauorabilia Iudęis auferebat ab illis qui nolebant recipere uitam Gentilitatis, vt ſic cogeret eos ad recipiendum.*

*y* Etenim au. *prope templum domini.*

*z* Gymnaſium. *i. ſcholam Gentilitatis.*

*a* Et op. quo. Ep. *i. pulcherrimos iuuenes.*

*b* In lu. *vt exerceretur in eis uitiũ cõtra naturã. Dicitur. n. Epheb. quaſi ualde lucidus.*

*c* Erat autem hoc. *tantum, ſcilicet.*

*d* Sed *cum hoc.*

*e* Incremen. *Gentilitatis apud Iudæos. Cætera patent uſque ibi:*

*f* Feſtina pa. *eſt aũt paleſtra locus ubi exercetur lucta, ſicut & gymnaſium, & utrunq; trahitur ad ſignãdum ſcholã, eo ꝙ ibi diſputant ſtudentes adinuicem. Et idem ſignatur hic noĩe paleſtræ, quod ſupra noĩe gymnaſii.*

*g* Et præ.ei.in. *i. traditionis ſuæ peſſimæ doctrinæ. Et dicitur præbitio a præbeo bes.*

*h* Et i.e. *i. formari ĩ exercitio talis doctrinę,*

*i* Et patrios. *i. diuinum cultum, in quo gloriabantur patres eorum.*

*k* Græcas glo. *i. ritus & modos uiuendi in quibus gloriabantur Græci.*

*l* Quarum gra. *Aliquibus Iaſoni aſſentientibus. alijs diſſentientib. & ſic ſchiſma erat in populo, quod eſt ualde periculoſum.*

¶ In leges

### MORALITER.

✱ g *Sed poſt.* Sequitur:

i *Ambie.* per iſtum qui per dona multa & magna ꝓcurauit ſacerdotiũ, ſignãtur ſimoniace ꝓmoti in eccleſia Dei, ex quorũ uita peſsima ſequũtur multa mala. ſ. diuini cultus negligentia q̃tũ ad clerum, & diſſolutionis multimodæ, & luxuriæ exercitium, & per conſequens receſſus a Chriſtiana conuerſatione & uita q̃tum ad populum, ſicut tangitur in litera conſequẽter.



Cum autem

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

E a *Cum au.* Regnante apud Iudæam Ozia: qui & Azarias, rege leproſo & apud Iſrael Phacea, apud Athenienſes quoq; Aeſchylo, & apud Latinos Amulio, ſecundo anno Aeſchyli iudicis Athenienſium. Prima olympias acta in qua Chorebus Helienſis uictor extitit. Helij agunt quinquennale certamẽ quatuor annis in medio expletis, in quib. principes annui cõſtituunẽ quatuor: quã olympiadem Iphitus filius Praxonidis ſiue Aemonis primus inſtituit. Ab hoc tpe Græca de tpibus hiſtoria vera creditur: nam ante hoc ut cuiq; viſum eſt, diuerſas ſnĩas protulerunt. Hũc n. quinquennalem agonẽ tunc Antiochus apud Tyrũ celebraſſe deſcribitur, & ea quæ deinde commemorantur de Iaſone & Menelao poſtea facta ſunt. Iaſon qdem qui proprium fratrem (hoc eſt Oniam ſeniorem Simonis filium) captiuauerat, ab Menelao (hoc eſt minore Onia, qui Binomius fuit) accuſatus apud regem atq; deceptus profugus in Ammanitem expulſus eſt regionẽ. Menelaus autẽ principatum obtinuit: ſed de pecuniis pro pontificatu regi ꝓmiſſis nihil agebat, quam ob cauſam ſimiliter & ipſe remotus eſt a ſacerdotio, ſuccedẽte ſibi Lyſimaco: quo tenẽte ſacerdotium Menelaus Antiocho abſente ꝑꝑ ſedandos Tharſenſes & Malotas, ratus ſe accepiſſe tp̃s oportunum: aurea q̃dam uaſa tẽplo furatus donauit Andronico comiti, quem rex reliquit ad tuendam regionem. Vñ commotus Onias ſenior frater eius, quem Iaſon captiuauerat, arguebat Menelaum pro impietate perpetrata: ipſe in loco tuto ſe continens Antiochiæ ſecus Daphnem. Vnde Menelaus accedens ad Andronicum, rogauit ut Oniã interficeret. Qui cum ueniſſet ad Oniam & datis dextris cum iureiurando, q̃uis eſſet ei ſuſpectus, & ſuaſiſſet de aſilo procedere, ſtatim eum peremit, non ueritus iuſtitiam. Ob quam cauſam non ſolum Iu-

*Hoc ſequens pene ſolus textus eſt ſine expoſitione qualicunque.*

F dæi ſed & aliæ quoq; nationes indignabanẽ, & moleſte ferebant de nece tanti uiri iniuſta. Hinc Iudæi ſimul & Græci regreſſum regẽ de Ciliciæ locis adierunt ꝓdentes qđ factũ fuerat. Ex hoc commotus Antiochus, vſq; ad lachrymarum effuſionem recordatus defuncti ſobrietatem & modeſtiam: accẽſuſq; aĩo, Andronicum exutum purpura circunduci per totã ciuitatem iubet, & in eodẽ loco quo in Oniam impietatẽ cõmiſerat, ſacrilegum uita priuari: dño illi dignã pœnam retribuente. Multis.n. ſacrilegijs in tẽplo a Lyſimacho commiſſis Menelai conſilio, diuulgata fama congregata eſt multitudo aduerſum Lyſimachũ, alij lapides, alij uero fuſtes ualidos arripuere: qdã vero cinerem in Lyſimachũ iecere, & multi qdẽ vulnerati, qdem ẽt ꝓſtrati: oẽs vero in fugam conuerſi ſunt, ipſum ẽt ſacrilegum ſecus ærariũ interfecerunt. De his ergo cępit iudiciũ aduerſus Menelaum agitari. Et cũ ueniſſet rex Tyrum, ad ipſum negotiũ detulerunt, viri tres miſſi a ſeniorib. Et cum ſuperarẽ Menelaus ꝓmiſit Ptolemæo multas pecunias ad ſuadendũ regi. Itaq; Ptolemæus in quodã atrio poſitum quaſi refrigerandi gr̃a regem adijt. & a ſnĩa deduxit, & Menelaum qdem vniuerſæ malitiæ reum criminib. abſoluit, miſeros aũt (qui ẽt ſi apud Scythas cãm dixiſſent, innocentes iudicarenẽ) morte damnauit. Sed cum falſus rumor exiſſet, tanq̃ a uita exceſſiſſet Antiochus, aſſumptis Iaſon non minus mille uiris, repente aggreſſus eſt ciuitatẽ, & ciuib. ad murum cõuolantib. ad vltimum cõprehenſa ciuitate Menelaus fugit in arcem. Iaſon uero non parcebat in cæde ciuib. ſuis, nec cogitabat ꝓſperitatem aduerſum cognatos, malum eſſe maximum, arbitrans hoſtium & non ciuium ſe trophæa capturũ. Et principatum qdẽ non obtinuit: finem uero inſidiarũ ſuarum confuſione cepit, & ꝓfugus iterum abijt in Ammanitem. Ad ultimum in exitium ſui concluſus ab Aretha Arabum tyranno. fugiens de ciuitate in ciuitatem oĩb. odioſus, vt refuga legum & execrabilis, vt patriæ & ciuiũ hoſtis, in Aegyptũ extruſus eſt: & qui multos de patria expulerat, peregre perijt, Lacedæmonas ꝓfectus. Menelaus aũt cũ apud Antiochum Eupatorẽ ſimili modo vt antea apud Antiochum nobilẽ dolos meditarẽ, rex regum ſuſcitauit aĩos Antiochĩ in peccatorem, & ſuggerente Lyſia hunc eſſe cauſam oĩm malorũ iuſſit (vt eis eſt cõſuetudo) cõprehenſum eodẽ loco necari. Erat aũt in ipſo loco turris quinquaginta cubitorũ, aggeſtũ undiq; habens cineris: Hæc ꝓſpectum habebat in p̃ceps: inde in cinerẽ deijci iuſſit ſacrilegum oĩb. eum ꝓpellentib. ad interitum: & tali lege p̃uaricatorem legis contigit mori, nec terræ dari Menelaum. Et qdẽ ſatis iuſte. Nã qa multa erga arã Dei delicta cõmiſit, cuius ignis & cinis erat ſanctus, ipſe in cineris morte dãnatus eſt. Refert aũt Ioſephus ſicut in ſupiori libro oñdimus, ꝙ filius principis ſacerdotũ Oniæ. cum adhuc puerulus defuncto patre relictus ſit, uidens qa auũculum ſuũ Menelaũ rex interfeciſſet, & principatũ ſacerdotij Alchimo dediſſet, nõ exiſtẽti de gñe ſacerdotũ: ſed a Lyſia flexus, ut tranſponeret honorẽ ab ea familia ad aliã domũ, fugit ad Ptolemæũ regẽ Aegypti, & honorẽ meruit ab ipſo & uxore eius Cleopatra, locumq; petiit in regione Eliopolitana, vbi ciuitatẽ noĩs ſui condidit, tẽplo ad ſimilitudinẽ tẽpli patris conſtructo. Alchimus uero aduerſum Iudã Machabæũ inimicitias gerens poſt non multum tpis ira Dei ꝑcuſſus interiit: ac ſic cũ oĩm Iudæorũ fauore Iudæ Machabæo ſacerdotiũ decernĩt. Quæ qdẽ oĩa magis moralẽ q̃ allegoricũ ædificare uidenẽ intellectũ, cũ manifeſte deſignent iuſtiſſimũ iudicẽ, atq; ęquiſſimũ retributorẽ ſingulis ꝓut debita eorũ poſtulauerint mercedẽ condignã reſtituere. hoc eſt, pijs ac Deũ timentib. præmia ęterna, impiis aũt & peccatorib. & blaſphemis pęnã ignis ꝑpetui. Nec ullus dẽt ſibi blandiri pro terrena fœlicitate, ac p̃ñtis uitæ ꝓſperitate ſi in peccatis degere uoluerit, quaſi impune poſſit euadere: Nec ẽt ille qui bene agẽs ualidis tormẽtis aut uariis tribulationibus in p̃ñtis uita coanguſtatur, deſperare dẽt de futura ſalute, ſi in iuſtitiæ perſeuerauerit tramite: quia ſcriptum eſt: Multæ tribulationes iuſtorum, & de omnibus his liberabit eos dñs. Et: Multa flagella peccatorũ: ſperantes autem in domino mĩa circũdabit, Lætamini in domino, & exultate iuſti, & gloriamini omnes recti corde. H

G (margin)

*4.Re.15.b*
*2.Pa.26.c*
*Ioſephus in 12. li. 12.m.6.*
*Moraliter*
*Pſal. 33.d*
*Ibib. 31.c*

quos hoſtes & peremptores habue-
rant. In leges enim diuinas impiè a
agere impune non cedit : ſed hoc ſe- b c
a quens tempus declarabit. Cum au- d
tem quinquennalis agon Tyro cele
braretur, & rex præſens eſſet, miſit Ia e f
ſon facinoroſos ab Ieroſolymis ui- g
ros peccatores porẽttes argenti didra
chmas trecentas in ſacrificium Her
culis, quas poſtulauerunt hi qui
aſportauerant, ne in ſacrificijs ero-
garentur, quia non oporteret, ſed in
alios ſumptus eas deputari. Sed hæc
oblata ſunt quidem ab eo qui miſe-
rat in ſacrificium Herculis : propter h
præſentes autem datæ ſunt in fa- i
bricam nauium triremium. Miſſo k
autem in Aegyptum Apollonio Ne
ſthei filio propter primates Ptole- l
mæi Philometoris regis. Cum co-
gnouiſſet Antiochus alienum ſe a
negotijs regni effectum, proprijs uti m
litatibus conſulens, profectus inde

## NICOLAVS DE LYRA.

a In le.n. *Sicut.n.pietas eſt cultus diuinus, ita impietas eſt contraria diuino cultui.*
b Impune non ce. *qa nõ dimittitur dedecus culpæ ſine decore iuſtitiæ.*
c Sed hoc. *in ſequentibus enim exprimuntur multa grauia, quæ uenerunt ſuper populum propter iſtas tranſgreſſiones.*
d Cum au. *Poſtq̃ poſita eſt Gẽtilitatis introductio, hic cõſequenter ponitur eius conſummatio ſaltẽ quantũ ad Iaſonẽ ſacerdotẽ, qui miſit magnam pecuniã in ſacrificijs Herculis expendendã: tale uero ſacrificiũ eſt Gentilitatis ſummũ malum: iõ dicitur:* Cum autem quinquen.&c. *i. luɛta uel haſtiludiũ ſeu aliquid hmõi, quod ſemel fiebat in quinque annis. Et iſtud de quo hic agitur, fiebat in uenerationem Herculis.*
e Et rex præ *ſcilicet Antiochus nobilis.*
f Miſit Ia. faci. *i. facinoribus plenos: vnde verſus: Oſus plena notat, bundus ſimilat, bilis aptat.*
g Viros pec. *de ſua ſecta: ꝑꝑ quod de illis confidebat: tamen erant minus mali q̃ ipſe, quia pecuniam quam portabant pro ſacrificijs Herculis, rogauerunt expendi in vſibus alijs: ideo ſequitur poſtea:*
h Propter præ. *i. propter præſentantes dictam pecuniam.*
i Datæ ſunt &c. trite. *A tris quod eſt tres & remus mi. habebant enim illæ naues tres ordines remorum.*
k Miſſo au. *Hæc eſt pars incidentalis, in qua ponitur quoddam incidẽs illius tpis. Ptolemæus.n. Philometor cũ adhuc eſſet puer, ſucceſſit patri in regnũ Aegypti: & qa erat nepos Antiochi Epiphanis, vt pote filius ſuæ ſororis, ſicut oſtẽdit plenius Dan.x. iõ Antiochus accepit aliquas ciuitates de regno Aegypti, quaſi curã gerens de regno nepotis ſui: ſed cũ poſtea nollet eas reddere, principes Aegypti mouerunt contra eum bellũ zelantes pro ſuo rege: & ſic fuit alienatus a negotijs nepotis ſui: & hoc eſt quod dicitur:* Miſſo autem &c. *Iſte fuit miſſus a rege Antiocho.*
l Propter pri. Pto. *nolentes ꝙ Antiochus ſe intromitteret de negocijs Aegypti. De hoc.n. audierat Antiochus rumores & uoluit ſcire veritatem per iſtum Apollonuim, quod & factum fuit, ideo ſubditur.* Cum cognouiſſet Antio.&c.
m Proprijs ut. *ſ. vt ciuitates quas prius acceperat tenere poſſet in augmentum ſui regni. Cætera patent.*

¶ Et poſt.

## MORALITER.

✱ a *Cum au.* Per Iaſonem peſſimum pontificem mittentem pecunias in ſacrificium Herculis: qui ſicut dicit Iſi. ety mol. li. viij. d f

✱ Deus



A ¶ a Et poſt triennij tempus. *poſt ambitionem Iaſonis hic conſequenter ponitur ambitio Menelai, cum dicitur.*
b Miſit Iaſon Menelaum. *qui de ſua mala ſecta erat: & ſic in eo confidebat.*
c Supradicti Si. *De tribu Beniamin, ut habetur ca. præcedenti.*
d Fratrem. *i. in malitia ſibi parem, ut exponunt aliqui ſequentes dictum Ioſephi dicentis ꝙ iſte Menelaus & Iaſon fuerunt fratres Oniæ pontificis: ſed quia propter dictum Ioſephi quod certum eſt ꝙ multa falſa ponit, non uidetur autoritas huius libri dimittenda, nec eius litera extorte exponenda, maxime cum ad legendum ſit receptus ab Eccleſia: propter quod ſaluo meliori iudicio uidetur mihi, ꝙ iſte Menelaus proprie dicatur frater Simonis de tribu Beniamin. Si uero contra hoc obijciatur, ꝙ iſte Menelaus factus fuit ſummus ſacerdos, vt dicitur in litera: ꝙ retorſit in ſemetipſum ſummum ſacerdotium, qđ debebatur filijs Aaron tantum: Dicendum, ꝙ hoc non ualet: nam hoc ſacerdotium obtinuit per Antiochum regem idololatram & Gentilem: propter quod non curabat de qua tribu Iudæorum põtifex eſſet, ſed ſolum de vtilitate temporali quam inde haberet: ideo ſubditur.*
e At ille commenda. *per miniſtros aſſiſtentes ſibi, quibus munera dederat Menelaus.*
f Cum magni &c. *per munera quæ apportauerat, & noĩe ſuo magis quam Iaſonis obtulerat, & alia mittere de futuro promiſerat, ut habetur infra.*
g In ſemeti. retor. &c. *a rege ſibi conceſſum. Cætera patent vſque ibi.*
h Et Ia. quidem qui pro. fra. *ſ. Oniã.*
i Captiuauerat. *ipſo exiſtente Antiochia officium eius male impetrauerat.*
B k Ipſe deceptus. *per Menelaum.*
l Profugus. *Tum quia priuatus erat ſacerdotio, tum quia ſoluere non poterat impoſitam ſibi ſummam.*
m Menelaus autẽ prin. *ſ. ſacerdotij.*
n De pecunijs &c. *vt dictum eſt.*
o Nihil agebat. *& ſubditur cauſa, cum dicitur.*
p Cum exactionem faceret. *Ideo nõ permittebat, ꝙ de leuatione pecuniæ ſe intromitteret Menelaus.*
q Quam ob cauſam. *Hic conſequenter agitur de ambitione Liſmachi: cuius primo ponitur inſtitutio, ſecũdo, eius deſtitutio, ibi: Multis autem ſacrilegijs, Prima in duas: quia primo ponitur inſtitutio Lyſimachi. ſecundo mors Oniæ iuſti, ibi: Et cũ hæc agerentur. Circa primum dicitur:* Quam ob cauſam utrique. *ſcilicet, Menelaus & Soſtratus.*
r Ad regem ſunt euocati. *eo quod pecuniam promiſſam non mittebat. Soſtratus uero quia Menelaum exactionẽ facere non ſinebat. propter quod Menelaus ipſum accuſabat.*
ſ Et Menelaus amo. *hoc procurante Soſtrato & alijs modis, quibus poterat per ambitionem, ſicut dictum eſt ſupra de Iaſone: ꝙ officium ſui fratris Oniæ male procurauerat. Dicunt tamen hic expoſitores aliqui ſequentes dicta Ioſephi, ꝙ iſte Lyſimachus non fuit frater Menelai, ſed dicitur hic eius frater, eo ꝙ fuit ſibi ſimilis in malitia, ſicut dicitur ꝙ nihil & Chimera ſunt fratres: ſed hæc expoſitio uidetur extorta, maxime quando ſcribitur hiſtoria, ubi non eſt vtendum methaphora, ſicut eſt in propoſito: propter quod melius videtur dici ſequendo textum libri, quòd iſti tres. ſ. Lyſimachus, Menelaus & Simon templi præpoſitus fratres fuerunt.*
t Soſtra.au.&c. *ſicut frequenter mutantur Ballini regis. inſula uero Cypri ſubiecta tunc erat Antiocho regi.*
u Et cum hæc, *hic interponitur mors Oniæ, cuius primo deſcribitur occiſio, ſecundo vindicatio, ibi: Ob quam cauſam. Circa primum præmittitur temporis oportunitas, cum dicitur.*
x Contigit Thar. & Mal. *i. ciues duarum ciuitatum.*
y Seditionem mo. *contra regem Antiochum.*
z Eo quòd an. re. con. *in datiuo caſu.*
a Dono. eſſent da. *dolebant enim, quòd ſub dominio talis mulieris eſſent poſiti.*
b Feſtinanter &c. *ne maius malum oriretur contra ipſum, ſed per quem modum non dicitur hic. ſed veriſimile eſt, quòd donum illud retractauit, & concubinæ ſuæ aliter prouidit.*
c Reli. ſuffe. *i. ſub ſe facto, locum eius tenente.*
d Vno ex &c. *in Antiochena ciuitate.*
e Ratus. *id eſt opinatus. & dicitur a reor ris.*
f Menelaus accepiſſe ſe tempus oportu. aurea &c. *ad mortem Oniæ procurandum in regis abſentia per Andronicum cupidum. Cætera patent uſque ibi:*
g Arguebat eum. *de furto notabili rei ſacræ.*
h In loco tuto ſe. conti. &c. *in quo nullus ſub pœna mortis audebat aliquem lædere: propter quod dicebatur aſilum ab a quod eſt ſine, & ſilen quod eſt tactus, quia non eſt fas alicui ibi tangere & offendere alium. Cætera patent.*
i Ob quam ca. *Hic conſequenter ponitur occiſionis dictę vindicatio. Et patet litera vſque ibi.*
k Defuncti ſobrietatem. *in potibus & cibis.*
l Et modeſtiam. *in uerbis & factis.*
m Andronicum purpura. *tanquam de ſtatu dignitatis depoſitum & degradatum.*

¶ Per to-

C D

*Diuiſio*
*Diuiſio*
*Diuiſio*

uenit Ioppen, & inde Ieroſolymam. Et ma-
gnifice ab Iaſone & ciuitate ſuſceptus, cum
facularum luminibus & laudibus ingreſſus
eſt, & inde in Phœnicem exercitum conuer-
a b tit. Et poſt triennij tẽpus miſit Iaſon Mene-
c d laum ſupradicti Simonis fratrem portãtem
pecunias regi, et de negocijs neceſſarijs reſpõ
e f ſa perlaturum. At ille cõmendatus regi cum
g magnificaſſet faciem poteſtatis eius, in ſe-
metipſum retorſit ſummum ſacerdotium,
ſuperponens Iaſoni talenta argenti trecenta.
Acceptiſq; a rege mandatis uenit, nihil qui-
dem dignum habens ſacerdotio: animos ve-
h rò crudelis tyrãni & ferę beluę irã gerens. Et
i Iaſon quidem qui propriũ fratrem captiua-
k l uerat, ipſe deceptus profugus in Ammani-
m tem expulſus eſt regionem. Menelaus autẽ
n principatum quidem obtinuit: de pecunijs
o p uero regi promiſſis nihil agebat, cũ exactio-
nem faceret Soſtratus q arci erat præpoſitus.
Nã ad hunc exactio uectigalium pertinebat:
q r quã ob cauſam utriq; ad regẽ ſunt euocati.
ſ Et Menelaus amotus eſt a ſacerdotio, ſucce-
t dente Lyſimacho confratre ſuo: Soſtratus ãt
ꝑlatus eſt Cyprijs. Et cum hæc agerentur, cõ u x
tigit Tharſenſes & Mallotas ſeditionem mo y
uere, eo ꝙ Antiochi regis cõcubinæ dono eſ z a
ſent dati. Feſtinanter itaq; rex uenit ſedare il- b
los, relicto ſuffecto uno ex comitibus ſuis c d
Andronico. Ratus autem Menelaus accepiſ e f
ſe tp̃s oportunum, aurea quędam uaſa e tem
plo furatus donauit Andronico, & alia uen
diderat Tyro, & per uicinas ciuitates. Quod
cum certiſſime cognouiſſet Onias: arguebat g
eum ipſe in loco tuto ſe cõtinens Antiochiæ h
ſecus Daphnen. Vnde Menelaus accedens
ad Andronicum rogabat, ut Oniam interfi-
ceret. Qui cum ueniſſet ad Oniam, & datis
dextris cum iureiurando, quãuis eſſet ei ſu-
ſpectus, & ſuaſiſſet de aſilo procedere: ſtatim
eum peremit nõ ueritus iuſtitiam: ob quam i
cãm nõ ſolum Iudæi ſed ẽt aliæ quoq; natio
nes indignabanẽ, & moleſte ferebãt de nece
tanti uiri iniuſta. Sed regreſſum regem de Ci
licię locis adierunt Iudæi apud Antiochiã ſi
mul & Græci, cõquerẽtes de iniqua nece O-
niæ. Cõtriſtatus itaq; aĩo Antiochus propter
Oniam: & flexus ad miſericordiã lachrymas
fudit, recordatus defuncti ſobrietatẽ & mo- k l
deſtiã. Accẽſuſq; aĩs Andronicum purpura m

## MORALITER.

✱ Deus fortitudinis, ſignificantur mali pontifices prælati qui bona Eccleſię expendũt in curijs regum & principum, vt per hoc in ſuis maleficijs ſuſtententur.
a *Et poſt triennij tempus miſit Iaſon Menelaum ſupradicti Simonis fratrẽ portantem pecunias regi, &c.* Per hoc autem, ꝙ iſte Menelaus a Iaſone miſſus eum defraudauit a ſacerdotio, & pœnã pecuniariam impoſuit oſtenditur, ꝙ Deus iuſte permittit aliquando malos homines defraudari & ſupplantari ab his qui ſunt de ſua familia, ut ſic de ſuis maleficiis grauius puniantur.
u *Et cum hæc agerentur, con. Tharſenſes & Mallotas ſeditionem moue. eo quòd. Antiochi regis &c.* Per iſtos rebellantes regi ſuperbo, eo ꝙ dedignabantur ſubijci mulieris concubinæ dominio, ſignificantur illi qui reſiſtunt Diabolo regi ſuperbiæ, eo ꝙ nolunt ſubijci ſenſualitati: Quæ mulier dicitur ab Aug. ſup Gen. Et eſt lubrica ad corporis voluptatẽ.
e *Ratus autem Menelaus accepiſſe ſe tempus oportunum, aurea quædam uaſa e templo furatus donauit Andronico, & alia uendiderat Tyro, & per uicinas ciuitates.* Per iſtum qui machinabatur in mortem Oniæ, eo quòd eum arguebat de ſacrilegijs ſuis, ſignificatur quilibet criminoſus, qui odit corripiẽtem ſe de ſuis facinoribus. Vnde dicit Iohannes os aureum: Incurrit odium qui arguit criminoſos. Per Andronicum uero qui falſis promiſſionibus eum extra aſilum exire fecit, et ſic cum crudeliter interfecit, ſignificatur Diabolus, qui uiros iuſtos aliquando multis illuſionibus pertrahit extra diſcretionis aſilum, et ſic eos iugulat per peccatum, et ad hoc ponuntur exempla plurima in collatione Moyſi abbatis.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E ¶ *a* Per totam ciui.&c. *vt uindi ctæ ſceleris omnibus appareret.*
*b* Et in eo loco &c. *vt ſic culpę reſponderet pœna.*
*c* Multis aũt. *Poſtquã ſupra poſita eſt Lyſimachi inſtitutio, hic ponitur eius diſtitutio. & ſecundo Menelai reſtitutio, ibi: De his ergo, Circa primum dicitur:* Multis ãt &c. con. *ſ. in diuini cultus diſſipatione & uaſorum aureorum furtiua ſubtractione.*
*d* Menelai con. *vt de auro partẽ haberet, & vt populo contra Lyſimachum concitato ipſe ſacerdotiũ recuperaret, ſicut & factum fuit, vt ex ſequentibus patebit.*
*e* Et diuul.fa. *de dictis ſacrilegijs a Lyſimacho commiſſis.*
*f* Cong.eſt mul.&q. *iniquis manibus ut cœpit, multitudinem contra ſe commotam interficiẽdo per iniquos quos armauerat. Cætera patent vſque ibi:*
*g* Omnes uero in fu. co. ſunt. *ſ. qui erant cum Lyſimacho.*
*h* Ipſum etiam ſa *ſ. Lyſimachum ſecus ærarium interfecerunt.*
*i* De his ergo. *Hic conſequenter deſcribitur Menelai reſtitutio, qui cũ per prædictis debuiſſet ad mortem condemnari: per pecunias tamen fuit reſtitutus ad principatum ſacerdotij. Dicit igitur:* De his ergo. *ſ. de auro furtiue ſublato de templo.*
*k* Cępit iudi.&c. *quia factũ fuerat eius conſilio, Et quia ad hoc ſecuta fuerat plurium occiſio.*
*l* Et cum ſupe. Menelaus &c. F *id eſt conuinceretur de dictis criminibus.*
*m* Promiſit Ptole. *regi familiari.*
*n* Ad ſuadendum. *pro Menelao & contra aduerſarios ſuos.*

exutum per totã ciuitatem iubet circũduci, et in eo loco in quo in Oniam impietatẽ cõmiſerat, ſacrilegum uita priuari, dño illi cõdignam pœnã tribuente. Multis autem ſacrilegijs in templo a Lyſimacho commiſſis Menelai conſilio, & diuulgata fama, congregata eſt multitudo aduerſum Lyſimachum multo iã auro exportato. Turbis autem inſurgentibus & animis ira repletis, Lyſimachus armatis fere tribus milibus, iniquis manibus uti cœpit, duce quodam tyrãno ætate pariter dementia prouecto. Sed ut intellexerunt conatum Lyſimachi, alij lapides, alij fuſtes ualidos arripuere: quidam uero cinerem in Lyſimachum iecere. Et multi quidem uulnerati, quidam autem & proſtrati, omnes uero in fugam cõuerſi ſunt. Ipſum etiam ſacrilegum ſecus ærarium interfecerunt. De his ergo cępit iudicium aduerſus Menelaum agitari. Et cum ueniſſet rex Tyrum, ad ipſum negocium detulerunt miſſi uiri tres a ſenioribus. Et cum ſuperaretur Menelaus, promiſit Ptolemæo multas pecunias dari ad ſuadendum regi. Itaque Ptolemæus in quodam atrio poſitum quaſi refrigerandi gratia regem adijt, & deduxit a ſententia, & Menelaum quidem uniuerſæ malitiæ reum criminibus abſoluit: miſeros autem, qui etiam ſi apud Scythas cauſam dixiſſent, innocentes iudicarentur, hos morte damnauit. Cito ergo iniuſtã pœnam dederunt, qui pro ciuitate & populo & ſacris uaſis cauſam proſecuti ſunt. Quam ob rem Tyrij quoq; indignati, erga ſepulturam eorum liberaliſsimi extiterunt. Menelaus aũt propter eorũ q in potẽtia erãt auaritiã, permanebat in ptãte, creſcẽs in malitia ad inſidias ciuiũ.

*o* Et dedu.a ſnĩa. *quam cogitauerat dare contra Menelaum dans ſententiam per contrarium.* G
*p* Miſeros autem. *ſ. accuſantes Menelaum.*
*q* Qui ẽt ſi apud. *qui ſunt barbari irrationales & crudeles populi.*
*r* Citò er. *i. pręcipitãter et male.*
*ſ* Iniuſtam pę.de. *ſupple eis.*
*t* Qui pro ciuita. *Ieruſalem.*
*u* Et po. *fideli.*
*x* Et ſa.va. *fin to ſublatis.*
*y* Cauſam proſe. *contra Menelaum.*
*z* Menelaus autẽ &c. *quia propter dona eius commendabant eum apud regem.*
*a* Permanebat in poteſtate. *ſummi ſacerdotij.*

MORALITER.

✻ c *Multis autẽ ſa. in tem.* Per iſtum Lyſimachum qui duce tyranno, ætate & dementia prouecto, conciues ſuos impugnabat, ut templum dñi ſpoliaret, ſignatur quilibet ſacrilegus crudelis, qui ſequitur inſtinctũ dęmonis, qui eſt tyrannus crudelis, & ꝓuectus ętate & demẽtia. ſ. a principio ſui caſus. Per hoc ãt ꝙ Lyſimachus iuxta ęrariũ fuit interfectus, ſignatur, quod homines raptores & cupidi frequẽter iuxta ſuas diuitias iugulantur.
l *Et cum ſu. Me.* Per iſtum Prolemęum qui pro pecunijs ſeduxit regem ad dandum iniquam ſententiam, ſignificãtur cupidi principum cõſiliarii, qui ꝓpter munera inducunt eos ſuis falſis perſuaſionibus ad liberandum iniquos, & ad condemnandum iuſtos. H

Et

GLOS. ORDINA. CAP. V.

Odẽ tpe. Portẽta ergo aliqñ portẽdũt ꝓſpera, aliqñ vero p̃figurant aduerſa: ſed ſemꝑ iuxta id qđ ſummus arbiter ſingulis rebus ac tꝑib⁹ cõuenire dijudicat. Nec mirũ, qđ in Machabęorũ tꝑibus eqtes auratas ſtolas hñtes, & haſtis armatæ cohortes ꝑ aerem diſcurrere viſi, ac armorum aureorũ ſplẽdor fulgẽs aduerſitatem p̃nunciauere futurã, & cladem Iudæis venturã, cum ante ſubuerſionem Ieroſolymorũ ſub Veſpaſiano & Tito, Ioſepho teſtãte, didicimus qđ ſtella p̃fulgẽs gladio ꝑ oĩa ſimilis imminere deſuꝑ ciuitati & Cometes p̃terea exitialibus flãmis ardere per totum viſus eſt annũ. Sed ante excidij tp̃s ac belli cũ pp̃li ad diem feſtũ Azymorũ cõuenirẽt octaua die mẽſis Xandici, q eſt aprilis, noctis tꝑe hora nona tãtus luminis fulgor arã tẽpiumq; circundedit, ut putarent oẽs, diem clariſſimũ factũ, & permãſit ſpacio horæ dimidiæ. Qđ imperitis qdẽ & ignaris ꝓſperum videbaẽ. Sed legiſperitos & probos quoſq; doctores nõ latuit exitiale portẽtũ. In eadẽ quoq; feſtiuitate vitula ſacrificijs admota & aris aſſiſtẽs, inter ipſas miniſtrorũ manus enixa eſt agnã. Sed & ianua interioris ædis q̃ reſpiciebat oriẽtẽ, cũ eẽt ſolido ęre induta, ac ꝑinde immẽſi ponderis: q̃ uix viginti uiris ſummo conatu impellẽtib. clauderet, ferreis quoq; vectib. & ſeris munita, ac peſſulis in altũ demiſſis teneret obſtricta: Et repẽte hora noctis ſexta apꝑuit ſpõte patefacta. Sed & tranſacto die feſto, poſt aliquot dies, prima & uiceſima die mẽſis Artemiſi, q Maius apud nos vocaẽ, ꝓdigioſus apꝑuit uiſus, & fidem pene excedẽs: qđ fere falſum putareẽ, niſi oculorũ fidẽ cõfirmaſſet malorũ eorũ cõſecuta ꝑnicies. Etenĩ ꝓpe ſolis occaſum uiſi ſũt currus & quadrigę in oĩ regione ꝑ aerẽ ferri, & armatorũ cohortes miſceri nubibus, & vrbes circũdari agminib⁹ improuiſis. In alio itidẽ feſto die q Pẽtecoſtes appellaẽ, noctu ſacerdotes ĩgreſsi tẽplũ ad miniſteria ex more cõplẽda: primo quidẽ, mot⁹ quoſdã ſtrepituſq; ſenſerũt, deinde uoces ſubitas audiunt diũt dicẽtes: Migrem⁹ hinc. Addiẽ ẽt his aliud terribili⁹. Etenĩ qdã Ananię fili⁹, Ieſus noĩe, uir plebei⁹ & ruſticus, añ quartũ belli annũ, cum ciuitas in pace & abũdãtia ꝑduraret, in die feſto Tabernaculorũ repẽte clamare cępit: Vox ab oriẽte, uox ab occidẽte, uox a quattuor uẽtis, uox ſuꝑ Ieroſolimã & ſuꝑ tẽplũ, uox ſuꝑ ſponſos & ſuꝑ ſpõſas, uox ſuꝑ pp̃lm: & indeſinenẽ die noctuq; ꝑ oẽs plateas circũiens hęc clamabat, uſq; quo qdã priores ex pp̃lo uiri, velut infauſti p̃ſagij indignatione cõmoti, correptum hoĩem multis verberib. afficiũt. At ille nequaq̃ ꝓ ſe aliqd loquẽs, ſed nec eos qdẽ q circumſteterãt dep̃cãs, eaſdem uoces pari obſtinatione & clamore repetebat. Tunc principes intelligẽtes (vt res erat) qđ ĩmunis eſſet motus in uiro, ꝑducunt eũ ad iudicẽ Romanũ, apud quẽ flagris ad oſſa uſq; laniat⁹, neq; p̃ces neq; lachrymas fudit, ſed eãdẽ vocẽ miſerabiliter & cũ quodã vlulatu emittẽs ꝑ ſingula pene verba ꝓferebat. Addẽs ☞ etiam hoc

CAP. V.

Eodem tempore Antiochus ſecundam profectionem parauit in Aegyptum. Contigit autem per uniuerſam Ieroſo-

NIC. DE LYRA. CAP. V.

Odẽ tẽ. *Poſtq̃ ſupius eſt deſcripta Iaſonis fuga, hic deſcribitur ei⁹ miſerabilis terminatio: cui⁹ primo ſignũ p̃mittitur. ſc̃d'o ſignatũ ſubditur, ibi: Sed cũ falſus rumor. Circa primũ dicitur.* Diuiſio.
*a* Eodem tem. *ſ. Epiphanis.*
*b* Secundam prof. *Prius.n. intrauerat Aegyptum quaſi curam gerens nepotis ſui. Sed alienatus a negocijs eius per primates Aegypti, vt dictum eſt cap. præce. ſecundo præparauit exercitum ad intrandum ibi.*
*c* Contigit au. *illo tempore.*
*d* Per vniuerſam. *Non eſt per hoc intelligendum, quod ſingulis diebus fieret apparitio iſta: ſed quod infra ſpacium quadraginta* ¶ *dierum*

MORALITER.

✻ a *Eodẽ tẽ.* Sequiẽ. *Con. ãt.* Scd̃m ſenſum lr̃alẽ. ſignãbãt cladẽ Iudæorũ de futuro ꝓpinquã, ex ſeq̃ntibus patet. Moraliter ãt ſignãnt dæmones q̃ dñr aereæ ptãteş fidelẽ pp̃lm crudeliter impugnãtes, ✻ Ephe.vj.d.



☞ etiã hoc: Vę vę Ieroſolimis. Hæc ergo oĩa ꝓdigia miſera ciuitas ꝑpeſſa iõ eſt: qa ſemper ſ̃m legiſlatoris teſtimoniũ ſeditioſè egit cõtra dñm, & ingrata bñficiorũ eius, ſeruos ſummi patriſfamilias q ad eã ab illo miſſi ſunt cõuicioſe tractabãt, atq; ĩterimebãt, Nouiſſime uero ipſum interficiẽtes hæredẽ extra caſtra ꝓiecerũt. Vñ ipſe dñs in Euãgelio increpãs ĩcredulã ciuitatẽ ait: Ier̃lm Ier̃lm q̃ occidis ꝓphetas, & lapidas eos q ad te miſsi ſunt. Quoties uolui congregare filios tuos, quẽadmodũ gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas ſuas, & noluiſti? Ecce relinqueẽ vobis do. vr̃a deſerta. Hoc.n. p̃ſagiebaẽ antiqtus: hoc poſteriorib. cõpletũ eſt tꝑib. vt homicidæ truculẽtiſsimi cõdignã reat⁹ ſui ꝑciperẽt mercedẽ: ita vt ꝑtim fame necarẽẽ, ꝑtim peſtilẽtia ꝑirẽt, ꝑtimque occiſi & captiui in totius orbis ꝑtes ab hoſtib. ducerẽẽ. Sicq; impletũ eſt illud Ieremiæ qđ de eadẽ gẽte et ciuitate ꝓphetauit dicẽs: Migrauit Iuda ꝑꝑ afflictionẽ & multitudinẽ ſeruitutis: Habitauit inter Gẽtes, nec ĩuenit reqẽ. Oẽs ꝑſecutores eius app̃hẽderũt eã inter anguſtias. Viæ Sion lugẽt, eo ꝙ nõ ſint q ueniant ad ſolemnitatem. Oẽs portæ eius deſtructæ, ſacerdotes eius gementes, uirgines eius ſqualidæ, & ipſa oppreſſa amaritudine.
A
Mat. 23.d
Trẽ. 1.a

*a His itaq;*. Poſtq̃ ſcriptor hiſtoriæ narrauit de Lyſimachi & Iaſonis impiorũ & ſacrilegorũ interitu, cõmemorata in ſuꝑ ſignorũ & ꝓdigiorũ viſione in aere, ad narrationis ordinẽ rediit, hoc eſt ad Antiochi Epiphanis ꝓfectionẽ de Aegypto: q irritatus inde, eo ꝙ ſenatus p̃cepto de regione Ptolemęorũ quã ſubito inuaſerat, iuſſus eſt recedere, efferatis aĩs in Iudęam uenit, ſicut in ſuꝑiori libro demõſtratũ eſt, & ciuitatem Ier̃lm armis cepit, gẽtẽq; mulctauit, tẽplũ ſpoliauit, & multa nefaria in ipſa terra cõmiſit. Qđ ãt Antiochus ipſe antichriſti figurã p̃ferat, ſc̃tõrũ patrũ traditiõe manifeſtiſsimũ eſt. Quia ſicut Saluator hẽt Solomonẽ & cęteros ſc̃tõs in typũ aduẽtus ſui. ſic antichriſtus peſsimũ regẽ Antiochum, qui ſanctos perſecutus eſt, templumque uiolauit, recte typum ſui habuiſſe credendus eſt. B

☞ Cumque

dictum eſt ca. præce. *Credebat.n. Iaſon regem mortuum, & ſciebat eius filium adhuc eſſe puerum, & ſic credebat habere temptus aptum ad recuperandum ſacerdotium, quo priuatus fuerat per Antiochum. Cætera patent uſque ibi.* C
*l* Abijt in Am. *vnde uenerat Ieruſalem.*

lymorum ciuitatem uideri diebus quadraginta ꝑ aera equites diſcurrẽtes, auratas ſtolas habentes, & haſtas quaſi cohortes armatas, & curſus equorum per ordines digeſtos, & congreſſiones fieri cominus: & ſcutorũ motus, & galeatorũ multitudinẽ gladijs diſtrictis, & telorũ iact⁹, & aureorum armorum ſplendorẽ, oĩſq; generis loricarum. Quapropter oẽs rogabãt in bonum mõſtra cõuerti. Sed cũ falſus rumor exiſſet, tanquã uita exceſſiſſet Antiochus, aſſumptis Iaſon non minus mille uiris repẽte aggreſſus eſt ciuitatẽ, & ciuibus ad murũ conuolantibus ad vltimum apprehẽſa ciuitate Menelaus fugit in arcẽ. Iaſon uero non parcebat in cęde ciuibus ſuis, nec cogitabat proſꝑitatẽ aduerſum cognatos malũ eſſe maximũ, arbitrans hoſtiũ et nõ ciuiũ trophęa ſe capturum. Et principatũ quidem non obtinuit, finẽ uero inſidiarũ ſuarũ cõfuſionẽ accepit, et profugus iterũ abijt in Ammanitẽ. Ad ultimũ in exitiũ ſui cõcluſus ab Aretha Arabũ tyrãno fugiẽs de ciuitate in ciuitatẽ omnibus odioſus, ut refuga legũ & execrabilis, ut patriæ & ciuium hoſtis, in Aegyptum extruſus eſt: & q multos de patria ſua expulerat, peregre † perijt Lacedemonas profect⁹, quaſi pro cognatione ibi refugium habiturus: et q inſepultos multos abiecerat, ipſe & illamẽtatus & inſepult⁹ abijciẽ, ſepultura neq; ꝑegrina uſus, neq; patrio ſepulchro participans. His itaq; geſtis ſuſpicatus eſt rex, ſocietatem deſerturos Iudæos, & ob hoc profectus ex Aegypto efferatis animis ciuitatẽ quidẽ armis cepit. Iuſſit aũt militibus interficere, nec parcere occurſantibus, et ꝑ domos aſcẽdẽtes trucidare. Fiebãt ergo cędes iuuenũ ac ſeniorũ, mulierum & natorũ exterminia, virginũq; & paruulorum neces. Erãt autẽ toto triduo, octoginta milia interfecti, quadraginta milia uincti, nõ minus ãt uenundati: ſed nec iſta ſufficiunt. Auſus eſt ẽt intrare tẽplum uniuerſa terra ſanctius, Menelao ductore, qui legum & patrię fuit proditor, & ſceleſtis manibus ſumens ſãcta uaſa quæ ab alijs regibus & ciuitatibus erãt poſita ad ornatum loci & gloriã, cõtrectabat indigne & cõtaminabat. Ita alienatus mente Antiochus, non conſidera-

*m* Ad vl. in exi. fui. *ad ſuum exterminiũ.*
*n* Concluſus *qui perſequebatur eum. Et ſic patet. ꝙ non ſolum erat odioſus Iudęis, ſed etiam Gentibus extraneis.*
*o* Vt refu. *i. apoſtata a lege diuina.*
*p* Peregr. *i. in aliena terra.*
*q* Lacedæmonas. *Iſti erant Spartiatæ, qui erant Iudæis cõfœderati, ut dictum eſt ſup. 1. li. c. xij. propter quod credidit ibidẽ habere refugium: ſed inuenit contrarium, quia Spartiatæ cognouerunt mala quæ fecerat Genti Iudæorum. ideo ſubditur.*
*r* Ipſe &c. *& ſic videtur ꝙ ibi fuerit occiſus, & corpus eius proiectum beſtijs & auibus deuorandum.*
*ſ* His itaq;. *Poſtq̃ deſcripta eſt inchoatio tribulationis Iudæorum propter ambitionem ſacerdotij, hic conſequenter ponitur eius conſummatio per oppreſſionem regis Antiochi. Circa quod primo ponitur vaſtatio plebis, ſecundo ſubuerſio legis cap. ſe. Prima in duas quia primo ponitur uaſtatio plebis in regis præſentia. ſecundo in eius abſentia ibi: Igitur Antiochus. Circa primum. primo ponitur uaſtatio populi. ſecundo uiolatio templi, ibi: Sed nec iſta. Circa primum dicitur: His. ſ. ꝙ ciuitas Ieruſalẽ a Iaſone capta fuiſſet, & ꝙ Menelaus ab eo pontifex deſtitutus in arcem confugiſſet, vt prædictum eſt.* Diuiſio
*t* Suſpica. *eſt rex Antiochus.*
*u* Societ. *i. tributum ſibi negaturos.*
*x* Et ob. *vnde reuertebatur de mandato Romanorum.*
*y* Efferatis. *Tũ propter repulſionem ſui de Aegypto: Tum quia credebat Iudæos receſſiſſe a ſuo dominio.* D
*z* Ciui. *qui Ieruſalem.*
*a* Armis. *eo quòd erat intra ſe diuiſa, vt patet per prædicta.* † pergit
*b* Iuſſit. *generaliter abſque ſexus vel ętatis diſtinctione.*
*c* Erant aũt. *quo durauit illa occiſio.*
*d* Octogin. *quia quærebantur in locis occultis vbi ſe abſcondebant.*
*e* Quadraginta milia uincti. *vt ducerentur in captiuitatem.*
*f* Non minus au.ue.&c. *in ſeruos & ancillas mercatoribus qui ad hoc uenerant.*
*g* Sed nec iſta. *Hic conſequenter ponitur templi uiolatio cum dicitur.*
*h* Au.eſt &c. *quia dedicatum erat cultui diuino, cætera uero cultibus idolorum.*
*i* Menæ. du. *qui ecõtrario debuiſſet pro immunitate templi zelare, ideo ſequitur.*
*k* Qui. *diuinarum.*
*l* Et patr. *ſ. Iudææ.*
*m* Fuit pro &c. ſumens ſan. uaſa quę ab alijs re.&c. *ſ. Cyro & Dario, ut patet 1. Eſdræ. & Seleuco. ſup. iij. ca.*
*n* Contrecta. indi. *proprijs manibus.*
*o* Et cont. *applicando alijs vſibus.*
*p* Ita a. *nõ quia ꝑdidiſſet vſum rõnis, ſed qa nõ cõſiderabat potẽtiã Dei q Heliodo* ¶ *rum*

NIC. DE LYRA.

¶ *dierum pluries fuit viſa, ſicut Actu. 1. c. dicitur, ꝙ Chriſtus poſt reſurrectionẽ ſuã per dies. xl. apparuit diſcipulis ſuis, & tamen non apparuit eis ſingulis diebus.*
*a* Aura. *i. tunicas, quæ induuntur ſuper arma ad decorem.*
*b* Et cur. *i. diſpoſitos ſecundum artem militarem.*
*c* Et. *i. de prope.*
*d* Et ſcu. *quæ in pugna aliquando leuantur ſurſum. aliquando ad dexteram, aliquando ad ſiniſtram mouentur.*
*e* Et gal. *i. hominum galeas habentium.*
*f* Multi. *i. diuerſimode motis, nunc feriendo punctim, nunc ceſim.*
*g* Quapropter. *i. ꝙ talia eſſent ſigna futuri boni, fuerũt tamen ſigna mali. ſ. depopulationis ciuita. primo ꝑ Iaſonẽ, poſtea ꝑ Antiochum Epiphanem, ſicut ante ſubuerſionem Ieruſalem per Romanos, apparuerũt ſigna multa, ſicut narrat Ioſephus li. de Iudaico bello, quę tamen hic propter prolixitatem omitto, & quia eorum aliqua ponuntur hic in glo.* Ioſephus
*h* Sed. *Hic conſequenter ponitur ſignatum quantum ad Iaſonis impetum, cum dicitur:* Sed cum fal. *ſ. de morte Antiochi.*
*i* Aſſumptis. *immo magis pluribus.*
*k* Aggreſſus. *Ieruſalem unde fuerat profugus per factum Menelai, ut* dictum

MORALITER.

✻ Ephe.vj.d. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem &c.
i *Aſſum. Ia. nõ mi. mil. vi. &c.* ꝑ iſtũ Iaſonẽ, q tot mala fecit ſuis ciuib. & finaliter mortuus eſt illamentatus & inſepultus, ſignatur q̃libet odioſus Deo & hoĩbus, de cuius morte nullus triſtatur, ſed magis gaudet & lætatur.
a *Iuſſit ãt.* Per iſtũ regem Antiochum, qui tot & tãta mala fecit Dei cultoribus, ſignificatur antichriſtus, ſicut dictum fuit Dan. xj. qui circa finem mundi multo plura mala eſt facturus.
i *Menala*. Similiter antichriſtus per poteſtates fidei & religionis, multa mala faciet Chriſtianis.

✻ *Qui cum*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Cumq; ap. &c.* Huius loci & ſupior liber meminit: vbi & Iudæorũ in ſabbathi quiete interfectio, & Apollonij neqtia ſimul & interitus eius p Iudã narrat̃. Qđ ãt Antiochus p̃cepit Apollonio oẽs pfectę ętatis interficere mulieres ac iuuenes vẽdere, ſignat q̃ antiquus hoſtis eorũ necẽ maxime meditat̃, quos pfectos in religione Chriſtiana eẽ cõſpexerit. Eos ãt q molles atq; inſtabiles ſunt, de qbus ſcriptum eſt. Stultus vt luna mutatur: ipſos varijs erroribus implicitos, per diuerſa vitia ventilando de terra Eccleſię ſeparans in profundum ſcelerũ procul iactat.

*Myſtice* — *Eccl. 27.e*

b *Iu.* Qũo ãt dicat Iudã Machabeũ eẽ decimũ nõ ĩuenio, niſi forte p enumeratione põtificũ q fuerũt ĩ gẽte Iudęa tpib. regni Gręcorũ. fuerat ãt tpib. Seleuci Nicanoris (a quo regni Gręcorũ hiſtoria cõputat annos) prim⁹ põtifex Onias Iaddi fili⁹, ſcđs Simõ Oniæ fili⁹, terti⁹ Eleazar⁹ frater Simõis, quartus Manaſſes auuncul⁹ Eleazari, qnt⁹ Onias Simonis iuſti fili⁹. ſext⁹ Simon Onię filius, ſeptimus Onias Simonis filius, octauus alter Onias q Iaſon eſt nũcupatus frater Onię prioris, nonus Menela⁹ frater Iaſonis, decim⁹ Iudas q Alchimo tẽtãte põtificatũ Iudęorũ ĩuadere, diuĩoq; iudicio deſtructo, mirabili cõsẽſu oĩum primi ſacerdotij acceperit dignitatẽ. Spiritalr̃ ãt Iudas merito dr̃ eẽ decim⁹, qa decalogi p̃cepta ĩ fide & deuotiõe pfecte ĩuenit̃ ſeruaſſe, ipsãq; legẽ zelãdo ab hoſtiũ mãib. prim⁹ poſt prẽ armis defendiſſe, q bñ iter feras ſcribit̃ cũ ſuis, ĩ mõtib⁹ uitã duxiſſe, & fęni cibo ueſci, qa ſctõrũ exẽpla ſecut⁹ (ipſi. n. sũt mõtes Dei) beſtiales pſecutorũ mores cõtẽnẽdo, uitã Deo placitã & elegit, uirtutũ ſp uirẽti pabulo ſe pauiſſe optimũ duxit, quaten⁹ indeficiẽti aĩæ uictu nutrit⁹ famẽ nõ sẽtiret ppetuã. Nobis ãt lectio actuũ Iudæ ita ſolũmõ pficit, ſi cõſtantiæ eius ac ſobrietatis uirtutes imitari uoluerimus: nec pręponamus delitias mũdi ac põpã huius ſeculi iuſtitiæ & ueritati Dei, mẽores ſp iſtius ſniæ dñicæ, quę ait: Quid. n. pderit hoĩ, ſi uniuerſũ mũdũ lucret̃, aĩæ uero ſuæ detrimẽtũ patiat̃? Et iterũ: Qui amat aĩam ſuã, pdet eã. Qui odit aĩam ſuã ĩ hoc mũdo, in uitam æternam cuſtodit eã.

*Myſtice* — *Matt. 16.d* — *Ioan. 12. d*

bat, q̃ propter peccata habitantium ciuitatẽ modicum dñs fuerat iratus: propter quod & accidit circa locũ deſpectio. Alioqui niſi contigiſſet eos multis peccatis eſſe inuolutos, ſicut Heliodorus qui miſſus eſt a Seleuco rege ad expoliãdum ærarium, etiam hic ſtatim adueniens flagellatus & repulſus utiq; fuiſſet ab audacia. Verum non propter locum gẽtem, ſed propter gentem locum Deus elegit. Ideoq; & ipſe locus particeps factus eſt populi malorum, poſtea autẽ fiet ſocius bonorum: & qui derelictus in ira Dei omnipotentis eſt, iterum in magni Dei reconciliatione cum ſumma gloria exaltabitur. Igitur Antiochus mille & octingentis ablatis de templo talentis uelociter Antiochiã regreſſus eſt, exiſtimans ſe pręſuperbia terram ad nauigandum, pelagus uero ad iter agendum deducturum propter mentis elationem. Reliquit autẽ prępoſitos ad affligendam gentem: Ieroſolymis quidẽ Philippum genere Phrygẽ, moribus crudeliorẽ eo ipſo a quo eſt conſtitutus, in Gazarim ãt Andronicum & Menelaũ, qui grauius quã cęteri imminebant ciuibus. Cumq; appoſitus eſſet contra Iudęos, miſit odioſum principẽ Apollonium cum exercitu uiginti & duobus milibus, p̃cipiens eis oẽs perfectæ ætatis interficere, mulieres ac iuuenes ac uirgines uendere. Qui cum ueniſſet Ieroſolymam pacem ſimulans quieuit vſq; ad diem ſanctũ ſabbathi, & tunc feriatis Iudæis arma capere ſuis præcepit. Omneſq; ſimul qui ad ſpectaculum proceſſerãt trucidauit, & ciuitatẽ cum armatis diſcurrens in gentem multitudinem peremit. Iudas autem Machabæus q decimus fuerat ſeceſſerat in deſertum locum, ibique inter feras uitam in montibus cum ſuis agebat, & fœni cibo ueſcentes demorabantur, ne participes eſſent coinquinationis.

c Reliquit. *Iudæorum poſt ſuum receſſum.*
d Ieroſo. *ſ. oriundum de Phrygia in qua regione eſt Troia.*
e Moribus. *ſ. Antiocho*
f In Gaza. *qui eſt mons in regione Samarię.*
g Qui. *quia Samaritani ſemper fuerunt moleſti Iudæis, vt patet in Eſdra & Neemia.*
h Cũq; *i. firmatus in propoſito nocendi eis.*
i Miſit. *de cuius nequitia & morte habetur. 1. ib. iii. ca.*
l Pacẽ. *Vt haberet ingreſſum in ciuitatem.*
m Oẽſq; &c. *Ex hoc uidetur, q̃ armationem illã ſimularet fieri ad aliquẽ ludũ exercẽdũ, vt haſtiludiũ et hmõi, ad qđ uidẽdũ cõuenerunt plurimi, & illos primo iuſſit ĩterfici, q̃tũ ad uiros ętatis perfectæ ſecundum iuſſum regis.*
n Iudas. *Hęc eſt pars ĩcidẽtalis in qua ponitur fuga Iudę cũ plurib. alijs ad loca deſerta, eo q̃ nõ poterãt mala q̃ fiebãt ĩ Ieruſalẽ impedire. Sic ergo dicitur:* Iudas q de. *nõ innumero fratrũ ſuorũ, ſed magis qnt⁹, ut habetur ſup. 1. li. ca. ij. ſcđ ĩ nũero ſũmorũ ſacerdotũ, ut dicit glo. nõ tamẽ ĩcipiẽdo ab Aarõ, qa multo plures fuerũt, ſed a principio regni Græcorũ, qđ ut dicũt gloſato. aliq, ĩcepit a Seleuco q in Syria ſucceſſit Alexãdro magno, & tũc ſũm⁹ ſacerdos fuit Onias Iaddi fili⁹ q ſcđm hoc dictũ fuit prim⁹, Simõ iuſt⁹ ſcđs, Eleazar⁹ fili⁹ Oniæ terti⁹, quartus Manaſſes Eleazari auũculus, qnt⁹ Onias Simõis iuſti filius, ſextus Simõ Oniæ fili⁹. vij. Onias hui⁹ Simõis fili⁹ quẽ ĩterfecit Andronic⁹: vt dictũ eſt ca. pręc. viij. Iaſõ. ix. Menelaus. x. Iudas Machabęus. Hoc accipitur de glo. Rabani ſup locũ iſtũ, q̃ accipitur de dictis Ioſephi: ſed videtur ĩ duob. deficere qa, Primo Lyſimach⁹ ſucceſſit Menelao ſcđm textũ huius li. ſup. iiij. ca. q maioris eſt autoritatis q̃ dictũ Ioſephi vel Rabani: & ſic eadẽ rõne qua numerãtur hic Iaſõ & Menela⁹, numerari dẽt Lyſimachus in decimo loco & non Iudas. Scđo deficit, qa ponitur regnũ Gręcorũ ĩcipe a Seleuco: qđ tamẽ ĩcepit ab Alexãdro magno, vt dictũ eſt ſup. 1. ca. 1. li. pp qđ videtur q̃ hæc enumeratio ĩcipe debeat tpe Alexandri magni: & tũc ſcđm oẽs hiſtoriagraphos Iaddus erat ſũm⁹ põtifex Iudęorũ, cui ſi cõnumeretur Onias filius eius, & alij cõſequẽter noĩati vſq; ad Oniã quẽ ĩterfecit Adronicus, ĩuenitur q̃ iſte vltimus Onias fuit nonus, & p cõſeq̃ns Iudas decimus q̃tũ ad intrãtes legitime. Iaſõ ãt Menelaus & Lyſimach⁹ sũt ab hoc nũero eijciẽdi: Tũ q̃a male intrauerũt. Tũ qa cultũ diuinũ diſſipauerũt, ut patet ex ſupradictis. et ſic nõ fuerũt ſũmi ſacerdotes ſcđm rẽ. ſed tantum ſcđm nomẽ & uſurpationem.*
o Et fœni. *i. terrę naſcentibus quæ poterat in deſerto reperiri: quia ſolo fœno non poterant ſuſtentari.*

## NIC. DE LYRA.

❡ *rũ flagellauerat pp ĩuaſiõẽ tẽpli. ſup. iij. c. qđ factũ erat p regnũ Aſſyriæ notoriũ, pp qđ nõ eſt veriſimile qn ad notitiã Antiochi deueniſſet: ſed domin⁹ pp peccata populi pmittebat locũ contemni, ſicut dixerat dominus Salomoni. iij. Reg. ix. Cætera patent.*
a Igit. *Hic conſeq̃nter deſcribitur vaſtatio populi in regis abſentia. Et diuiditur in duas partes. ſ. in principalẽ & incidẽtalẽ, quę incipit ibi: Iudas aũt. Circa primum primo ponitur receſſus Antiochi de Iudęa ſpoliato tẽplo. Et patet litera vſque ibi.*
b Exi. *Hy pbolica locutio eſt, ad exprimẽdũ ſupbiæ ſuę magnitudinem.*

*Diuiſio*

Reli-

## MORALITER.

✻ k *Qui. cũ ueniſſet.* per iſtũ Apolloniũ qui Iudæos grauiter impugnauit in die ſabbathorum, ſignificatur Diabolus, qui diebus feſtiuis fideles deijcere nititur in peccata, eo q̃ tunc peccatum duplicatur, ſcilicet opus pcti & tranſgreſſio feſti.
n *Iudas.* Per quem ſignificatur bonus ſecularis decem præceptorum obſeruator: ſed quia maiorem deſiderat perfectionem, ſecedit in deſertum religionis, ibi uiuens auſtere, ne coinquinetur mundana pollutione.

## GLOS. ORDIN. CAP. VI.

SEd. Hæc eadem in libro priori referunt̃, q̃ Antiochus per legatos ſuos contaminauerit templum, ædificando in illo idolum deſolationis ſuper altare Dei, cuius loci alle. ibi. poſuimus.

*Nec ſim-*

## NIC. DE LY. CAP. VI.

SEd nõ. *Poſtquam deſcripta eſt plebis vaſtatio. Hic conſequenter deſcribitur legis abolitio, & primo in regis abſentia, ſecundo in eius præſentia ca. ſe. Prima in duas quia primo introducitur Gentilitatis forma, ſecundo rebellibus imponitur pœna ibi: Erat autem. Circa primum introducitur forma Gentilitatis: & primo quantum ad modum viuendi, cum dicitur.*
q Mi. *i. vnũ ſacerdotẽ Gẽtilẽ. idẽ. n. ſignat ſenex ĩ Græco qđ p̃sbyter ĩ latino. Vnde*

*Diuiſio*

## CAP. VI.

SED NON poſt multum temporis miſit rex ſenem quendam Antiochenum, qui compelleret Iudęos, vt ſe trãsferret a patrijs & Dei legibus: cõtaminare etiã, qđ in Ieroſolymis erat templũ, et cognominare Iouis Olympij, & in Garizim, prout erant hi, q locum inhabitabãt Iouis hoſpitalis: peſſima autem & vniuerſis grauis erat malorum incurſio. Nã templũ luxuria & comeſſationibus Gentium erat plenũ, & ſcortantiũ cũ meretricibus: ſacratiſque ædibus mulieres ſe ultro ingerebant, introferentes ea, quæ nõ licebat. Altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebãtur. Neq; autem ſabbata cuſtodiebantur, neq; dies ſolennes patrij ſeruabãtur, nec ſimpliciter ſe quiſq̃ Iudæum cõfitebatur. Ducebãtur autem cum amara neceſſitate in die natalis regis ad ſacrificia, & cum Liberi ſacra celebrarentur cogebãtur hedera coronati Libero circumire. Decretum aũt exijt in proximas Gẽtiliũ ciuitates ſuggerẽtib⁹ Ptolemæis, ut pari modo & ipſi aduerſus Iudęos agerent, ut ſacrificarent, eos autem, qui nollent trãſire ad inſtituta Gẽtiliũ interficerent. Erat ergo uidere miſeriã. Duæ enim mulieres delatæ sũt natos ſuos circuncidiſſe, quas ad ubera infantibus ſuſpẽſis cum publice per ciuitatẽ circũduxiſſent, per muros præcipitauerunt. Alii vero ad proximas coeũtes ſpeluncas, et latenter ſabbati diem celebrantes, cũ indicati eſſent Philippo, flãmis ſuccenſi ſunt: eo q̃ verebãtur propter religionem & obſeruãtiã, manu ſibimet auxilium ferre. Obſecro aũt eos, qui hũc librũ le-

## MORALITER.

✻ a *Sed.* per iſtum regem ſignificatur antichriſtus, q p ſenes & lr̃atos decipiet iuniores & ſimplices, eos auertẽdo a religione Chriſtiana, et faciet cõtaminari Eccleſiam quæ eſt templum Dei, et in tantũ inualeſcet eius perſecutio, q̃ pauci audebunt in publico ſe Chriſtianos fateri.

✻ *Et cum*



a *Nec ſimp. &c. & cum Li. &c.* Liberum patrem, Deũ vini Gẽtiles eſſe dixerunt: cuius ſacra Antiochus in natali ſuo maxime celebrari iuſſit, eo q̃ illum natali ſuo fauere credebat. Nã liberũ a liberamento appellari uoluit, q̃ quaſi mares in coeũdo per eius beneficium emiſſis ſeminibus liberẽtur. Propter quod idẽ Liber muliebri & delicato corpore depingit̃. Dicunt. n. mulieres ei attributas & uinũ, pp excitãdã libidinẽ. Vñ & frons eius pãpino cingit̃. Sed ideo coronã viteã & cornu hẽt, qa cũ grate & moderate uinum bibitur lætitiam pręſtat, cum ultra modũ, excitat lites. i. quaſi cornua dat. Idem aũt & Lyæus a potu Lyæi, q̃ multo uino mẽbra ſoluantur. Iſte & Græce Nyſius a monte Indiæ Nyſo, ubi dr̃ eſſe nutritus. Cæterum eſt & Nyſa ciuitas, in qua colitur idẽ Liber, uñ Nyſeus dictus eſt. Sacra Liberi pr̃is prim⁹ Orphæus induxit in Græciã, primuſque celebrauit in monte Boetiæ ac Thebis, ubi liber natus eſt proximo, q cum frequenter Citharæ cantu perſonaret Citherõ appellatus eſt, ea ſacra etiam nunc Orphica nominantur, in quibus ipſe poſtea dilaceratus & captus eſt, & fuit per eadem fere tpa q̃bus Faunus: ſed quis ætate præceſſerit dubitari poteſt. Siquidem per eoſdẽ annos Latinus Priamuſq; regnauerunt. Idem patres eorum Picus & Laomedon, quo regnante Orphæus cum Argonautis ad Ilienſium littus acceſſit.

*Liber pater*

*Igitur*

## NIC. DE LYRA.

❡ *tino. Vnde. 1. de anima, ubi tranſlatio noſtra hẽt: Si ſenex haberet oculũ iuuenis, uideret utiq; ut iuuenis: in antiqua tranſlatione habetur: Si præsbyter haberet oculum iuuenis &c.*
a Qui comp *Primo uerbis perſuaſiuis, poſtea tormentis.*
b Vt ſe. *i. a legibus datis in monte Sinai patribus. ſecũdum quantum ad contaminationem templi, cum dicitur:*
c Contaminare. *dedicando ipſum cultui Iouis Olimpij, quod prius erat dedicatum cultui veri Dei.*
d Et in. *Ad intellectum huius ſciendum, quod ſicut dicit Ioſephus antiquitatis Iudaicæ li. xij. Sanabalath Samaritanus dedit filiam ſuam vxorem Manaſſe fratri ſummi ſacerdotis Iudæorum, qui volens habere honorem ſacerdotalem, rogauit ſocerum vt ędificaret ſibi in monte Garizim templũ, quod nominauit templum ſummi Dei: & hoc fuit tempore Alexandri magni: ſed poſtea uidẽtes Samaritani, q̃ Antiochus rex haberet Iudæos exoſos ſcripſerunt Antiocho ſe nihil habere commune cum Iudæis, petentes q̃ templum apud eos ædificatum in monte Garizim Ioui dedicaretur: & hoc eſt quod dicitur:* Et in. *ſupple poſtulantes.*
e Hi qui. *ſ. Samaritani.*
f Iouis. *idem erat cum Ioue Olympio, ſed dupliciter nominabatur pro duobus locis in quibus ſolenniter colebatur, ſicut apud nos dicitur, Sanctus Michael de monte Gargano, & de monte tumba, licet ſint alia multa loca in quibus Sanctus Michael veneratur.*
g Peſſima autem &c. *vere Iudæis.*
h Grauis erat ma. &c. *nam eis multa ſimul occurrebant mala.*
i Nam tem. *Deo dedicatum.*
k Luxuria & co. &c. intro ferentes &c. *ſ. oblationes idololaticas.*
l Altare etiam. *holocauſtorum.*
m Plenum erat il. *i. hoſtijs Gentilium immundis.*
n Neq; autem. *Hic tertio ponitur Gentilitatis introductio in uiolatione temporis ſacri, cum dicitur:* Neq; autem ſab. cuſt. *quod tamen erat præceptum Exo. xx. in memoriam beneficij creationis.*
o Neq; dies ſo. pa. *i. a patribus obſeruati, ſicut dies Paſchæ in memoriã liberationis populi de Aegypto, & Pẽtecoſtes in memoriã dationis legis in monte Sinai, & ſic de alijs, ut plenius fuit dictũ in Exo. et Leui.*
p Nec ſimpliciter. *i. manifeſte.*
q Se quiſquam iu. &c. *mortis timore, erant tamen aliqui, qui hoc conſtanter & manifeſte confitebantur, vt ex ſequentibus apparebit, quia tamen erant pauci comparatiue, ideo pro nullis reputantur, ſicut dicitur communiter, quòd nullus eſt in Eccleſia, quando ſunt ibi pauci reſpectu multitudinis, quæ deberet ibi eſſe. & ij. Phyſicorum dicitur, quòd illud quod modicum eſt quaſi nihil reputatur.*
r Ducebantur autem. *Hic quarto ponitur Gentilitatis introductio in veneratione idoli, cum dicitur.* Ducebantur autem. *ſ. Iudęi*
ſ Cum amara neceſ. *Nam hoc faciebant mortis timore.*
t In die na. re. *Antiochi.*
u Ad ſa. *quæ tunc fiebant ſolenniter ad honorem Bacchi, nam rex credebat eum fauiſſe ſuæ natiuitati.*
x Et cũ. *i. Bacchi: unde uerſus: Liber. i. Bacchus, vel uir ſine compede natus.*
y Cogebantur. *Iudæi.*
z Hedera coro. *i. habentes ſerta in capitibus de hedera, eo q̃ habet ſimilitudinem cũ uitæ, & inuenitur uiridis omni tpe, nõ ſic ãt uitis & maxime tpe natalis dicti regis.*
a Libero cir. *i. ad honorẽ eius chorizare.*
b Decretũ. *Hic quinto ponitur introductio Gẽtilitatis in oblatione ſacrificij: nam multi Iudæi nõ ſolũ in Ieruſalẽ & Iudæa, ſed ẽt in ciuitatibus Gẽtiliũ habitabãt diſperſi, & il lis ciuitatibus mãdatũ fuit per regis decretũ, vt Iudæos habitãtes ibi cõpellerent ad dimiſſionẽ ſuæ legis, & ſuſceptionẽ ritus Gẽtilis: & hoc eſt quod dicitur,* Decretum autem. *& patet ex dictis litera hoc excepto.*
c Suggerẽtibus. *i. ſequacibus Ptolemęi, q per falſam ſuggeſtionẽ deduxit regẽ a ſententia cõtra Menelaum ferẽda ſupra. iiij. cap.*
d Erat et. *Introducta Gentilitatis forma. Hic conſequẽter renitẽtibus infligitur pęna, & primo pro circunciſionis tenore, ſecundo pro ſabbati honore ibi: Alij uero tertio pro illiciti cibi horrore ibi: Igitur Eleazarus. Circa primũ dicitur,* Erat ergo vi. miſeriã. *Sic habent libri correcti, & eſt ſenſus,* Erat autem. *i. contingebat nunc omnibus aſſiſtentibus uidere miſeriam, quæ ſubditur,*

*Diuiſio*

e Duæ enim mulier. de. ſunt *i. accuſatæ.*
f Nat. ſ. c. *qđ apparebat ex p̃putij p̃ciſione.*
g Quas. *ſic habent libri correcti.*
h Ad ubera infan. *quod erat ualde miſerabile. ſ. q̃ pueri ſuſpendio necarentur ad ubera, quibus deberẽt nutriri: propter quod præceptum fuit Iudæis, Exo. xxiij. c. Nõ coques hædum in lacte matris ſuæ. uidebatur. n. nimis durum & crudele, quòd hædus coqueretur in lacte unde ſolebat uiuere, ſicut ibidem plenius fuit dictum:*
i Alii uero. *Hic conſequenter ponitur pęna obſeruantium ſabbatum, & primo ponitur hæc pœna, ſecundo remouetur opinio falſa ibi: Obſecro autem. Circa primum dicitur,*
k Ad prox. coeuntes. *id eſt conuenientes.*
l Speluncas & la. *ibidem meditationibus diuinis & orationibus uacando.*
m Cum indicati eſſent. *qui poſitus erat in Ieruſalem ad affligendum Iudæorum gentem, ut habetur ca. pręceden.*
n Flammi ſuccenſi ſunt. *ſ. fumiferis, ut dicit Ioſephus, quibus necati ſunt in ſpeluncis.*

*Ioſephus anti. Iuda lib. 12. c. 7.*

o Eo q̃ ue &c. *pp qđ per Matathiã & alios ſapientes fuit declaratũ ſupra. 1. libro. ij. ca. q̃ licitũ erat eis ſe defendere in diebus ſabbatorum.*
p Obſecro autem eos. *Hic conſequenter remouetur opinio falſa, q̃a*

❡ *poſſet*

## MORALITER.

✻ x *Et cum Li. ſa. &c.* Liber idem eſt quod Bacchus, qui dr̃ uini Deus: ideo Liberi ſacra celebrãt, q uinum exceſſiue potant. Et dñr Libero circumire. i. chorizare, quia vini potatio exceſſiua inducit ad lætitiam ineptam & ad luxuriam. Dñr etiam hedera coronati, quæ dr̃ ab hæreo hæres, eo quod arboribus inhærendo aſcendit ſurſum: ſimiliter ex nimio potu vini fumus aſcendit ad cerebrũ.
e *Duæ enim mulieres dela. &c.* Per iſtas duas mulieres, quæ cum paruulis ſuis fuerunt crudeliter interfectæ, ſignificantur martyres in ſexu muliebri & ætate puerili titulo fidei Chriſtianæ.
k *Alij uero ad proximas &c.* Hoc fuit moralizatum ſupra. j. libro. ij. cap.
p *Obſecro autem eos, qui hunc librum lecturi ſunt, ne. ab. &c.* Hoc eſt de ſe morale, ideo pertranſeo.

✻ *Igitur*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a Igitur Eleazarus. Eleazarus hic quem Antiochi crudeliſſimi regis impietas porcinã carnem in ſeneƈtute ſua edere cogebat, ſignificat populũ Chriſtianum, quem Antichriſti ſæuitia iuxta finem mũdi ad idololatriam atq; ſpurcitiam uitæ conuertere ſataget. Interpretatur autẽ Eleazarus, Deus meus adiutor, quod nomẽ aptiſſime cõuenit fidelium populo: Qui cum Pſalmiſta domino dicere nouit: Adiutor meus es tu De⁹ ne derelinquas me. Et rurſũ: Liberator meus Deus meus, ſperabo in eum, Sed ſicut nequiſſimi regis immanitas Eleazarũ ad eſum porcinæ carnis compellere nequiuit, ita nec electorum cœtũ Antichriſti crudelitas cõtaminare aliqua immunditia vllo modo poterit.

Pſal. 26.c
Ibid. 17.a

NIC. DE LYRA.

¶ poſſet aliquis credere q Deus permitteret Iudæis talia contigiſſe, ex eius odio contra eos: ad quod remouendum dicitur hic, quòd talia non ſunt ſignum odij Dei, ſed dilectionis, ſicut pius pater proprium filium quẽ diligit pro defectibus ſuis per flagella corripit, non autem alienum quẽ negligit. Et ex his patet litera paucis exceptis, quæ diſcurrentur.

a Ne abhorre. genus noſtrum.ſ. Iudaicum.

b Etenim mu't.i. prout ſentiunt ſecundum partem irrationabilem peccata continuare.

F

c Sed ſtatim. per flagella cohibentia.

d Magni beneficii.ſ. quòd non ſeruantur ad pœnam futuram:ſed purgantur ad uitam beatam.

e Non enim ſicut in alijs nationibus &c. idola colentibus.

f Dominus. Earum punitionem differendo, ut ſic appareat Dei miſericordia: maior expectando eorum pœnitentiam, & per conſequens eius punitio iuſtior poſt talem expectationem. Ideo concluditur:

g Propter quod quidem nunq. nam ex amore corripit, ut dictũ eſt.

h In ad &c. ei patientiã tribuẽdo.

i Sed hæc. idem: a nobis ad commonitionem legentium, ne credant pœnas nobis inflictas ex odio ꝓceſſiſſe.

k Dicta ſint. ſ. uerbis, quia mu'to plura poſſent induci ad propoſitum oſtendendum.

l Iam autem ueni.eſt ad. nar. ſ. pœnarum quas electi pro legis obſeruantia pertulerunt.

m Igitur. Hic conſequenter deſcribitur pœna pro horrore illiciti cibi inflicta. nam Eleazarus magis elegit mori quàm cibo lege prohibito coinquinari, nõ ſolũ ex eius comeſtione, ſed etiam ex comeſtionis fictione: nam ex hoc probabiliter uidebat ſe qui tranſgreſſionem multorum. & hoc eſt quod dicitur:

n Eleazarus. i. de excellentioribus in ſcientia uirtute & fama.

o Aperto. per uiolẽtiam carnificũ.

p Compellebatur. quod eſt prohibitum in lege. Leui. xi.

q At ille. i. gloria meritoriam. Chriſti tamen tempore conſequendæ.

r Magis quam odibilem uitam. id eſt uitioſam.

Voluntarie.

ƈturi ſunt, ne abhorreſcant propter aduerſos caſus, ſed reputent ea, quæ acciderũt nõ ad interitum, ſed ad correptionem eſſe generis noſtri. Etenim multo tẽpore non ſinere peccatoribus ex ſentẽtia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficii eſt indicium. Nõ enim ſicut in alijs nationibus dñs patiẽter expectat, ut eas cũ iudicii dies aduenerit, in plenitudine peccatorũ puniat, ita & in nobis ſtatuit, ut peccatis noſtris in finẽ deuolutis, ita demũ in nos uindicet: propter quod quidẽ nunquã a nobis mĩam ſuam amouet, corripiẽs uero in aduerſis populũ ſuũ nõ derelinquit. Sed hæc nobis ad cõmonitionẽ legentiũ dicta ſint paucis. Iam aũt ueniendũ eſt ad narrationem. Igitur Eleazarus unus de primoribus Scribarum uir ætate prouectus, & vultu decorus, aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducare: at ille glorioſiſſimam mortem magis quàm odibilẽ uitam cõplectẽs, uoluntarie præibat ad ſupplicium. Intuẽs autem quemadmodũ oporteret accedere patienter ſuſtinẽs deſtinauit nõ admittere illicita propter uitæ amorem. Hi autem qui aſtabãt iniqua miſeratione commoti propter antiquã viri amicitiã, tollentes eũ ſecreto rogabãt, afferri carnes quibus veſci ei licebat, vt ſimularetur manducaſſe ſicut rex imperauerat de ſacrificii carnib⁹, vt hoc facto a morte liberaretur, & propter veterẽm uiri amicitiam hãc in eo faciebãt humanitatẽ. At ille cogitare cœpit ætatis ac ſeneƈtutis ſuæ eminentiã dignam, & ingenitæ nobilitatis caniciem, atq; a puero optimæ cõuerſationis actus, & ſecũdũ ſanctæ & a Deo cõditæ legis cõſtituta: reſpondit cito dicẽs: præmitti ſe velle in infernum. Non enim ætatem noſtrã dignum eſt, inquit fingere: vt multi adoleſcentiũ arbitrãtes Eleazarum nonaginta annorum trãſiſſe ad vitã alienigenarum, & ipſi propter meã ſimulationẽ, & ꝓpter modicum corruptibilis uitæ tẽpus decipiantur: & per hoc maculã atq; execrationẽ meæ ſeneƈtuti conquiram. Nã & ſi in pſenti tempore ſupplicijs hominum eripiar, ſed manum omnipotẽtis nec uiuus nec defunƈtus effugiã. Quamobrẽ uitã fortiter excedendo, ſeneƈtute quidem dignus apparebo, adoleſcẽtibus autem exemplum forte relinquam: ſi prompto animo ac fortiter pro grauiſſimis ac ſanctiſſimis legibus honeſta morte perfungar. His dictis cõfeſtim ad ſupplicium trahebatur. Hi autẽ qui eum ducebãt, & paulo ante fuerãt mitiores, in irã cõuerſi ſunt propter ſermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam ꝓlatos arbitrabantur. Sed cum plagis perimeretur, ingemuit & dixit: Dñe q habes ſanctam ſciẽtiam, manifeſte tu ſcis, qa cũ a morte poſſẽ liberari, duros corporis ſuſtineo dolores. Scdm aĩam vero pp timorẽ tuum libẽter hæc patior. Et iſte quidem hoc modo uita deceſſit, non ſolum iuueni b⁹, ſed et uniuerſæ gẽti memoria mortis ſuæ, ad exẽplum uirtutis et fortitudinis derelinquens.

ſ Voluntarie. propter ſequens præmium.

G

t Intuens. oculis cordis.

u Quemadmodum oporteret. ad beatitudinem.

x Deſtinauit non. i. perpetrare.

y Illicita pro par. vitæ. ſ. preſentis.

z Amorem. nam bonum uirtutis maius eſt quàm bonum uitæ corporalis: maius autem bonum non eſt exponendum pro ſalutione minoris boni, ſed magis econuerſo.

a Hi aũt. ad exequẽdũ regis mãdatũ.

b Iniqua miſer. Dicitur autem iniqua miſeratio, eo q inducebat ad iniquitatem: licet. n. comedere carnes illas de quibus ſuadebant comedere Eleazaro eſſet ei licitum abſolute, tamen in illo caſu erat illicitum: nã in tali fictione erat falſitas & mendacium facto, & aliorum ſeductio ex eo, quia doctor legis erat: & ideo per illud factũ alii tracti fuiſſent ad tranſgrediẽdum legem. Iõ ſequitur:

c At ille. propter uirtutis & ſcientiæ concomitantiam.

d Et ingenitæ. Nobilitas. n. generis pronenit ex generatione, nobilitas uero uirtutis ex operatione quantum ad uirtutes acquiſitas, & ex datione diuina quantum ad infuſas: Et iſtæ virtutes reddunt caniciem nobilem in ingenita nobilitate.

e Reſpondit. nã in habẽtibus habitũ nõ requiritur longa deliberatio.

f Dicens. potius ſuſtinere pœnam omnem quàm facere talem fictionẽ. & ſubdit ad hoc rationem dicens:

g Non enim ætati noſtræ dignũ eſt inquit &c & per hoc maculam infamiæ quantum ad homines.

H

h Atq; execrationem. apud Deum & angelos ſanctos.

i Meæ ſeneƈtuti con. & diuinum iudicium incurram. Ideo ſubditur:

k Nam ſi in præ. per talem fictionem. Sed manum omnipoten. Ideo concluditur.

l Quamobrem uitam fortit. exc. i. eam pro lege Dei exponendo.

m Seneƈtute quidem dignus apparebo. ad gloriam Dei, & ædificationem proximi.

n Pro grauiſſimis. i. honeſtiſſimis, ſicut homo honeſtus dicitur grauis moribus. Cætera patent uſq; ibi,

o Per arrogantiam prolatos arbitraban. Quod non erat uerum, ſed hoc dixerat per conſtantiam mentis ad Dei gloriam & proximorum ædificationem.

p Cum a morte poſſem liberari. per dictam fictionem.

q Duros corporis ſuſtineo dolores. ſecundum partem ſenſitiuam.

r Secũdum aiam ue. intellectiuã.

ſ Libenter hæc patior. Sicut patiens pro ſanitate conſequenda, libẽter accipit potionem ſenſui guſtus amaram. Cætera patent.

MORALITER.

m Igitur Eleazarus unus de primoribus ſcribarum, uir æt. prouectus, & vultu decorus &c. Per iſtũ ſignificatur homo uirtuoſus & conſtans, qui magis eligit mori pro Chriſtiana ueritate, quàm fictionem tranſgreſſionis fingere. Per carnifices autem conſtantiam eius imponentes ſuperbiæ, ſignificantur maleuoli, qui uirtutes bonorum hypocriſi attribuunt ſeu uanitati.



GLOS. ORDIN. CAP. VII.

A

Onntigit au. Quid p hãc matrẽ ſeptẽ filiorũ, niſi matris Eccleſiæ fœcunditas, quæ per ſeptiformis ſpiritus gratiam adoptiuos Deo patri filios gñat, de ſignatur? Quos Antiochi typici, hoc eſt Antichriſti atrocitas, licet partim p miniſtros ſuos, partim p ſemetipſum, ſimul cũ matre diuerſis cruciatibus laniet, ad blaſphemiã tñ eos nequaq ꝑtrahere valet. Quæ aũt huic mulieri et filiis eius ꝓ labore quẽ in pñti ꝑpeſſi ſũt, merces maneat in futuro, Iſaias oñdit dicẽs: Lauda ſterilis, q non paris, decãta laudẽ & hymnũ, q nõ pariebas, qm multi filii deſertæ, magis, q eius q hẽt uirũ, dicit dñs: Dilata locũ tẽtorij tui & pelles tabernaculorũ tuorũ extẽde: ne parcas, lõgos fac funiculos tuos, & clauos tuos cõſolida: Ad dexterã. n. & ad ſiniſtrã penetrabis, & ſemẽ tuũ Gẽtes hæreditabit. Noli timere, qa cõfunderis, neq; erubeſcas. Nõ. n te pudebit, qa cõfuſionis adoleſcẽtiæ tuæ obliuiſceris, & opprobrij uiduitatis tuæ nõ recordaberis amplius: qa dñabit tui q fecit te, dñs exercituũ nomẽ eius, et redẽptor tuus ſctũs Iſrael, dñs oĩs terræ uocabit: Quia ut mulierẽ derelictã & mœrẽtẽ ſpũ vocauit te dñs, & uxorẽ ab adoleſcẽtia abiectã dixit Deus tuus. Ad pũctũ in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis cõgregabo te: in momẽto indignationis abſcõdi faciẽ meã parũp a te, & in mia ſempiterna miſertus ſum tui: Dixit redẽptor tuus dñs: paupercula tẽpeſtate cõpulſa abſq; vlla conſolatione. Ecce ego ſternã p ordinẽ lapides tuos, & fundabo te in Saphyris, & ponã Iaſpidẽ ꝓpugnacula tua, & portas tuas i lapides ſculptos, & oẽs terminos tuos in lapides deſiderabiles. Vniuerſos filios doctos a dño, et multitudinẽ pacis filijs tuis, & in iuſtitia fundaberis: recede ꝓcul a calũnia. Quod aũt nouiſſime poſt filios & mater cõſumpta eſt, demõſtrat q poſt triũphos ſingulorũ filiorum eccleſiæ, qbus hoſtes uincentes liberis aĩabus requiẽ intrabunt æternam, nouiſſime ipſa mater fideliũ oĩm in fine mũdi cõſummabiẽ, & trophæũ gloriæ de oĩbus inimicis ſuis capiẽs regnũ poſſidebit ꝑpetuũ. Qualiter aũt beatiſſimus doctor Cyprianus de eiſdẽ ſeptẽ fratrib. ſcribẽs ad Fortunatum more rhetorũ, facũde ſermone diſſereret, hoc loco inſerẽdũ cẽſuimus: q inter cætera ſic ait: Quid uero in Machabæis ſeptẽ fratres & natalia, & uirtutũ ſorte conſimiles ſignificent, niſi ſeptenariũ numerũ ſacramẽto pfectæ conſummationis impletẽs? Sic. n. ſeptẽ fratres in martyrio cohærẽtes, ut primi fuerunt in diſpoſitione diuina ſeptẽ dies, anno rũ ſeptẽ milia ꝯtinẽtes, ut ſeptẽ ſpũs, ut angeli ſeptẽ q aſſiſtũt & cõuerſantur añ faciẽ Dei, & lucerna ſeptiformis in tabernaculo martyrij. & i Apocaly. ſi ſeptẽ cãdelabra aurea, & apud Salomonẽ colũnæ ſeptẽ, ſup quas ædificat domũ ſapiẽtia, & iſte ſeptẽ fratrũ numerus, eccleſias ſeptẽ numeri ſui qtitate cõplexus, ſm qđ in primo libro regnorũ legimus ſterilẽ ſeptẽ pepiſſe. Et apud Iſaiã ſeptẽ mulieres unũ hoĩem apprehẽdunt, cui⁹ inuocari ſup ſe nomẽ expoſcũt. & apoſtolus Paulus q huius numeri legitimi & certi meminit ad ſeptẽ eccĩias ſcribit. Et in Apocalypſi dñs mandata ſua diuina, & pcepta cæleſtia ad ſeptẽ eccĩas & ad earũ angelos dirigit. Qui nũc iſtic, nũc inuenit i fratribus, ut cõſummatio legitima cõpleat cũ ſeptẽ liberis plane copulatẽ et mẽ origo et radix, q eccĩas ſeptem poſtmodũ peperit, ipſa prima & una ſupra petrã dñi uoce fundata. Nec uacat, q in paſſionib. ſola cũ liberis mẽ eſt. Martyres. n. q ſe Dei filios in paſſione teſtantiã nõ niſi Deo pre cẽſent, ſicut in euãgelio dñs docet dicẽs: Ne uocaueritis uobis prẽm ſup terrã: Vn⁹ ẽ. n pr veſter, q ẽ in cælis. Quæ uero ediderũt cõfeſſionũ ꝑconia, q pclara q magna documenta fidei pbuerũt. Rex Antiochus infeſtus, immo in Antiocho antichriſtus expreſſus, ora martyrũ glioſa & ſpũ confeſſionis inuicta cõtagio ſuis extẽdere carnis maculare: Et cũ flagellis grauiter uerberaſſet, ac nihil ꝓmouere potuiſſet, ſartagines iuſſit igniri qbus ignitis & acceſſis eũ q primus locut⁹ fuerat, & magis irã regis uirtutis ac fidei cõſtãtia ꝓuocauerat, admoueri pcepit & frigi ꝓducta & extracta prius lingua, q confeſſa dñm fuerat. Quid martyri glioſius cõtigit: Lingua. n. ꝯfeſſa nomẽ dñi prior ipſa ad dñm debuit pficiſci. Poſt in ſcdo excogitatis acrioribus penis, añq cetera mẽbra torqret cutẽ capitis cũ capillis de traxit

Eſa. 54.a
Ibidem. b
Philip.
Deu. 33.
Cyprianus de ſeptẽ fratribus
Apoc. 1.a
Apoc. 1.d
Prou. 9.a
1. Reg. 2.d
Eſa. 4.a
Apoca. 1.e
Matt. 23.a

B

CAP. VII.

Ontigit autem ſeptem fratres una cum matre ſua apprehenſos compelli a rege contra fas edere carnes porcinas, flagris & taureis cruciatos. Vnus autem ex illis, qui erat primus ſic ait: Quid quæris & quid uis diſcere a nobis? Parati ſumus magis mori quàm patrias Dei leges præuaricari. Iratus itaq; rex iuſſit ſartagines & ollas æneas ſuccendi, quibus ſtatim ſuccenſis iuſſit ei, qui prior locutus fuerat amputari linguam, & cute capitis abſtracta, ſummas quoq; manus & pedes ei præcidi, cæteris eius fratribus & matre inſpicientibus. Et cum iam per omnia inutilis factus eſſet, iuſſit ignem admoueri, & adhuc ſpirantem torreri in ſartagine, in qua cum diu cruciaretur, cæteri una cum matre inuicem ſe hortabantur mori fortiter, dicentes: Dominus Deus aſpiciet ueritatem, & conſolabitur in nobis, quemadmodum in proteſtatione cantici declarauit Moyſes. † Et in ſeruis ſuis conſolabitur. Mortuo itaque illo primo hoc modo ſequentem deducebant ad illudendum, & cute capitis eius cum capillis abſtracta, interrogabant ſi mãducaret priuſquam toto corpore per membra ſingula puniretur. At ille reſpondens patria voce dixit: Non faciam. propter quod & iſte ſequenti loco primi tormenta ſuſcepit, & in vltimo ſpiritu conſtitutus ſic ait: Tu quidem ſceleſtiſsime in præſenti uita nos perdis, ſed rex mundi defunƈtos nos pro ſuis legibus in æternæ vitæ reſurrectione ſuſcitabit. Poſt hunc tertius illuditur, & linguam poſtulatus cito protulit, & manus conſtanter extendit, & cum fiducia ait: E cœlo iſta poſſideo: ſed propter Dei leges nunc hæc ipſa deſpicio, quoniam ab ipſo me ea recepturum ſpero: ita ut rex & qui cum ipſo erant mirarentur adoleſcentis animum, q tanquam nihilum duceret cruciatus. Et hoc ita defunƈto, quartum uexabant, ſimiliter torquentes. Et cùm iam eſſet ad mortem ſic ait: Potius eſt ab hominibus morti datos ſpem expeƈtare a Deo iterum ab ipſo reſuſci-

C

D

NIC. DE LYRA. CA. VII.

Onti. au. Poſtq deſcripta eſt cõpulſio ad Gẽtilitatẽ in regis abſentia, vt patet ex dictis, hic cõſequẽter fit idem in eius pſentia, ut ex ſequẽtib. apparebit, & primo fit hoc in generali. ſcdo in ſpẽali, ibi: Vnus aũt. Circa primũ d citur: Cõt. hoc nõ videtur cõtigiſſe in Ieruſalẽ vel Iudæa: qa rex Antiochus nõ legitur ibi rediſſe, poſtq idem receſſerat facta ſtrage populi & ſpoliatione tẽpli, ut hẽtur ſup. v. ca. p p qđ videtur hoc cõtigiſſe i Antiochia ſeu aliqua alia ciuitate notabili, ad quam venerat edictũm regis de compulſione Iudæorum ibidem habitantium ad ritum Gentilium, ut habetur, cap. præceden.

b Fla. Flagrũ flagri eſt ſummitas virgularũ adinuicẽ ligatarũ, q facit ſtrepitum percutiẽdo, & pruritũ p calefactionis modũ. Taurea taurig, ẽ flagellũ de coreo tauri factũ.

c Vnus. Hic conſequẽter ponitur compulſio in ſpeciali: & primo ponitur afflictio fratris primogeniti: qui p ſe et aliis dixit.

d Parati. i. leges a Deo datas patribus noſtris in monte Sinai.

e Iuſſi. propter veritatis confeſſionem.

f Iuſſit. i. adhiberi ſeu apponi.

g Quemad. Deuter. xxxij.

h Et in. Hic conſequenter ponitur afflictio ſecundi: & patet litera uſq; ibi: Prima. i. ſcdm doctrinam ſanctorum patrum.

i Tu q. i. eſt i ſumo gradu ſceleris exiſtẽs.

k Poſt. hic ponitur tormentatio tertij.

l Et lin. nõ abhorrens eius præciſionẽ pp diuinæ legis obſeruantiam. cætera patent.

m Et hoc ita defunƈto. Hic ponitur uexatio quarti: & patet uſq; ibi:

¶ Tibi enim

MORALITER.

a Cõti. Per ſeptenariũ numerũ uniuerſitas figurat, eo q vij. dieb. reuoluitorũ tpſ: & iõ p iſtos. vij. frẽs q erãt duriſsime cruciati p lege Moſaica, figurata fuit uniuerſitas martyrũ p lege Xpiana, ppq eorũ martyrium in eccĩia celebrat: p mẽm ãt ipſorũ q ſingulos hortabat, ut cruciati p lege fortit tolerarẽt, ſignatur ſctã mẽ eccĩa, q ſilios ſuos hortat ubiq; p lege Xpi & iuſtitia cõſtãter grauia ſuſtinere: p hoc ãt, q ipſa et paſſa ẽ ſignat, q eccĩa pati ẽ filiis ſuis, ſicut et Chs eorũ pater pati dẽ in iſtis.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

traxit odio.ſ.certo. Nã cũ uiri caput Chriſtus eſt, & caput Xp̃i Deus, qui caput laniabat in martyre, Deũ & Chiſtum perſequebat̃ in capite. At ille in martyrio ſuo, & reſurrectionis ſibi p̃miũ de Dei remuneratiõe ꝓmittẽs, exclamauit & dixit: Tu qui dẽ impotẽs ex hac p̃ſti uita nos perdis, ſed mũdi rex defunctos nos pro ſuis legibus in æternæ uitæ reſurrectione reſuſcitabit. Tertius linguam poſtulatus cito protulit. Nam pęnã linguæ execãdæ iã didicerat a fratre ſuo cõtẽnere: manus quoq; amputãdas cõſtãter oſtendit. Multũ beatus gñe iſto ſuplicij, cui contigit extẽſis ad pęnã manibus paſſionis dñicæ inſtar imitari. Nec non & quartus pari uirtute tormẽta cõtẽnens ad retundendũ regẽ celeſti uoce rñdens exclamauit & dixit: Poti⁹ eſt ab hominibus morti datos expectare ſpẽ a Deo iterũ ab eo reſuſcitãdos, tibi. n. reſurectio ad uitã nõ erit. Quintus p̃ter q̃ carnificinã rabiẽ & duros uarioſq; cruciat⁹ fidei vigore calcabat, ad preſcientiã quoq; & notitiã futurorũ ſpũ diuinitus armatus uel aĩatus, prophetauit regi indignationẽ Dei & ultionem velociter ſecuturã.

a *Ptãtem*(inquit)*inter ho.ha.cũ ſis cor. fa. quod uis. Noli aũt pu.ge.no. a Deo eſſe der.ſu. & ui.ma.po.eius qu.te & ſe.tuum.* Quale illud leuamẽtũ martyrij fuit, q̃ magnũ q̃ grãde ſolatiũ, in cruciatibus ſuis non tormẽta ꝓpria cogitare: ſed tortoris ſui ſupplicia p̃dicare? In ſexto uero non uirtus ſola, ſed & humilitas prædicanda eſt, nihil ſibi martyrẽ uẽdicaſſe: ſed confeſſionis ſuæ honorẽ ſuperbis uocibus ventilaſſe, pc̃tis potius ſuis adſcripſiſſe, ꝙ perſecutionem a rege pateret̃: Deo uero dediſſe, quod poſtmodum uindicaretur. Docuit eſſe martyes verecundos, de ultione fidere & nihil in paſſione iactare.

b *Noli*(inquit)*fruſtra ex. nos enim propter noſ. hæc pa. pec. in Deum no. tu aũt ne te exi. tibi im f.* Aggreſſus pugnare cũ Deo. Admirabilis quoq; mater, quæ nec ſexus infirmitate fracta, nec multiplici orbitate cõmota, moriẽtes liberos ſpectabat libẽter, nec pęnas illic pignorũ: ſed glorias cõputauit tã grãde martyriũ Deo p̃bens uirtute oculorũ ſuorũ, q̃ prębuerũt filij eius tormẽtis & paſſione mẽbrorũ. Cũ ſex occiſis & punitis ſupereſſet un⁹ ex fratribus, cui rex diuitias & potẽtatus & multa pollicebat̃, ut crudelitas eius ac feritas uel vnius ſubiecti ſolatio foueret̃, & peteret ut ad filiũ deijciendum ſecũ deprecaret̃ & mater, deprecata eſt filium, ſed ut decebat martyrum matrẽ, vt decebat legis & Dei memorẽ, vt decebat filios ſuos non delicate, ſed fortiter diligẽtem. Deprecata eſt. n. ſed ut dñm cõfiteretur, deprecata eſt ne a fratribus ſuis, & frater in cõſortio laudis & gloriæ

## NIC. DE LYRA.

¶ a Tibi eñ re. ad vi. non erit. *Licet. n. omnes in fine mundi reſurgãt immortales, quia tunc ceſſabit generatio & coruptio, tamen ſoli boni reſurgent ad uitam immortalem, quæ erit per gloriam animæ redundantem ad corpus per dotem impaſſibilitatis. Corpora vero malorum erunt immortalia, vt ſemper crucientur igne gehennæ, ut habetur Matth. xxv. quæ eſt mors ſecunda, Apoca. xx.*

Et cum

tãdos. Tibi enim reſurrectio ad uitam non erit. Et cum admouiſſent quintũ uexabant eum. At ille reſpiciens in eũ dixit: Poteſtatem inter homines habẽs cum ſis corruptibilis, facis, quod uis. Noli aũt putare genus noſtrũ a Deo eſſe derelictum. Tu aũt patiẽter ſuſtine, & uidebis magnã ptãtem ipſius, qualiter te & ſemen tuũ torquebit. Poſt hũc ſextum ducebant̃, & is mori incipiens ſic ait. Noli fruſtra errare. Nos enim propter noſmetipſos hoc patimur peccantes in Deum noſtrum, & digna admiratione facta ſunt in nobis. Tu autẽ ne exiſtimes tibi impune futurum, ꝙ contra Deum pugnare tẽtaueris. Supra modum autem mater mirabilis & bonorũ memoria digna, quæ pereũtes ſeptẽ filios ſub vnius diei tpe cõſpiciens, bono aĩo ferebat: propter ſpem quã in Deo habebat: ſingulos illorũ hortabatur uoce patria fortiter repleta ſapientia, & fęmineæ cogitationi maſculinũ animũ inſerẽs dixit ad eos: Neſcio qualiter in utero meo apparuiſtis. Neque enim ego ſpũm & aĩam donaui vobis & uitã, & ſingulorum mẽbra non ego ipſa cõpegi. Sed enim mundi creator q̃ formauit hoĩs natiuitatẽ, quiq; † oĩm inuenit originẽ, & ſpiritum uobis iterum cum miſericordia reddet & uitã: ſicut nunc uoſmetipſos deſpicitis propter leges eius. Antiochus autẽ cõtẽni ſe arbitratus, ſimul & exprobrãtis uoce deſpecta, cum adhuc adoleſcentior ſupereſſet: nõ ſolũ verbis hortabatur, ſed & cum iuramento affirmabat diuitem ſe & beatum facturum: & tranſlatum a patrijs legibus amicũ habiturũ, & res neceſſarias ei p̃biturum. Sed ad hęc cum adoleſcẽs nequaq̃ inclinaret̃, vocauit rex matrẽ, et ſuadebat ei vt adoleſcenti fieret in ſalutem. Cũ aũt multis eam verbis eſſet hortatus: promiſit ſe ſuaſuram filio ſuo. Itaq; inclinata ad illum irridens crudelem tyrãnum, ait patria voce: Fili mi, miſerere mei, q̃ tę ĩ vtero nouẽ mẽſib⁹ portaui, & lac triẽnio dedi, et alui, et in ętatẽ iſtã pduxi. Peto † nate, vt aſpicias ad cęlũ & terrã & ad omnia, q̃ in eis ſunt: & intelligas. quia ex nihilo fecit illa Deus & hoĩum gen⁹: ita fiet ut nõ timeas carnificẽ iſtũ: ſed dign⁹ fratrib⁹ tuis effect⁹ particeps ſuſcipe mortẽ, ut in illa miſeratiõe cũ fratribus tuis te recipiã. Cũ hęc illa adhuc diceret, ait adoleſcens: Quem ſuſtinetis? Non obedio præcepto regis, ſed præcepto legis, quæ data eſt nobis per Moyſen. Tu vero qui inuentor omnis

b. Et cum ad. *Hic ponitur tormentatio quinti, cum dicitur* &c. Et cum *.i. applicaſſent quintum.*
c Vexabãt. *ſimili modo ſicut pręcedentes.*
d Facis quod *.uoluntate nequiſſima.*
e Noli au. *eo ꝙ permittit nos a te cruciari, q̃a hoc facit ad augmentũ meriti noſtri.*
f Patienter *.i. modicum expecta, ita ꝙ li patienter non eſt hic nota uirtutis, ſed breuitatis uitæ temporalis. Ideo ſubditur:*
g Et ui. *cito.*
h Magnam *cui non poteſt reſiſti.*
i Qualiter &. *id eſt imitatores tuos.*
k Torquebit *.æternaliter in gehenna.*
l Poſt. *Hic conſequenter ponitur uexatio ſexti. & patet vſq; ibi:*
m Nos enim. *licet. n. ſancti eſſent & innocentes, tamen confitẽtur ſe pati pp peccata, imputãtes ſibi aliorũ delicta, eo ꝙ eſſẽt de eod. populo. et ſimiliter facit Da. ix.*
n Tu au. *eius cultum auferendo, & eius populum crudeliter occidendo.*
o Supra. *Hæc eſt pars ſeptima qua ĩterponitur matris conſtantia, cum dicitur:* Sup. *Nam antea non legitur fuiſſe aliqua tantæ conſtantiæ.*
p Quæ peũ. *quãtũ ad uitã præſentẽ, ſed ſaluatos quantum ad futurã. ideo ſubditur:*
q Bono. *ſ. alterius uitæ.*
r Singulo. *i ſanctorum patrum doctrinæ conſona. ideo ſubditur:*
ſ Repleta. *ſanctorum patrum.*
t Et fę. *quæ eſt de mollicie & remiſſione.*
u Maſcu. *Qui tẽdit ad ardua et difficilia.*
x Dixit ad. *ex magno feruore.*
y Neſcio qua. *tũc. n. apparet puer eſſe in vtero matris, quando incipit ſe mouere: motus aũt & ſenſus ſunt ab anima, quæ eſt in puero per infuſionẽ. modus autem infuſionis eſt ſoli Deo cognitus. ideo ſubditur.*
z Nec; enim. *i. animam intellectiuam, quæ eſt ſpiritalis naturæ.*
a Et animam *.i. potentiam quæ eſt ipſius coniuncti.*
b Et uitam. *i. operationes uitæ.*
c Singulorũ. *quia uirtus formatiua nõ eſt a matre, ſed à patre: & illa etiã nihil agit niſi in uirtute primæ cauſæ. Ideo ſubditur:*
d Sed enim. *& patet ex dictis vſq; ibi:*
e Sicut nunc. *quantum ad uitam corporalem.*
f Antiochus. *Hæc eſt octaua pars, in qua ponitur martyrium ſeptimi: præmittitur tamen eius perſuaſio, ſecundo ponitur eius uexatio, ibi. Cũ hæc illa. Circa primũ primo ponitur perſuaſio a rege, cũ dicitur:* Antiochus. *p dictos filios, q dicebãt eum ſceleſtum, & incendio gehennæ reſeruatum.*
g Simul &c. *quia uocem dictorum fratrũ reputabat deſpectam, ſicut perſonas eorũ deſpicabiles reputabat, & ſic duplici ratione reputabat ſe contemptum. ſ. ratione uerborum, & perſonarum deſpicabilium.*
h Cum &c. *vt ſaltem illum ſuperaret.*
i Non ſolum. *Et patet litera vſq; ibi:*
k Cum autẽ. *Hic ponitur perſuaſio iuuenis a matre, quę promiſit ſuaſuram ſe filio ſuo: & verum dixit, quia promiſſio abſoluta ſicut eſt iſta, intelligenda eſt de bono. Ideo ſubditur:*
l Irridens &c. *Quia perſuaſio ſua erat ad uirtutis bonum. & patet litera uſq; ibi:*
m Sed di. *i. eorum conſortio per palmam martyrij.*
n Vt in il. *quę fiet sãctis in reſurrectione.*
o Cum fratribus. *ad augmentum gloriæ ueſtræ & meæ.*
p Cum hæc illa &c. *Hic conſequenter ponitur eius uexatio, cum dicitur:* Cum illã adhuc &c. *Ex magno feruore non expectauit finem uerborum matris completæ.*
q Quem ſuſtinetis. *id eſt differtis uexare ſub ſpe uana, quòd debeam regi obedire.*

¶ Nos enim

† hominũ



& gloriæ ſeparet̃: tũc ſe ſeptẽ filiorũ cõputãs matrẽ, ſi ſibi cõtingeret filios ſeptẽ Deo peperiſſe potius, nõ ſeculo: Armãs itaq; eũ & corroborãs, & fœliciori partu filiũ generans: Fili ingt miſerere mei, q̃ in utero te nouẽ mẽſibus portaui, & lac triennio dedi & alui, & ad ętatẽ iſtã ꝓduxi. Oro fili vt aſpicias in cęlũ & in terrã, & oĩb. q̃ in eis ſunt aſpectis intelligas: q̃a ex nihilo fecit illa Deus, & hoĩm genus ita fecit. Ne timeas carnificẽ iſtũ: ſed dignus fratrib. tuis effectus ſuſcipias mortẽ, vt in illa miſeratione cum fratribus tuis te recipiã. Magna laus eſt matris in exhortatione virtutis, ſed maior in Dei timore, & in fidei veritate, ꝙ nihil ſibi aut filio de ſex martyrum honore pmiſit, nec fratrũ p̃cẽ ꝓfuturã credidit abneganti ad ſalutem, pſuaſit potius paſſionis pticipẽ fieri, ut in iudicij die poſſit cũ fratribus inueniri. Poſt hæc ãt cũ liberis ſuis cõmoritur & mater. Neq; eñ aliud jam licebat, q̃ ut quæ martyres peperat & fecerat, vt conſortio illis gloriæ iungeretur, & quos ad Deum præmiſerat, ipſa quoque ſequeretur.

malitiæ fact⁹ es in Hebræos, nõ effugies manũ Dei. Nos eñ pro peccatis noſtris hæc patimur. Et ſi nobis propter ĩcrepationẽ & correptionẽ dñs Deus nr̃ modicũ iratus eſt, ſed iterũ recõciliabitur ſeruis ſuis. Tu ãt o ſceleſte et oĩm hoĩm flagicioſiſsime, noli fruſtra extolli uanis ſpeb⁹ in ſeruos eius inflãmatus. Nõdũ eñ oĩpotẽtis Dei & oĩa inſpiciẽtis iudicium effugiſti. Nam fratres mei modico nũc dolore ſuſtẽtato ſub teſtõ ęternę uitę effecti ſũt: tu uero iudicio dei iuſtas ſupbię tuæ pęnas exolues. Ego ãt ſicut & fratres mei aĩam & corpus meũ trado ꝓ patrijs legibus, inuocãs Deũ maturius gẽti noſtrę ꝓpitiũ fieri, teq; cũ tormẽtis & uerberib⁹ cõfiteri, ꝙ ipſe eſt ſolus Deus. In me uero & in fratribus meis deſinet omnipotentis ira, q̃ ſup omne genus noſtrũ iuſte ſupducta eſt. Tũc rex accẽſus ira, in hũc ſup omnes crudelius deſęuit, indigne ferẽs ſe deriſum. Et hic itaq; mũdus obijt, p omnia in dño cõfidens. Nouiſsime aũt poſt filios & mater cõſumpta eſt. Igitur de ſacrificijs & de nimiis crudelitatibus ſatis dictum eſt.

¶ a Nos enim pro peccatis noſt. &c. *ex-ponitur ſicut ſupra de ſexto fratre.*
b Do. de. no. mo. eſt ira. *Nam omnis pęna in præſenti modica eſt reſpectu futuræ.*
c Noli fruſt. ex ol. &c. *Sic habent libri correcti, q. d. non pertinges ad illud quod ſperas Dei iudicio impeditus.*
d Nã fr. mei &c. m. *reſpectu doloris futuri.*
e Sub teſta. *i. promiſſione firma.*
f Aeternæ uitæ eff. ſunt. *quam ſine dubio conſequenter.*
g Inuo. Deum ma. *id cũ pondere affectus.*
h Teq; cũ tor &c. *In hoc videtur propheticè loqui quia ſic fuit impletum de futuro, vt patet infra. ix. ca. Cætera patent.*

## GLOS. ORDIN. CAP. VIII.

IVdas uero Ma. Ea q̃ de Matathia p̃re Machabæi & fratrũ ei⁹ prioris libri narrat hiſtoria, ſcriptor p̃ntis libri breuitati ſtudẽdo omittẽs, ad Iudæ actum & p̃lia narrãda ſe contulit, aliqua de eis narrans, ſed plurima more ſuo omittẽs. Sed q̃a iã allegoriã ipſius ſupra plurima ex pte expoſuimus, qđ ſemel dictũ eſt, nõ neceſſe credimus iterari. Si qs ẽt q̃ſierit q̃d ſex milia virorũ qui Iudæ in principio aſſociati ſunt ſignificent: Agnoſcat p ſenarij & millenarij numeri pfectionẽ, militũ Chriſti in fide & ſinceritate pfectã deſignari deuotionẽ. Vñ in actibus apłorũ de primitiua eccleſia in Iudæis ſcriptũ eſt: Multitudinis ãt credentiũ erat cor unum & aĩa una. Nec q̃ſquã eorũ q̃ poſſidebat aliq̃d eſſe ſuum dicebat, ſed erãt illis oĩa cõia, & uirtute magna reddebãt apłi teſtimoniũ reſurrectiõis dñi nr̃i Ieſu Chriſti. & gr̃a magna erat in oĩb. illis.

*Act. 4. f*

b *Vidẽs ãt Phi.* In priori libro ſcriptũ eſt, ꝙ Antiochus ꝓfecturus in Perſidẽ reliq̃rit intra regnũ Lyſiã hoĩem nobilẽ de genere regali ſup negocia regia, & vt nutriret Antiochũ filium ſuum, & ꝙ ipſe Lyſias elegerit Ptolemęũ filium Dorimi, & Nicanorẽ & Gorgiã uiros potẽtes ex amicis regis, & miſerit eos cũ quadraginta milib⁹ uirorũ, ut diſpderẽt Iudęos ſm uerbũ regis. Nunc ãt hic referi, ꝙ Philippus ſcripſerit ad Ptolemæũ ducẽ, ut auxilium ferret regijs negocijs, ipſeq; miſerit ad hoc Nicanorẽ, datis ei uiginti milibus armatorum, adiuncto ei & Gorgia uiro militari. Hunc. n. Philippum memoratus rex Antiochus reuertẽs de Perſide in Babylonẽ. prępoſuit ſup uniuerſum regnum ſuum, & dedit ei diadema & ſtolam ſuã & anulum, ut educaret Antiochum filium ſuum, & nutriret eũ & regnaret. Quẽ p̃dictus Lyſias ſimul cum Antiocho iuniore reuertens Antiochiã & inueniens dominantem ciuitati expugnauit. Vñ quærit̃, q̃uo dicatur Philippus ordinare per Ptolemæum tranſitum Nicanoris & Gorgiæ ad Iudæam, cum prior hiſtoria narret morante Antiocho ſeniore in Perſide, & eundem Gorgiam ducem, ſimul & Lyſiam ordinatorem ſuum a Iudæis eſſe ſuperatos, atq; fugatos, & hæc innotuiſſe Antiocho reuertenti, ipſumque ob hoc incidiſſe in languorem præ triſtitia, quia

*1. Mac. 3. d* — *Quæſtio*

non eſt

## CAP. VIII.

IVdas uero Machabę⁹, & qui cum illo erant, introibant latẽter in caſtella, & conuocantes cognatos & amicos, & eos qui permanſerant in Iudaiſmo, aſſumẽtes, adduxerunt ad ſe ſex milia uiros. Et inuocabãt dñm, ut reſpiceret in populũ, q̃ ab oĩb. calcabatur, & miſereretur tẽplo quod contaminabatur ab impijs. Miſereretur ẽt exterminio ciuitatis, quæ eſſet illico cõplanãda, & uocẽ ſanguinis ad ſe clamãtis audiret: memoraretur quoq; iniq̃ſſimas mortes innocẽtũ paruulorũ, & blaſphemias nomini ſuo illatas, & indignaretur ſuper his. At Machabæus congregata multitudine intolerabilis gẽtibus efficiebatur. Ira eñ dñi in miſericordiã cõuerſa eſt. Et ſuperueniens caſtellis & ciuitatibus improuiſus ſuccendebat eas: & oportuna loca occupans non paucas hoſtium ſtrages dabat: maxime autem noctibus ad huiuſcemodi excurſus ferebatur: & fama uirtutis eius ubiq; diffundebatur. Videns autem Philippus paulatim uirũ ad profectum uenire, ac frequentius res ei cedere proſpere: ad Ptolemæũ

## NIC. DE LYRA. CAP. VIII.

IVdas uero &c. *Deſcripta Iudæorum tribulatione per regem Antiochum, hic conſequenter deſcribitur liberatio eorum per Iudam Machabæum, circa primum primo ponitur liberatio populi. ſecundo, purgatio templi. x. capit. Prin a in duas. Quia primo ponitur liberatio populi a regis ducibus, ſecundo, a perſona eius ſequenti capit. Prima adhuc in duas, quia primo ponitur Iudæ proprratio ſecundo, principum Antiochi debellatio, ibi: Videns autem Philippus. Circa primum dicitur.*

*Diuiſio*

a Iudas ue. Ma. &c. *ab aduerſarijs occupata. Non enim habebant tantum populum, quòd poſſent patenter committere bellum.*
b Et con. cogn. *de quibus magis confidebant, & qui ad hoc erant magis periti.*
c Et eos qui permanſerant &c. *nam ad pugnandum pro lege erant uoluntarij.*
d Et inuocabant dominum &c. *ſine cuius auxilio non poterant reſiſtere tanto aduerſariorum numero: Allegantes ad hoc rationes ex parte populi conculcati, & templi contaminati, & ciuitatis electæ ad cultũ Dei, & ſanguinis innocẽtis effuſi, & noĩs ſui blaſphemati: & patet litera uſque ibi.*
e Intolerabilis gen. *quia non poterant ipſius impetus ſuſtinere, & ſubditur cauſa cum dicitur.*
f Ira enim domini in, &c. *& ſic habebant auxilium Dei.*
g *Et ſu. ca. i. ab aduerſarijs qui non prouiderant ſibi contra aduentum ipſius.*
h Maxime autem. *quia tunc hoſtes minus poterant ſibi prouidere.*
i Videns au. *Hic conſequenter deſcribitur principum regis debellatio: et primo ponitur* ¶ *belli appa.*

*Diuiſio*

## MORALITER.

✱ a *Iudas uer. & qui cum illo e. &c.* Sequitur: *Adduxerunt ad ſe ſex mili.* Senarius eſt numerus perfectus, nam reſultat ex ſuis partibus, vnum enim duo & tria faciunt ſex, ſimiliter millenarius eſt numerus perfectus, quia reſultat ex ductu centenarijs per denarium qui eſt limes numerorum, ideo per iſtos ſignificatur perfectio apoſtolorum & aliorum doctorum Eccleſiæ primitiuæ, qui deuotiſſime præcibus ſignis & uirtutib. pugnantes contra infidelitatem Gentium & Iudæorum: & ita proſpere cõtigit eis, ꝙ in breui tempore per orbem publicauerunt fidem Chriſtianam. nam uiuentibus apoſtolis hoc fuit impletum, ſicut diffuſius declaraui ſuper illud Pſal. xviij. a. In omnem terram exiuit ſonus eorum &c.

✱ Conſtituit

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

non eſt factũ de Iudeis ſicut cogitabat. Hoc (niſi fallor) haud aliter ſoluitur, niſi vt Philippus commẽdato ſibi imperio hoc idẽ ſtatutum reſcripſit ducibus Syriæ faciẽdum quod Lyſias antea iã facere moliendo incipiebat ſed non perficiebat. Nec ẽt ita vt diſpoſuit ipſe per ſuã miſſionẽ in Iudæis efficere valebat, vt ſequẽs hiſtoria demõſtrat.

a *Conſti.tu.au. &c.* Hoc in ſuperiori libro breuiter cõmemoratũ eſt. Tñ ꝙ mercatores conuenerũt cũ auro & argento, vt coemerẽt filios Iſrael ſibi in ſeruos. hic aũt manifeſtius narrañ, ꝙ ab Nicanore, q regi ꝓmiſit de Mãcipijs Iudæorum ſupplere tributũ Romanis dãdũ, inuitati ſunt ipſi mercatores ad coemptionẽ Iudaicorum mãcipiorum.

b *Iud.ãt.* De iſto Nicanoris aduentu in Iudeã q ſub Antiocho factus eſt, prior liber mãifeſte nõ dicit: tñ narrãs ꝑ Lyſiã eũ electũ eſſe ſimul cum Ptolemęo & Gorgia viris potẽtibus adiuncta ſimul comitũ turba, vt inuaderẽt & diſperderẽt Iudæam. Sub Demetrio aũt eũ eſſe illuc miſſum aſſerit, & ꝑ dolũ velle cape Iudã atq; inuadere Iudęã, ſed non ꝑualere. Qđ aũt ipſe Nicanor hypocritarũ, q oĩa ficte faciunt, typũ teneat, iã ſupius dictũ eſt. Sed Iudas cũ ſeptẽ milibus cõtra Nicanorẽ & ſocios eius cõfligit ac vicit, qa ꝑ ſeptiformis grãm ſpũs ppłs eccleſiæ cũ rectoribus ſuis uincit hoſtes vniuerſos: nec de eo unq̃ victoriã capit Iudęus, ſiue Paganus, ſeu hæreticus, vel ſchiſmaticus, ſiue vllus hypocritarum aut nequam: imo ipſe cum rege ſuo vincente trophæũ gloriæ poſſidebit in æternum.

*Et cum*

ducem Cœleſſyriæ & Phœnicis ſcripſit, ut auxilium ferret regijs negocijs. At ille uelociter miſit Nicanorem Patrocli de primoribus amicum datis ei de permixtis gentibus armatis, non minus uiginti milibus, ut vniuerſum Iudæorum genus deleret, adiuncto ei & Gorgia uiro militari & in bellicis rebus experientiſſimo. Conſtituit autem Nicanor regi, vt tributum quod Romanis erat dandum duo milia talentorum de captiuitate Iudæorum ſuppleret. Statimque ad maritimas ciuitates miſit conuocans ad coemptionem Iudaicorum mancipiorum promittens ſe nonaginta mancipia talento diſtracturum: non reſpiciens ad uindictam quæ eum ab omnipotente eſſet conſecutura. Iudas autem ubi comperit, indicauit his qui ſecum erant Iudæis Nicanoris aduentum. Ex quibus quidam formidantes, & non credentes Dei iuſtitiæ in fugam uertebantur. Alij uero ſi qui de his ſupererant, ueniebant ſimulq; dominum deprecabantur, ut eriperet eos ab impio Nicanore, qui eos priuſquam cominus ueniret uendiderat. Et ſi non propter eos, propter teſtamentum tamen quod erat ad patres eorum, & propter inuocationem ſancti & magnifici nominis eius ſuper ipſos. Conuocatis autem Machabęus ſeptem milibus qui cum ipſo erant, rogabat ne hoſtibus reconciliarentur, neq; metuerent inique uenientium aduerſum ſe multitudinem hoſtium: ſed fortiter contenderent, ante oculos habentes contumeliam quæ in loco ſancto ab his iniuſte eſſet illata. Itemque & ludibrio habitæ ciuitatis iniuriam, adhuc etiam ueterum inſtituta conuulſa. Nam illi quidem armis confidunt, ait, ſimul & audacia, nos autem in omnipotente domino, qui poteſt & uenientes aduerſum nos, & uniuerſum mundum delere uno nutu confidimus. Admonuit autem eos, & de auxilijs

F **NIC. DE LYRA.**

¶ *belli apparatus. ſecũdo, conflictus ibi: Ad hoc etiam. Prima in duas. Quia primo deſcribitur apparatus ex parte Gentilium, ſecundo ex parte Iudæorum, ibi: Iudas autem. Circa primum dicitur:* Vidẽs au. *quem. ſ. rex Antiochus reliquerat Ieroſolimis ad affligẽdũ populum Iudæorũ, vt habetur ſupra. v. ca. Et dicunt aliqui ꝙ iſte eſt Philippus ille de quo dicitur in fine cap. ſeq. ꝙ transferebat corpus Antiochi defuncti. Sed hoc non videtur verum primo, quia iſte erat in Ieruſalem alius autem in Perſide cum Antiocho rege quando fuit iſtud bellum. Secundo quia iſte fuit Phryges genere, ut habetur ſupra. v. ca. alius uero regis collactaneus, vt habetur in fi. cap. ſeq. Cætera patent vſque ibi.*

a Miſit Ni. *ſ. filij.*

b De prim. ami. *ſic habent libri correcti. Erat enim de principalibus amicis ſuis.*

c Datis ei de per. *Erant enim collecti de diuerſis locis & ciuitatibus.*

d Conſt. au. *i. firmiter promiſit.*

e Nica. re. *i. locum regis in hoc tenenti, nam rex erat in Perſide. vt dictum eſt.*

f Vt tribut. *Erat enim rex Antiochus tunc tributarius Romanorum.*

g De captiuita. Iud. ſup. *i. de precio Iudæorum, quos in ſeruos & ancillas uenderet. Ideo ſubditur.*

h Statimque ad mari &c. *ſup. 1. li. iij. ca. non dicitur, quòd miſerit, tamen datur intelligi per hoc quod dicitur:* Et audierunt merca. &c.

i Nonaginta man. ta. *ſ. uno.*

k Diſtractu. *Dicitur autem Mancipium quaſi manu captum, quia per bellum capiebantur, & in ſeruos vendebantur, ſeu redigebantur.*

l Iudas au. *Hic conſequenter deſcribitur apparatus belli ex parte Iudęorum: & primo ponitur aliquorum puſillanimitas, cum dicitur.*

m Ex quibus qui. formi. *magnitudinem & fortitudinem exercitus venientis cum Nicanore.*

n Et non cre. Dei iuſti. *id eſt minus debito confidentes de auxilio diuino: & ſic non credebant diuinæ iuſtitiæ, quia non credebant quòd Deus faceret iuſtitiam id eſt uindictam de aduerſarijs eorum.*

G

o In fugam vertebantur. *ſubtrahentes ſe occulte de ſocietate Iudæ.*

p Alij uero. *Hic conſequenter ponitur aliorum animoſitas, & primo in generali: ſecundo, ipſius Iudæ in ſpeciali ibi. Conuocatis autem. Circa primum dicitur.* Alij uero &c. *accipitur hic ſi pro quia, quia cum Iuda remãſerunt ſeptẽ milia, ut habetur infra.*

q Veniebant &c. *cum Iuda ad pugnandum.*

r Simulque do. dep. *magis initentes diuinæ protectioni quam ſuæ uirtuti.*

ſ Qui eos pri. co. ue. *i. priuſquam ad bellandum appropinquaret.*

t Vendide. *vt prædictum eſt.*

u Et ſi non pro. *i. propter eorum merita eriperet eos a Nicanore: ſaltem hoc faceret.*

x Propter te. *i. propter promiſſionem factam a Deo patribus ſanctis de conſeruatione ſeminis eorũ. Vel aliter:* Propter teſta. *i. propter legem datam patribus quam uolebat deſtruere totaliter Antiochus, ut patet ex ſupradictis. & ſimiliter volebant hæc facere duces eius.*

y Et propter inuocat. *quia dicebantur præ gentibus cęteris Dei populus.*

z Conuoca. au. *Hic conſequenter ponitur animoſitas Iudæ in ſpeciali, & primo ſuos animando. ſecundo, exercitum ordinãdo ibi: Conſtituit itaq;. Prima in duas, qa primo Iudas ſuos animat rationibus, ſecundo exemplis, ibi: Admonuit autem. Circa primum dicitur,* Conuocatis au. Ma. *vt exiſtentes prope eum magis intelligerent eius uerba.*

a Septem mil. *1. Mach. iiij. dicitur ꝙ fuerunt tantum tria milia. dicendum, ꝙ ibi loquitur de ſufficienter armatis, vnde ibidem ſubditur, quia tegumenta & gladios non habebant. ſ. ad armandum plures ſufficienter. ſed multi ex magno deſiderio moti ad pugnandum pro patria & lege Dei fuerũt ibi quaſi inermes, & maxime, quia dixerat Iudas melius eſſe mori quam videre mala gentis & ſanctorum, & ſic in vniuerſo fuerũt ſeptẽ milia, vt dicitur. Et primo allegat rationẽ ſumptã ex parte aduerſariorum, cum dicitur.*

H

b Rogabat ne hoſti. recon. *reddendo ſe eis ſub aliquibus conditionibus.*

c Neque metu. *q. d. in ſuis iniquitatibus capientur. ſecundo adducitur ratio ex parte Dei, cum dicitur.*

d Sed fortiter contende. *dimicando.*

e An. oc. *Mentis.*

f Haben. *vnde ſup. 1. lib. iij. ca. vbi tangitur iſta materia dixit Iudas: Melius eſt nobis mori in bello, quam uidere mala gentis noſtræ & ſanctorum.*

g Itemque & ludibrio habitæ ciui. *ſ. Ieruſalem ad Dei cultum electæ.*

h Adhuc ẽt ve. &c. *Habebant. n. Iudæi aliquas ordinationes extra legem Moyſi factas a ſenioribus propter bonum regimen populi. Tertio ponitur ratio ex parte auxilij, cum dicitur.*

i Nam illi quidem ar. con. *i. tantum in virtute humana quæ eſt deiectiua.*

k Nos autem omnipo. do. *cuius virtus eſt firmitas infinita.*

l Admo. au. *Hic conſequenter Iudas ſuos animat exemplis cum dicitur:* Admonuit autem eos. *in exitu Iſrael de Aegypto, Exo. xiiij. capit.*

¶ Et quòd

**MORALITER.**

✻ d *Conſtituit autem Nicanor regi &c.* Iſte qui Iudæos uendidit antequam eos cepiſſet reputãs ante bellum eos quaſi captos, ſignificat quẽlibet vltra modũ de ſua potẽtia præſumentẽ: qui victorẽ ſe reputat ante belli congreſſum: cui bene dr illud. iij. Regũ. xx. b. Non glorieť accinctus. ſ. armis pugnaturus, æquè ut diſcinctus. ſ. depoſitis armis poſt uictoriam. Et quia ſicut dicit beatus Iaco. iiij. b. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autẽ dat gratiam. Frequenter autem contingit, ꝙ tales præſumptores, a paucis de Deo & non de ſe confidentibus debellantur, ſicut contigit in propoſito.



A *Et cum epinichia.* Pro epinichijs legi in alia editione dies victorię. Superatis ergo hoſtibus Iudas feſtum celebrat, quia cum ſanctus quilibet per gratiã Chriſti de hoſte antiquo triumphat, gaudio ſpiritali repletus laudes condignas canere, ac grates multiplices autori ſuo debet referre: nec decet fieri ingratum, qui ſe meminit diuina ope eſſe adiutum.

Dei quę facta ſunt erga parentes, & ꝙ ſub Sẽnacherib centũ octoginta quinq; milia perierũt, & de prælio quod eis aduerſus Galathas fuit in Babylonia, ut oẽs ubi ad rem uẽtũ eſt Macedonibus ſocijs hæſitantibus, ipſi ſex milia ſoli peremerũt centũ uiginti milia propter auxiliũ illis datũ de cælo, & beneficia pro his plurima cõſecuti ſunt. His uerbis cõſtãtes effecti ſunt, & pro legibus & patria mori parati. Cõſtituit itaq; fratres ſuos duces utriq; ordini; Simonẽ, & Ioſephũ, & Ionathã, ſubiectis unicuiq; millenis, & quingẽtenis, ad hoc etiã ab Eſdra lecto illis ſancto libro, & dato ſigno adiutorij Dei, in prima acie ipſe dux cõmiſit cum Nicanore. Et facto ſibi adiutore omnipotente, interfecerũt ſuper nouem milia hominum, maiorem autem partem exercitus Nicanoris uulneribus debilem factam fugere compulerũt. Pecunijs uero eorum qui ad emptionẽ ipſorum uenerãt ſublatis, ipſos uſquequaq; perſecuti ſunt, ſed reuerſi ſunt ora concluſi. Nam erat ante ſabbatum, quã ob cauſam nõ perſeuerauerũt inſequẽtes. Arma autem ipſorum & ſpolia cõgregantes, ſabbatũ agebant, benedicentes dñm, qui liberauit eos in iſto die, miſericordiæ initium ſtillans in eos. Poſt ſabbatum uero debilibus & orphanis & uiduis diuiſerunt ſpolia, et reſidua ipſi cum ſuis habuere. His itaq; geſtis, & cõmuniter ab omnibus facta obſecratione, miſericordiam dominum poſtulabant, ut in finem ſeruis ſuis reconciliaretur. Et ex his qui cum Timotheo & Bachide erant contra ſe contendentes, ſuper uiginti milia interfecerunt, & munitiones excelſas obtinuerunt, & plures prædas diuiſerunt, æquam portionem debilibus, pupillis, & uiduis, ſed & ſenioribus facientes. Et cum arma eorum diligenter collegiſſent, omnia compoſuerunt in locis oportunis. Reſidua uero ſpolia Ieroſolymam detulerunt, & Philarcen qui cum Timothæo erat interfecerũt, uirum ſceleſtum, qui in multis Iudæos afflixerat. Et cũ epinichia agerẽt in Ieroſolymis, eos qui ſacras ianuas incenderunt, id eſt Caliſthenem, cum in quoddam domicilium refugiſſent, incenderunt, digna eis mercede pro impietatibus ſuis reddita. Facinoroſiſſimus autem Nicanor qui mille negociantes ad Iudæorum uenditionem adduxerat, humiliatus auxilio domini, ab his quos nullos exiſtimauerat, depoſita ueſte gloriæ per mediterranea fugiens, ſolus uenit Antiochiam, & ſummam infelicitatem de interitu ſui exercitus conſecutus. Et qui promiſerat Romanis ſe tributum reſtituere de captiuitate Ieroſolymorum, prædicabat nunc protectorem Deũ habere Iudæos, & ob ipſum inuulnerabiles eſſe, eo quòd ſequerentur leges ab ipſo conſtitutas.

**NIC. DE LYRA.**

¶ a Et quod ſub &c. *Ab angelo Dei percuſſa, vt habetur. iiij. Reg. xix.*

b Et de prælio. *Iſtud bellum non habetur in ſcriptura ſacra, nec alibi potui reperire. propter quod non poſſum dicere, niſi illud quod hic eſt in textu.*

c Vbi ad rẽ &c. *i. ad pugnandũ actu.*

d Macedonibus ſocijs. *in eodem exercitu exiſtentibus cum Iudæis.*

e Hæſitantibus. *id eſt formidantibus pugnare.*

f Ipſi ſex milia ſoli. *ſ. Iudæi.*

g Peremerunt cen. uig. *non propria virtute ſed diuina.*

h Et be. &c. con. ſunt. *a rege. Conſequenter ponitur admonitionis effectus: cum dicitur:* His uerbis &c.

i Con. itaq;. *Hic conſequẽter ponitur exercitus ordinatio, cum dicitur:* Con. ita. &c. *quia de eorum fortitudine & fidelitate magis confidebat.*

k Vtriq; or. *ſ. equitum & peditum: tamẽ in qualibet etiam acie erant aliqui equites & pedites: & hoc ſecundũ doctrinam Vegetij li. de re militari. potiſſime quando bellum committitur in loco aſpero, ubi equites non poſſunt bene coniungi.*

B

l Simo. & Io. &c. *ſup. 1. li. ij. ca. ubi ponuntur fratres Iudæ non nominatur ibi aliquis Ioſephus. Propter quod dicunt aliqui, ꝙ iſte non fuit frater carnalis Iudæ, ſed tantum legalis, ut de eadem lege, vel de eadem cognatione. Sed nõ eſt veriſimile, ꝙ inter duos fratres Iudę carnales. ſ. Simonem & Ionathan ponatur tanquam frater eius alius, qui tamen ſit extraneus. Propter quod uidetur melius dicendum, ꝙ iſte fuit frater carnalis Iudæ, qui primo lib. nominatur Eleazarus. vnde xij. lib. antiquitatis Iudaicæ dicitur, ꝙ iſte Eleazarus cognominatus eſt Saphus, & videtur idem nomen quod Ioſephus, abbreuiatum tamen ſicut Nicolaus per abbreuiationem aliquando dicitur Colaus.*

m Subiectus uni. mil. &c. *Retinens in acie ſua duo milia quingentos.*

n Ad hoc etiã. *Poſtquam deſcriptus eſt belli apparatus, hic conſequenter deſcribitur conflictus. & primo ponitur conflictus cum Nicanore, ſecundo interponitur conflictus cum Timo. & Bachide, ibi: Et ex his. Tertio reuertitur autor ad loquendum de Nicanoris confuſione ibi: Facinoroſiſſimus autem &c. Prima adhuc in duas: quia primo ponitur Nicanoris debellatio, ſecundo gratiarum actio, ibi: Arma autem. Circa primum dicitur:* Ad hoc. *ſ. ad bellandum uiriliter.*

o Ab Eſdra lecto &c. *Vt præcipitur Deute. xx. Iſte Eſdras non fuit ille qui legem reparauit, nam ille mortuus fuerat diu ante: ſed fuit vnus de ſacerdotibus, einſdem tamen nominis tempore Iudæ.*

p Et dato ſigno adiutorij Dei. *Non dicitur hic quale fuerit: ſed probabiliter poteſt dici, quòd fuit clangor ſacrarum tubarum in aggreſſu belli.*

C

q In prima acie ipſe dux commiſit &c. *ſ. Iudas Machabæus.*

r Interfecerunt ſuper nouem milia hominum. *Sed in primo lib. iiij. ca. dicitur, quòd ceciderunut vſque ad tria milia. Dicendum, quòd illa tria milia ceciderunt in primo congreſſu belli, & in perſecutione fugientium tot alij ceciderunt, ita quòd in vniuerſo fuerunt nouem milia et amplius, vt hic dicitur. Cætera patent uſque ibi.*

ſ Sed reuerſi ſunt hora concluſi. *i. repreſſi. nam imminebat hora decima a qua incipiebat obſeruatio ſabbati. Sed hoc non videbatur impedire. quia ſupra. 1. libro ij. cap. iam erat declaratum, quòd licitum erat eis in ſabbato bellare. Dicendum, quòd uerum eſt ſe defendendo. nam hoc eſt neceſſitatis, non autem inuadendo ſeu perſequendo.*

t Arma autem ipſorum & ſpolia congregantes &c. *Hic ob uictoriam ſubditur gratiarum actio, cum ſubditur.*

u Sabbatum agebant. *ab operibus ſeruilibus quieſcendo, & diuinis laudibus uacando. ideo ſubditur:* benedicen. domi. &c.

x Poſt ſabbatum uero debi. & orpha. diui. ſp. &c. *Quia partem prædæ debilibus & pauperibus dederunt. Cætera patent.*

y Et ex his qui cum Timotheo & Bachide &c. *Hic conſequenter interponitur de conflictu cum Timotheo & Bachide, qui plenius habetur. 1. lib. v. cap. Videtur tamen quòd iſte Bachides ſit alius ab illo quem miſit Demetrius cum Alchimo contra Iudæos, vt habetur ſupra. 1. lib. vij. cap. nam plures erant principes & milites einſdem nominis ſicut & modo. Cætera patent vſque ibi:*

D

z Et cum Epinichia agerent in Ieroſolymis. *id eſt ſolennitates de victorijs contra Timotheum & Bachidem obtentis. Et dicitur ab epi quod eſt ſupra: & Nichos quod eſt victoria, vnde alia tranſlatio habet: Dies victoriæ, vt dicitur in glo.*

a Eos qui ſacras ianuas. *ſ. templi:*

b Incenderunt: id eſt Caliſthenem. *Inter iſtos principalem.*

c Cum in quoddam domicilium refugiſſent. *pro ſui tuitione.*

d Incenderunt. *& ſic pœna correſpondet culpæ.*

e Facinoroſiſſimus autem. *Hic reuertitur autor ad loquendum de ſupradicti Nicanoris confuſione, cum dicitur.*

f Qui mille &c. *i. multos, ita quòd ponitur hic numerus determinatus pro numero indeterminato, ſicut aliquando fit in ſcriptura, prout fuit oſtenſum in Apocalypſi.*

g Humiliatus auxilio ab his &c. *ſ. Iudæis.*

h Quos nullos exiſtimauerat. *i. nullius eſſe virtutis.*

i Depoſita ueſte gloriæ. *ne cognoſceretur.*

k Per mediterranea fugiens. *id eſt per loca occulta.*

l Solus ue. Anti. *i. cum ualde paucis. Hoc enim modo dicitur princeps ſolus, quando habet paucos ſecum.*

m Præ. nũc &c. *Hoc dicebat magis ad excuſationẽ ſui de ſua deiectione & exercitus ſui debellatione, q̃ ad exaltationem diuini noĩs & cõmendationem diuinæ legis & obſeruatorum ipſius.*



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E

### GLOS. ORDIN. CAP. IX.

Odē tē. *An. inho.* Quæ in ſupiori libro de fine Antiochi breuiter annotata ſūt, in hoc plenius explicanť. Myſtice aūt oſtdit. ꝙ perſecutores Chriſtianorū ꝓ malefactis ſuis atq; iniuſtitiæ opibus q̄ geſſerāt, in futuro iuſtā a dño pœnā rū recepturos retributionē: Et q̄ hic conturbare fideliū corda nō metuebāt, in extrema ultio ne internis dolorib. ſeu crucia ri pnia: de quo in Sapiæ libro ſcriptū eſt: Tūc ſtabūt iuſti i magna cōſtātia aduerſus eos q ſe anguſtiauerūt, & q abſtulerunt labores illorū. Videntes turba bunt timore horribili, & mirabūt in ſubitatione inſperatæ ſalutis, gemētes ꝓ anguſtia ſpūs, dicētes intra ſe, pniam agētes. hi ſunt quos aliqñ habuimus in deriſum, & in ſimitudinē impro perij. No inſenſati uitā illorū eſtimabamus inſaniā, et finem illorū ſine honore. Qūo cōputati ſunt inter filios Dei, & iter ſanctos ſors illorū eſt. Ergo errauimus a uia ueritatis, & iuſtitiæ lumē nō illuxit nobis, & ſol intelligētiæ nō eſt ortus nobis. Laſſati ſumus in uia iniquitatis & ꝑditionis, & ambulauimus uias difficiles, uiam dñi ignora uimus. Quid nobis ſuperbia profuit, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis: Tranſie. omnia il. ve. vm. &c.

*Myſtice* — *Sap. 5. a* — *Ibidem.* — *Ibidem, b*

F

### NIC. DE LYRA. CAP. IX.

*Diuiſio*

Odē tē. *Deſcripta liberatione populi ab Antiochi ducibus, hic conſequenter deſcribitur liberatio populi a perſona ipſius: & hoc p diuinā percuſſionē. Circa quā primo ponitur huius pcuſſionis rō. ſcd'o ipſa percuſſio ibi: Sed qui vniuerſa. tertio percuſſi humiliatio, ibi: Hinc igitur. quarto, humiliati exterminatio, ibi: Igitur homicida. Ratio uero percuſſionis Antiochi fuit, quia non ſufficiebant ſibi mala quæ Iudæis fecerat, ut patet ex ſupradictis, ſed cum hoc anhelabat ad Gentem Iudæorum totaliter deſtruendam, & ciuitatem Dei Ieruſalem funditus ſubuertendam, vt ſic re pulſionem ſui de Perſide, & debellationem ducum ſuorum in Iudæos vindicaret. Et his dictis patet litera paucis exceptis quæ diſcurrentur.*

*b* Quæ di. &c. *Hæc eſt illa ciuitas quæ primo lib. vi. ca. dicitur Elimaida: & hoc proprio nomine, & hic Perſepolis, eo quòd erat metropo lis Perſidis.*

*c* Circa Egba. *Hic eſt ciuitas quæ vocabatur Egbathanis. 1. Eſdr. a. vi. & Iudith. 1.*

*d* Cel. iudi. perurgente. *i. impellēte. Ad cuius intelligentiā ſciendū, ꝙ in hac feſtinatione duo erant ſ intentio Antiochi perverſa ad populi delectionem, & ciuitatis ſubuerſionem: Et hoc non erat a Deo impellente, quia Deus non eſt autor mali culpæ: ſed erat ab Antiochi malitia. Aliud erat velocitas motionis, ad quam ſe cutus*

### CAP. IX.

a Odem tempore Antiochus inhoneſte reuertebatur de Perſide. Intrauerat enim in eā quæ b dicitur Perſepolis, & tentauit expoliare templum & ciuitatem opprimere, ſed multitudine ad arma concurrente in fugam uerſi ſunt, & ita contigit, ut Antiochus poſt fugam turpiter rediret, & cum circa Egbathanan ueniſſet, recognouit quæ erga c Nicanorem & Timotheum geſta ſunt. Elatus autem in ira, arbitrabatur ſe iniuriam illorum qui ſe fugauerant, poſſe in Iudæos retorquere. Ideoque iuſſit agitari currum ſuum, ſine intermiſſione agens iter, cæleſti eum iudicio perur- d gente, eo ꝙ ita ſuperbe loquutus eſt ſe uenturum Ieroſolymam, & congeriem ſepulchri Iudæorum eam facturum. † Sed qui uniuerſa con e ſpicit, dominus Deus Iſrael percuſſit eum inſa- f nabili & inuiſibili plaga. Vt enim finiuit hunc ipſum ſermonem, apprehēdit eum dolor dirus uiſcerum, & amara internorum tormenta. Et quidem ſatis iuſte: quippe qui multis & nouis g cruciatibus aliorū torſerat uiſcera, licèt ille nul- h lo modo a ſua malitia ceſſaret. Super hoc autem repletus ſuperbia, ignem ſpirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negocium, conti i git illum impetu eūtem de curru cadere, & grauiter corporis colliſione membra uexari. Iſq; qui ſi k bi uidebatur etiam fluctibus maris imperare, ſupra humanū modum ſuperbia repletus, & mōtium altitudines in ſtathera appendere, nūc humiliatus ad terrā in geſtatorio portabatur, mani l feſtā Dei uirtutem in ſemetipſo cōteſtans, ita ut m de corpore impij uermes ſcaturirēt, ac uiuētes in n doloribus carnes eius effluerent, odore ēt illius ac fœtore exercitus grauaretur. Et qui paulo ante o ſidera cœli contingere ſe arbitrabatur, eū nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare. Hinc igitur cœpit ex graui ſuperbia deductus ad p agnitionē ſui uenire, diuina admonitus plaga: q per momenta ſingula doloribus ſuis augmenta capientibus. Et cū nec ipſe iam fœtorem ſuū ferre poſſet, ita ait: Iuſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire. Orabat autem hic ſceleſtus dominum, a quo non eſſet mi r ſericordiā conſecuturus, & ciuitatem ad quam feſtinans ueniebat, ut eam ad ſolum deduceret, ac ſepulchrum congeſtorum faceret, non optat liberam reddere, & Iudæos quos nec ſepulturā quidem ſe dignos habiturum, ſed auibus ac feris diripiendos traditurum, ac cum paruulis exterminaturum dixerat, æquales nunc A- ſ thenienſibus facturum pollicetur, templum etiam ſanctum quod prius expoliauerat, optimis donis ornaturum, & ſancta uaſa multiplicaturum, & pertinentes ad ſacrificia ſumptus, de redditibus ſuis præſtaturum: ſuper hęc & Iudęū ſe futurum, & omnem locum terræ perambulaturum, & prædicaturum Dei poteſtatem, t

*cutus fuit caſus Antiochi, & eius quaſſatio grauis, & hæc fuit Deo im pēllente, qui eſt autor mali pęnę, de quo dicitur Amos. iij. b. Non eſt ma lum in ciuitate quod non fecerit dominus.*

G

*e* Sed qui vniu. *Hic conſequenter ponitur Antiochi percuſſio, cum dicitur.*

*f* Percuſſit eum inſana. *nam erat intra uiſcera, & mortuus fuit ex ea.*

*g* Qui mul. & no. cru. *ut ſupra patuit in ſeptem fratribus.*

*h* Licèt ille &c. *propter dictam plagam, ideo dominus addidit ſecundam cum ſubditur.*

*i* Contigit illum im. eun. *per verſationem currus ex tali feſtinatione.*

*k* Iſque qui ſibi uidebatur &c. *Hyperbole eſt, ad deſignandum ſuper biæ ſuæ magnitudinem.*

*l* Manifeſtam Dei virtutem. *ſ. facto ex duplici percuſſione.*

*m* Ita ut de corpore im. uer. *ex putrefactione inteſtinorum.*

*n* Ac uiuentes in do. car. eius. *per ſaniem apoſtematum.*

*o* Et qui Paulo ante ſide. cæ. con. *ſe. Hyperbole eſt, ad exprimendum eius ſuperbiam.*

*p* Hinc igitur. *Hic conſequenter deſcribitur percuſſi humiliatio. & primo coram Deo, ſecundo coram hominibus, ibi: Sed non ceſſantibus. Circa primum dicitur: Hinc igitur cœ. ex gra. ſu. dedu. ſu. ab alto ad infimum.*

*q* Ad agnitionem ſui ue. *quia vexatio dat intellectum, Iſa. xxviij. e. Cætera patent vſque ibi.*

*r* Orabat autem &c. miſericordiā conſecuturus. *Quod dupliciter poteſt intelligi. Vno modo quantum ad relaxationem pœnæ corporalis, quæ non ſemper remittit orantibus, etiā vere pœnitentibus. Nam aliquando non expedit eis: & ſic licet forſitan vere pœnituerit, tamen, quantum ad euaſionem mortis corporalis non fuit miſericordiam conſecutus, ſed tantum quantum ad ueniam peccatorum. Alio modo etiam quantum ad remiſſionem peccatorum, quod tenetur communiter dicendo, quod eius pœnitentia non fuit uera, quia non fuit propter offenſam Dei ſed tantum propter euaſionem corporalis flagelli & ſic non fuit miſericordiam conſecutus, quantum ad remiſſionem culpæ nec pœnæ. Cætera patent vſque ibi.*

H

*ſ* Aequa. nunc Atheni. *qui multas libertates habebant propter ſapientiæ ſtudium, quod vigebat ibidem.*

*t* Et prædicaturum Dei poteſtatem, *omnia hæc ad euaſionem pœnæ pro-*

### MORALITER.

✠ a Eodem tempo. Antio. inho. In hoc capitulo deſcribitur mors Antiochi, qui (ut ſupra dictum eſt) figura fuit Antichriſti. Et ſicut iſte mortuus fuit in montibus miſerabiliter, intantum quòd de eius fœtore ſuus exercitus grauabatur: ſic (ut dicunt noſtri doctores) antichriſtus in monte Oliueti ictu fulminis morietur: qui quidem ictus ſolet eſſe ualde fœtidus, & ibidem peribit magna pars ſui exercitus.

A *pœnę promittebat ſecundum communem opinionem.*

*a* Sed non ceſ. *Hic conſequenter deſcribitur eius humiliatio corā hominibus ſ. Iudæis, quos ante ſupra modum contempſerat, ſcribēs eis epiſtolam deprecatoriam. Et patet uſque ibi:*

*b* Et ex ſec. *i. ad voluntatem ueſtram nobis eueniunt.*

*c* Non de me. *De infirmitate curatiua hoc uidetur manifeſte mētiri. quia ſupra dicitur ꝙ non ceſſantibus doloribus deſperans ſcripſit ad Iudæos & c. Ex hoc n. uidetur uerum quod ſupra dictum eſt, ſcilicet quòd eius pœnitentia non fuit uera.*

*d* Reſpiciens au. quòd & p. m. *adhuc uiuens ordinauit de ſuo ſucceſſore, vt in caſibus magnis & dubijs ſcirent homines regni ad quem deberent determinate recurrere.*

*e* Ad ha. c *i. iuxta hæc cogitans.*

*f* De pro i. *ꝙ principes potentes iuxta regnum noſtrum exiſtentes diligenter attendant opportunitatem tpis, in quo poſſint nocere regno: qd potiſſime contingit quādo homines regni ſunt in dubio ad quem debeant recurrere pro regni defenſione.*

*g* Deſignaui An. *Qui adhuc iuuenis erat.*

*h* Quem ſe. re. *ſ. Mediæ & Perſidis.*

B

*i* Multis ue. *Tali modo loquitur, ne mēdacium eius percipiatur: qa ſi diceret ſe ſcripſiſſe cōitati uel aliquibus pſonis eas nominando, ſtatim poſſet percipi falſitas dicti ſui: ſed qa dicit multis nullum nominando, non poterat ſic percipi, ꝙ poterat quilibet opinari talē commēdationē eū feciſſe in ſecreto, &*

Sed non ceſſantibus doloribus, (ſuperuenerat enim a in eum iuſtum iudicium Dei) deſperans ſcripſit ad Iudæos in hunc modū deprecationis epiſtolā hæc continentem: Optimis ciuibus Iudæis, plurimam ſalutem & bene ualere & eſſe fœlices, rex & princeps Antiochus. Si bene ualetis & filij ueſtri, & ex b ſententia uobis cuncta ſunt, maximas agimus gratias. Et ego in infirmitate cōſtitutus, ueſtri autē be nigne memor, reuerſus de Perſidis locis & infirmi tate graui apprehenſus, neceſſarium duxi pro com muni utilitate curam habere, non deſperans me- c metipſum, ſed ſpem multam habens effugiendi in firmitatem. Reſpiciēs autem, ꝙ & pater meus qui d bus tpibus in locis ſuperioribus ducebat exercitū, oſtdit qui poſt ſe ſuſciperet principatum, ut ſi quid contrarium accideret aut difficile nunciaretur, ſciē tes hi qui in regionibus erant cui eſſet ſumma rerum derelicta, non turbarentur: ad hæc conſiderās e de proximo potentes quoſq; & uicinos tpibus inſi f diantes, & euentum expectantes, deſignaui Antio g chum filium meum regem, quem ſæpe recurrens h in ſuperiora regna multis ueſtrum commendabā, i & ſcripſi ad eum quæ ſubiecta ſunt. Oro itaq; uos k & peto memores beneficiorum publice & priua- l m tim, ut unuſquiſque conſeruet fidem ad me & ad n filium meum. Confido enim modeſte eum & humane acturum, & ſequētem propoſitum meum, o cōmunem uobis fore. Igitur homicida & blaſphe- p q mus, peſſime percuſſus, & ut ipſe alios tractauerat, r peregre in montibus miſerabili obitu uita functus eſt. Trāſferebat aūt corpus Philippus collactaneus ſ t u eius, qui metuens filium Antiochi ad Ptolemęum x Philometorem in Aegyptum abijt.

C

*to, & hoc uerbo vel ſcripto.*

*k* Et ſc. ad e. *ſ. de ſubſtitutione ip ſius in regnum, & de eius recommendatione.*

*l* Memor. b. *Tamē ex ſupioribus nō apparet aliqd beneficiū ab eo Iudæis pſtitum, niſi uniū. ſ. de uindicta mortis Oniæ, ſupra poſita ca. iiij. & quæ tum ad hoc ſubditur.*

*m* Publice. Hoc. *n. fuit publicū.*

*n* Et pri. *Licèt hoc uideatur falſum ꝑ magna mala quæ fecit Iudæis, ut patet ex ſupradictis, tamē nō poterat pcipi in hoc ſuū mēdacium. nam beneficia priuata non ſic ueniunt ad notitiam aliorum.*

*o* Sequentem pr. *m. i. voluntatem meam erga uos bonam.*

*p* Com. *i. cōdeſcēdētē nobis fore.*

*q* Igitur. *Hic ultimo ponitur eius exterminatio, cum dicitur: Igitur h. vt patet ex ſupradictis in multis caſibus.*

*r* Peſſime p. *Nā ex hoc non fuit per ueram pœnitentiam emendatus. ideo ſubditur.*

*ſ* Miſerabili. *Si enim emendatus fuiſſet, eius obitus miſerabilis non diceretur.*

*t* Transferre, &c. *Eius ad locum ſepulturæ patrum ſuorum.*

*u* Philippus co. *e. i. de eodem lacte nutritus. Hic eſt Philippus cui tradidit diadema & ſtolam ſuam & anulum, vt inſtitueret regem filium ſuum, vt habetur primo lib. vi. ca.*

D

*x* Qui me. ſi. *Tum qa Lyſias qui filiū Antiochi nutrierat, eū cōtra Philippum incitauerat, ne ꝑ eū a negotijs regni elongaretur. & qa Philippus ciuitatē regiā occupauerat, ut habetur ibidem & in fra. xiij. ca. quam nō potens ſe defendere contra regem, fugit ad Ptolemæum Aegypti regem.*

### GLOS. OR. CAP. X.

G *Achabæus a. & q. & c.* a *Qui d.* a Hec feſtiuitas q̄ vigeſimaqnta die mēſis Caſleu, q apd Latinos uocať Decēber, legiť celebrata, ſiñ mō & in priori libro ɔmemorať. Qđ āt tabernaculorū feſtiuitatē eos añi mōtib. & i ſpelūcis egiſſe narrat, pp qđ thyrſos & ramos uirides & palmas pferebāt ei q pſpabat mūdari locū ſuū, oſdit nobis in pñti uita, ubi tribulatiōis & doloris loc' ē, pegrinos noſmetipſos agno ſcere debere, & ut ibi certemus flores uirtutū & ramos bonorū operum ſp virentes Deo pſi ꝑæternæ uitæ adeptu, & cæleſti remuneratiōis mercede offerre. Thyrſus. n. gñalr, eſt oīm herbarū vł olerū medi' frutex, dict' eo ꝙ a terra ſurſum cōcēdit. Sic & ex terrena nři cõrpis mā ger mē utile dēt aſcēdere, vt cultori cordis nři, qui per ſpiritus ſui donū nos colit, fructū acceptabilem ſp reddamus. ☞ Et Antio-

### NIC. DE LY. CAP. X.

Achabeus. *Deſcripta liberatione populi, hic cõſequēter deſcribitur purgatio*

### CAP. X.

Achabæus autem & qui cum illo erant domino ſe protegente templum qdem & ciuitatem recepit. Aras autem quas alienigenæ per plateas extruxerant, itemq; delubra demolitus eſt. Et purgato templo aliud altare fecerunt, & de ignitis lapidibus igne cōcepto obtu- b lerunt ſacrificia poſt biennium: & incenſum & lu- c cernas & panes propoſitionis poſuerunt. Quibus geſtis rogabant dñm proſtrati in terrā, ne amplius talibus malis inciderent. Sed etſi quando peccaſſent, ut ab ipſo mitius corriperentur, & non Barbaris ac blaſphemis hominibus traderētur. Qua die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem die purgationem fieri uiceſima & quinta menſis qui fuit Caſleu. Et cum lætitia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum, recordantes ꝙ ante modicum temporis diem ſolennem tabernaculorum in montibus & in ſpeluncis more beſtiarum egerant: propter quod thyrſos & ramos uirides & palmas præferebant ei, qui proſperauit mundare locum ſuum: & decreuerunt communi præcepto & decreto uniuerſæ genti Iudæorum omnibus annis agere dies feſtos iſtos,

*gatio tēpli, q̄ diffuſius deſcribitur ſupra primo li. iiij. ca. & ibidē ex poſita eſt. propter qd in hac parte reſtat niſi breuiter aliqua uocabula diſcurrere.*

*b* Et de ig. lap. *i. aptis ad hoc ꝙ inde excutiatur ignis.*

*c* Poſt bi. *ſ. in tertio anno a pollutione eius eadē die qua fuerat ante pollutū, ut habetur primo li. iiij. ca. & infra parte iſta, & ſic hoc fuit in cōpletione trienij, ſed non poſt trieniū. Pōt ēt aliter dici poſt bieniū, nō incipiēdo a pollutiōe tēpli, ſed a principio bellorum Iudæ Machabæi, qb. poſt regis receſſum debellauit aduerſarios Iudæorum.*

*d* Propter qu. ty. *Eſt autem thyr ſus fru-*

### MORALITER.

✠ a Macha. & c. *p iſtos qui recuperauerunt tēplū de manib. aduerſariorū, & ipſum diligenter mundauerūt, ſignantur uere pœnitētes catholici, qui malignis ſpiritibus viriliter repugnantes, de manib. eorū liberāt ſemetipſos, qui ſunt tēplū Dei. j. Co. iij. d. Tēplū Dei ſanctū eſt, qđ eſtis uos. Et hoc templum emundant ab oī pollutione cordis & corporis per uerā & puram confeſſionem, & ſic Deo gratias agunt de uictoria contra diabolum, & Deo ſatisfa-*



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

a *Et An.qu.* Prioris libri hiſtoria narrat, ꝙ Antiochus nobilis profecturus in Perſidem conſtituerit Lyſiam ſup negocia regia a flumine Euphrate vſq; ad flumen Aegypti, & ut nutriret Antiochū filium ſuum, donec rediret Nunc aūt narratur ipſum Antiochum filium Antiochi nobilis, hoc eſt Eupatorem eundem Lyſiā ſup negotia regia cōſtituere. Sed q̄a dicit ſe breuiaſſe in narratione mala q̄ in bellis geſta ſunt, ea quæ Antiochus iunior bella per ſe metipſum geſſit contra Iudæos, q̄n cū elephantis & multitudine magna, tam de ſuis q̄ de alijs nationib. congregata ibidē uenit, & q̄n Eleazar filius Saura maximum elephantorū interfecit, arbitratus in eo regem conſiſtere, oſtendit ſe in ordine hiſtoriæ præteriſſe.

b *Gorgias au.* Hunc Gorgiam ut iam ſupra oñdimus, prior liber narrat Lyſiā ſimul cum Ptolemæo & Nicanore elegiſſe ad impugnandam Iudæam, cuius ad impugnationem qualiter fuerit in priore & in pn̄ti libro refertur: ſed uictoriā ad Iudæos ceſſiſſe declarat. Nā ꝙ ipſe Gorgias qui gētes diuerſas ꝓuocabat ad bellādū cōtra Iudæos, diaboli typū teneat. ſuperius iā dictū eſt, qui incitat infideles cōtra eccl̃iam Xp̄i, & mouet bellū fidelib. eius. Sed q; dibi que milia uirorū Gorgiā elegiſſe in prælīū ſcribit, & hic ſ̃m quinarij numeri in ſemetipſo m̄tiplicatione uiginti qnq; milia trucidata referunt, ſignat, ꝙ oēs qui quinq; ſenſibus corporis per carnalia deſideria diabolo militant, morte condigna mulctentur.

*Myſtice.*

c *Quidam au.* Machabæo ſpiritali dimicante cōpulſi hoſtes in duas turres cōfugiunt, cū hi qui fidē Chriſti expugnare nitebant, licet nullo mō uerītatē euāgelij reſiſtere valētes, tū ſalubriter credentes neſciēdo, nec iudiciū dn̄i futurū p̄timeſcentes) modū eligūt in ſuperbiæ atq; idololatriæ turres effugere, q̄ pniæ dolorib. compuncti errores ſuos relinquere: cōtra quos Iudas cū Simone & Ioſepho milites mittit, ſed pecuniarū amore aliqui eorum detenti bellum commiſſum peragere neglexerūt, quia ſæpe contingit vt hi quib. ſacerdotalis dignitas, ac ſpiritalis agonis militia commiſſa eſt. per cupiditatem terrenam decepti, magis auaritiæ ſuę ſatiſfacere uelint, q̄ contemptis terrenis commodis Chriſti uolūtatem legitime pugnando explere. Sed tales pœnas meritas non euadent: quin potius cum ueri doctores ſpiritu Dei confortati hoſtes ꝓliādo ac ſuperādo extinxerint, ipſi ab eis anathematis ultione iure punient. F

Et Timotheus

d *Conſtituit ſu. &c.* Prius enim a patre eius fuerat conſtitutus ſuper negocia regni in parte, ſcilicet a flumine Euphrate vſque ad flumen Aegypti, vt habetur .iij.c.primi libri: ſed iſte conſtituit eum procuratorem ſuum ſ. per negocia regni generaliter. Et ſubditur cauſa huius inſtitutionis, cum dicitur: G

a Et Antiochi qdem qui appellatus eſt nobilis, u itæ exceſſus ita ſe habuit. Nūc aūt de Eupatore Antiochi filio impij quę ſunt geſta narrabimus, breuiātes mala quæ in bellis geſta ſunt. Hic enim ſuſcepto regno cōſtituit ſup negotia regni Lyſiam quendam Phœnicis & Syriæ principem militię. Nā Ptolemęus qui dicebatur Macer, iuſti tenax erga Iudæos eſſe conſtituit, & præcipue pp iniquitatem quæ facta erat in eos, & pacifice agere cū eis. Sed ob hoc accuſatus ab amicis apud Eupatorem, cum frequēter proditor audiret, eo ꝙ Cyprum creditam ſibi a Philometore deſeruiſſet, & ad Antiochum nobilem tranſlatus, etiā ab eo receſſiſſet, ueneno uitam finiuit. Gorgias aūt cū eſſet dux locorum, aſſumptis aduenis frequenter Iudæos debellabat. Iudęi uero qui tenebāt opportunas munitiones, fugatos ab Ieroſolymis ſuſcipiebāt, & bellare tētabant. Hi uero qui erāt cum Machabæo per orationes dn̄m rogantes ut eſſet ſibi adiutor, impetum fecerunt in munitiones Idumæorum: multaq; ui inſiſtētes loca obtinuerunt, occurrentes interemerūt, & oēs ſimul nō minus a uiginti quinq; milibus trucidauerunt. Quidā aūt cū cōfugiſſent in duas turres ualde munitas, oēm apparatum ad repugnādū habētes, Machabæus ad eorum expugnationē relicto Simone & Ioſepho itemq; Zacchæo, eiſq; qui cum ipſis erant ſatis multis, ipſe ad eas quæ amplius perurgebant pugnas con-

e *Nam Ptol. &c.* Iſte enim uidetur fuiſſe in eodem officio, ſed fuit depoſitus duplici ratione. Prima eſt, quia erga Iudæos ſe habebat modeſte contra intentionem Antiochi Epiphanis. Secunda eſt, quia notabatur apud regem de proditione: quòd cum eſſet primo cum rege Aegypti, relinquendo Cyprum ſibi traditam ad cuſtodiam, & poſtea tranſiens ad Antiochum regem, non fideliter ſe habuiſſet: & ſic dato ſibi ueneno perijt, & loco eius Lyſias inſtitutus fuit: & hoc eſt quod dicitur hic: Nam Ptolemæus &c.q.d. ideo Lyſias inſtitutus fuit, quia Ptolemæus fuit deſtitutus, & ueneno interfectus. Et quia hæc litera intricata eſt & in aliquo detruncata, ideo iungatur ſic: Nam Ptolemæus qui dicebatur Macer, ſic ſcilicet cognominatus, ad differentiam illius Ptolemæi qui ſupra. iij. cap. induxit Antiochum Epiphanem ad dandum ſententiam iniquam.

f *Iuſti tenax erga Iu.* i. firmus ſeruator iuſtitiæ ad eos. Et ſubditur cauſa cum dicitur:

g *Et præcipue prop. iniqu. quæ facta erat in eos.* per Antiochum Epiphanem, ut patet per ſupradicta.

h *Eſſe conſti.* ſcilicet cum Iudæis iuſte & modeſte.

i *Et pacifice agere cum eis.* in aliquam recompenſationem dictæ malitiæ contra eos factæ.

k *Sed ob hoc accuſatus ab amicis apud Eupato.* ſcilicet ab amicis Eupatoris.

l *Cum frequenter proditor audiret.* id eſt cum frequenter diceretur Eupatori: hic Ptolemæus eſt unus proditor.

m *Eo quòd Cyprum creditam ſibi* .i. traditam ſuæ cuſtodiæ. H

n *A Philometore.* Aegypti rege.

o *Deſeruiſſet.* i. infideliter eam cuſtodiendo.

p *Et ad Antiochum nobilem tranſl.* de eius familia factus.

q *Etiam ab eo receſſiſſet,* non exequendo circa Iudæos eius intentionem.

r *Veneno perijt,* ſcilicet iniuſte quantum ad cauſam de Iudæis, quidquid ſit de alia.

ſ *Gorgias autem.* Hic conſequenter acceditur ad propoſitum ſ. ad ſcribendum conflictus Iudæ pro liberatione populi tempore Eupatoris. Et diuiditur in duas partes: quia primo deſcribitur hic conflictus cum regis ducibus, ſecundo cum perſona ipſius .xiij. cap. Prima diuiditur in quinque partes ſecundum numerum ducum & gentium, cum quibus Iudas & eius ſocij pugnauerunt. Igitur primo ponitur eius conflictus cum Gorgia, & adhærentibus ſibi, cum dicitur: Gorgias autem cum eſſet dux locorum. propinquorum Iudææ. ſ. Idumææ, vt uidetur per ſequētia, & habetur expreſſè .xij. ca.

t *In ue. qui te. op. mu.* inter Iudæam & Idumæam.

u *Fuga.* Gentiles.

x *Ab Iero.* Per Iudæos ibidem exiſtentes.

y *Suſcipiebant* eis uiriliter repugnando.

z *Impe.* f. moti propter iniurias eorum. Cætera patent uſque ibi:

Accuſauit ꝙ

NIC. DE LYRA.

*Sus frutex medius quarumcunque herbarum, vnde procedunt rami hinc & inde. & eſt nomen compoſitum a terra & ſurſum, eo quòd a terra ſurſum concendit.*

a *Nuncau.* Deſcripta liberatione populi per Iudam tempore Antiochi nobilis, hic conſequēter ponitur eius liberatio tempore Antiochi Eupatoris. Et diuiditur in duas partes, quia primo præmittitur duplex præambulum. ſecundo acceditur ad propoſitum, ibi: Gorgias autem, primū præambulum eſt de modo ſcribendi ea quæ ſequuntur, cum dicitur:

b *Narrabimus, bre ma. qui in bel. ge. ſunt.* Per hoc ut dicit glo. Rabani, innuitur, quòd bellum huius Antiochi contra Iudæos, quod .i. lib. vi. ca. diffuſe ſcribitur: hic ab ordine hiſtoriæ prætermittitur. Sed ſi Rabanus intelligat, q̄ in hoc ſecundo libro prætermittatur ſimpliciter, non uidetur uerum. nam infra .xiij. ca. plenius ponitur, ut ibidem uidebitur domino concedente. Si autem intelligat, quòd prętermittatur ſecundum ordinem hiſtoriæ tantum, ſic habet apparentiam dictum ſuum: nam hoc bellum uidetur fuiſſe in principio regni ſui quod tamen ponitur hic in fine.

c *Hic.n.* Hic ponitur ſecundum præambulum, quod eſt de regni ordinatione: nam principes a rege ordinati mouerunt bella contra Iudæos, & ex ſequentibus apparebit. Sic ergo dicitur: Hic enim ſcilicet Antiochus Eupator.

MORALITER.

ciunt de cōmiſſis per multiplicationē bonorū operū qd̄ ſignat per palmarum deportationē & thyrſorum & viridium ramorum.

f *Gor. c. &c.* Iſte qui multitudinem Gentium ꝓparabat ad pugnā, figuram fuit Arrij, qui multitudine populi ſtipatus diſponebat ſe ad diſputandum contra Alexandrum Alexandriæ epiſcopum, qui tota nocte præcedenti orationibus deuotis & lachrymis diſponebat ſe ad reſiſtendum: pp quod figuratus fuit per Iudam & populum ſuum: & ſicut pars Gorgiæ fuit confuſa, ita pars Arrij ſicut dr̃ in Eccleſiaſtica hiſtoria. Per hoc autem ꝙ aliqui Iudæi dimiſerunt pro pecunia aliques de ſocijs Gorgiæ effugere: pp quod Iudas puniuit eos morte, ſignificatur, ꝙ mali Chriſtiani qui fauent infidelibus in ſua malignitate, puniuntur morte gehennæ, ſecundū illud, iii. Reg. xx. g. Quia dimi. vi. mor. di. erit anima t. pro anima illius.

Conſtituit

Et Timotheus



A a *Et Timo.* Timotheus iſte tenet Typum Hæreticorū, ſicut in ſuperiori libro dimōſtrauimus, q̄ tā p ſe quā p aliorū cōſuffragia fidē Chriſti ac ueritatē Euāgelij deſtruere ſp̄ nitunt. Sed contra iſtorū neqtiā doctores ſancti a dn̄o auxiliū petūt, ipſiq; ſpe certa de cœleſti cōfidētes adiutorio cōtra hoſtes fortiter pugnāt. Eqtes āt qnq; q in eqs apparuerūt cū frenis aureis decori, ac Iudeis ducatū p̄ſtabāt, qnq; libros legis ſignāt, qbus ad ſp̄ualē ſciētiā redactis, ac de typico velamine literæ ad ſenſum Euangelij ſp̄uali ſciētia retractis, oportuno ſolatiū ſuis p̄bēt exequutoribus, ac veros cōfeſſores Chriſti p duo p̄cepta charitatis dextra læuaq; tuētes i aduerſarios ignita ſentētiarū tela iacētes, è qbus cæcitate mētis cōfuſi, & repleti perturbatione ſenſus cadunt. Ex his āt uiginti millia & qngenti pſternunt, cū oēs q catholicæ doctrinæ, q in duobus teſtamētis eſt, & ſp̄ūſc̄ti grē cōtraria ſapiūt, ueritate vicēte ſupant atq; deijciūt. Sitr & eqtes ſexcēti cōterūt, cū ſupbia mētis eorū qua ſe p̄ualere catholicis ſperabant, ſupno nutu pfecte deſtruitur.

*Myſtice.*

B b *Timo. āt.* Quid eſt qd̄ Timotheus a Iuda ſuperatus, in Gazarę p̄ſidiū munitū cū ſuis cōfugiēs, inde maledictiones cōſiſus loci firmitate iactabat in ppl̄m, niſi qd̄ h̄etici ab unitate recte fidæi diuiſi ac ſepati, errorū ſuorū latibulis ſe cōmittētes, cōfidendo uerſutię ſuæ munimine, maledictionis uerba iactāt cōtra catholicos? Interptat. n. Timothæus bn̄ficus, ſiue magis uenefic', & Gaza, diuiſio ſiue pciſio. Sed Iudas cū ſocijs quatuor diebus p̄ſidiū obſidēs, tādē p uiginti iuuenes aīs accenſis pp blaſphemiā munitionem irrupit, turres portaſq; ſuccēdit, atq; ipſos maledicos uiuos cōcremauit. Cū doctores ſc̄ti quatuor Euangelij libris hoſtes undiq; obcludēdo, p eos q legis mādata p duo p̄cepta charitatis cuſtodiunt, illorū machinas deſtruunt, atq; ipſos igne doloris ac pniæ uiuos comburunt, ſicq; biduo duorū teſtamentorū p̄ſidiū cūctorū errorū deuaſtātes, uerū Timothæum, hoc eſt diabolū, caput oīs erroris, atq; autorem totius mali in ſua nequitia latitare uolentem, gladio uerbi Dei interficiunt.

NIC. DE LYRA.

a *Acc. quod &c.* Dimittendo effugere aduerſarios Iudæorum qui poſtea plures de Iudæis interfecerunt, & plures captiuauerunt.

Hos

uerſus eſt. Hi uero qui cū Simone erāt cupiditate ducti, a quibuſdam qui in turribus erāt ſuaſi ſunt pecunia, & ſeptuaginta milibus didrachmis acceptis, dimiſerunt quoſdam effugere. Cū autem Machabæo nunciatum eſſet quod factū eſt, congregatis principibus populi, accuſauit, ꝙ pecunia fratres uendidiſſent aduerſarijs eorū dimiſſis. Hos igitur proditores factos interfecit & confeſtim duas turres occupauit. Armis autem ac manibus omnia proſpere agēdo in duabus munitionibus pluſquam uiginti milia peremit. Et Timothæus qui prius fuerat a Iudæis ſuperatus, conuocato exercitu peregrinæ multitudinis, & congregato equitatu Aſiano aduenit quaſi armis Iudæam capturus. Machabęus autem & qui cum ipſo erant appropiante illo deprecabantur dn̄m caput terra aſpergentes, lumboſque cilicijs præcincti, ad altaris crepidinem prouoluti, vt ſibi propitius, inimicis autem eorum eſſet inimicus & aduerſarijs aduerſaretur, ſicut lex dicit. Et ita poſt orationem ſumptis armis lōgius de ciuitate procedentes, proximi hoſtibus effecti reſederunt. Primo autem ſolis ortu utrique commiſerunt, iſti quidem uictoriæ & proſperitatis ſponſorem cum uirtute dn̄m habentes, illi aūt ducem belli animum habebant. Sed cum vehemēs pugna eſſet, apparuerunt aduerſarijs de cęlo uiri quinq; in equis, frenis aureis decori ducatum Iudæis præſtātes, ex quibus duo Machabęū medium habētes armis ſuis circūſeptū incolumem cōſeruabāt, in aduerſarios aūt tela & fulmina iaciebāt, ex quo & cęcitate cōfuſi & repleti perturbatione cadebant. Interfecti ſunt autem uiginti milia quingenti peditum & equites ſexcenti. Timothæus aūt confugit in Gazaram præſidium munitum cui præerat Chereas. Machabæus autem & qui cum eo erāt lętātes, obſederūt pręſidium diebus quatuor. At hi qui intus erant loci firmitate confiſi, ſupra modum maledicębant: & ſermones nefandos iactabant. Sed cum dies quinta illuceſceret, uiginti iuuenes ex his qui cum Machabæo erant accenſi animis propter blaſphemiam uiriliter acceſſerunt ad murum, & feroci animo incendentes turres, portaſque ſuccendere aggreſſi ſunt, atque ipſos maledicos uiuos concremare. Per continuum autem biduum præſidio uaſtato Timothæum occultantem ſe in quodam repertum loco peremerunt, & fratrem illius Chéream & Apollophanem occiderunt. Quibus geſtis in hymnis & confeſſionibus benedicebant dominum, qui magna fecit in Iſrael, & uictoriam dedit illis.

b *Hos igi.* ſ. Iudæos de dicta proditione conuictos. C

c *Interfecit,* ſicut meruerant.

d *Et Timo.* Hæc eſt ſecunda pars in qua agitur de conflictu Iudæ cum Timotheo, cum dicitur: Et Timo. vt dictum eſt ſupra .viij. ca.

e *Con. ex. per.* i. Gētiū extranearū.

f *Et con. Aſia.* i. equitibus de Aſia.

g *Mac. āt &c.* Videntes quod uirtute propria reſiſtere non poterant.

h *Ap. il. de.* vt ferret eis auxilium.

i *Caput ter. aſper.* ſ. in ſignum humiliationis & afflictionis, quia ſicut dicitur Ecc. xxxv. c. Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit.

k *Ad alta.* ſ. holocauſti.

l *Crepi. prouo.* vt eorum oratio eſſet magis exaudibilis.

m *Si, lex di.* Deu. vij. a. vbi dicitur: Tradetque reges eorum in manus tuas, nullus poterit reſiſtere tibi.

n *Longi. de ciui.* ſ. Ieruſalem.

o *Proc.* non permittētes aduerſarios terram intrare.

p *Reſed.* ad aliquantulum quieſcendum, & ad bellatores ordinandum.

q *Iſti q.* i. Iudęi cōfidebant de virtute diuina: Gentiles uero de ſui ducis animoſitate, & ſic de p̄tāte humana.

r *Appe. aduer.* i. angeli in ſpēie virorum. Cætera patent vſque ibi.

ſ *Cui præe. Che.* frater Timothæi, vt patet ex litera ſequenti.

t *Sup. mo.* Iudæ & ſocijs eius.

u *Et ſe. n.* i. blaſphemias cōtra Deū.

x *Iactabāt.* i. ſupbe pronunciabant,

y *Accē. ani.* contra Deū, quas magis horrebant, quam proprium mortem,

z *Quibus ge.* fortiter. In hymnis & confeſſionibus bened. do. attribuendo ſibi totaliter victoriam.

MORALITER. D

d *Et Timo.* In pugna huius Timothæi contra Iudæos apparuerūt de cęlo quinq; uiri iu equis frenis aureis decori, quorum duo Iudā Machabæum incolumē ſeruabāt, & in aduerſarios tela iactabāt. Per hoc ſignificatur quod angeli ſancti dirigunt homines iuſtum bellum habentes, & eos adiuuant, & perſonam principis ſpāliter conſeruant & nō ſolum in campo. ſed et in refugio malorum deſtruēdo. Et per quinq; viros in adiutorio exercitus Iudæ apparentes, ſignificantur quinq; inferiores ordines angelorū. ſ. virtutes, p̄tātes, principatus, archangeli, angeli, qui ſecundum doctores noſtros mittuntur ad exequendum circa creaturas domini voluntatem.

GLO. OR. CAP. XI.

Ed pa. In priore huius hiſtoriæ libro ſcriptum eſt, quòd Lyſias commendato ſibi ab Antiocho qui cognomi-

CAP. XI.

a Sed paruo poſt tempore Lyſias procurator regis & propinquus, ac negociorū prępoſitus, grauiter fe-

NIC. DE LYRA CAP. XI.

Ed par. Hęc eſt tertia pars, in qua ponitur conflictus contra Lyſiam. Et diuiditur in duas partes: quia primo deſcribitur Lyſiæ debellatio, ſecundo, ipſius cum Iudæis fœderatio, ibi: Et quia non inſenſatus. Circa primum dicitur.

b *Lyſias procu. regis.* generaliter in regni negocijs, vt habetur capi. præceden.

c *Et propinquus.* Nam erat de genere regali

MORALITER.

a *Sed paruo poſt tempore.* In egreſſu Iudæ & ſui exercitus de



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

G gnominatus eſt Epiphanes ſiue nobilis negocio regni dimicauerit cōtra Iudæos: ubi cōmiſſo ꝓlio interfecta ſunt in exercitu Lyſię gnq; milia uirorum. Videſq; Lyſias ſuorum fugā & Iudæorum audaciam, abijt in Antiochiam ut iterū cōgregaret copias exercitus profecturus rurſum in Iudeā. Nūc aūt qa refert, qđ iterū ſub Antiocho Eupatore ueniret in Iudæam, & ibi bello infœliciter geſto fugiēs turpiter euaſerit, apparet, qđ idē Lyſias ſub utroq; rege Antiocho, hoc eſt patre & filio cōtra Iudeos pugnauerit, & in utraq; pugna a Iudæis uictus fuerit ſed tandē ſua cōfuſione coactus, ad Philippi irruptione in regnū perterritus (ſicut alibi demonſtratū eſt) pſtatiſ regi pacē facere cum Hebræis, quā tñ non conſeruauit.

*Bethſura* a Et ap. Bethſura ciuitas in tribu Iuda ſiue Beniamin fuit, & uſq; hodie Bethſura uicus eūtibus nobis ab Elia Chebron uiceſimo la pide iuxta quem fons ad radicē montis ebulliens, ab eadē in qua gignit ſorbetur humo. Et Apoſtolorum actus referunt Eunuchū candacis reginę in hoc eſſe a Philippo baptizatum. *Act. 8.*

*Myſtice* b Vt āt Ma. Quid Lyſias Iudæorum hoſtis ſæuiſſimus, q Paganorū tenet principatū q ecclēā Dei grauiſſimis infeſtant pſequutionibus ſignificet, iā dictū eſt. Is cū confeſſores Xpi grauiſſimis ſcādalis pſequitur, ac faſtu ſuperbiæ ſuæ innitēs, inani fauore ſibi ſub ſequētiū extolliſ Dei ſctūarium pphanare, & legē Dei cōculcare corde molitur, ſed in actibus ſuis ſm diſpoſitā fraudē nō pſperat: F gn potius a militibus Chriſti, q humilimis pcibus ſupnū qrunt auxiliū fugat atq; pſternit. Quibus ductor eques in ueſte cādida & armis aureis mittitur, qa ipſis mundiſsima Dei & hoīm incarnatio, ad conterendā uniuerſorū hoſtiū cōtumaciā cōcedit. cuius arma aurea, hoc eſt dicta & exēpla clariſsima atq; præcioſiſsima ſunt: nec ē ptās in cælo neq; i terra neq; ſubtus terrā, q̄ huic poſsit reſiſtere. Sed ſicut in Daniele ꝓphetica uiſione præſignatū eſt, la *Dan. 2.* pis de mōte pciſus ſine manibus, comminuit aurum, argētū, es, ferrum, & factus eſt mons magnus, q implet uniuerſam terrā, cuius regnum in æternū nō diſsipabiſ, & regnū eius pplo alteri non tradetur: comminuet & conſumet uniuerſa regna, et ipſum ſtabit in æternum. Suſcipiēt aūt regnum ſancti Dei altiſsimi, & obtinebunt illud uſq; in ſeculum & in ſeculum ſeculorum.

☞ Anno cente.

NIC. DE LYRA.

¶ *generę regali, ut habetur primo libro. iij. ca.*

a Graui. ferens de his quæ acci. *ſ. de debellatione ducum regis.*

b Exiſtimans ſe ci. qui. *ſ. Ieruſalem.*

c Gentibus habit. *Iudęis interfectis, uel inde eiectis.*

d Templum uero. *nam oblationes et omnes prouentus intendebat conuertere in lucrum regis.*

e Nuſquam reco. *ſed ſolum humanā.*

f Sed mente. *i. ſine freno rationis in ſuperbiam eleuatus.*

g Interuallo quinq; ſta. *quæ faciunt dimidium miliare, & quartam partem*

rens de his quæ acciderant, congregatis octoginta milibus & equitatu uniuerſo ueniebat aduerſum Iudæos, exiſtimans ſe ciuitatem b quidem captam Gentibus habitaculum fa c cturum, templum uero in pecuniæ quæ d ſtum ſicut cætera delubra Gentium habiturum, & per ſingulos annos uenale ſacerdotium: nuſquam recogitans Dei poteſtatem: e ſed mente effrenatus in multitudine pedi f tum, & in milibus equitum, & in octoginta elephantis confidebat. Ingreſſus autem Iu a dæam, & appropians Bethſuræ, quę erat in anguſto loco ab Ieroſolyma interuallo quin g que ſtadiorum, illud præſidium expugna b bat. Vt autem Machabæus, & qui cum eo erant, cognouerunt expugnari præſidia, cū fletu & lachrymis rogabant dominum, & omnis turba ſimul, ut bonum angelum h mitteret ad ſalutem Iſrael. Et ipſe primus Machabæus ſumptis armis cæteros adhortatus eſt ſimul ſecum periculum ſubire, & ferre auxilium fratribus ſuis. Cumque pariter prompto animo procederent Ieroſolymis, apparuit præcedens eos eques in ueſte candida, armis aureis haſtam uibrans. Tunc H oēs ſimul benedixerunt miſericordē dn̄m, & conualuerunt animis, nō ſolum homines ſed & beſtias ferociſſimas, & muros ferreos i parati penetrare. Ibant igitur prompti de cęlo habentes adiutorem & miſerantē ſuper eos dn̄m. Leonum autē more impetu irruentes in hoſtes proſtrauerūt ex eis undecim milia peditum, & equitū mille ſexcētos: uniuerſos aūt in fugam uerterūt: plures uero ex eis k uulnerati, nudi euaſerunt. Sed & ipſe Lyſias turpiter fugiēs euaſit, & qa nō inſenſat⁹ erat l ſecū ipſe reputans factā erga ſe diminutionē: m & intelligens inuictos eſſe Hebræos omnipotentis Dei auxilio innitentes, miſit ad eos, n promiſitq; ſe conſenſurum omnibus quæ iuſta ſunt, & regem compulſurum amicum o fieri. Annuit autem Machabæus precibus Lyſiæ in omnibus utilitati conſulens. Et p quæcunque Machabæus ſcripſit Lyſiæ de q Iudæis, ea rex conceſſit. Nam erant Iudæis r epiſtolæ ſcriptæ a Lyſia hunc ſi quidem modum continentes. Lyſias populo Iudęorum ſalutem. Iohannes & Abeſſalon qui miſſi ſunt a uobis tradentes ſcripta poſtulabant, ut ea quæ per illos ſignificabantur impleret. Quęcunque igitur regi potuerunt per t ferri, expoſui, & quæ res permittebat, conceſſi. Si igitur in negocijs fidem conſeruaueritis, & deinceps bonorum uobis cauſa eſ u ſe tentabo. De cæteris autem per ſingula uerba mandaui & iſtis & his qui a me miſſi x y z

G *tem ultra, nam ſtadia octo faciunt miliare. Cætera patent uſque ibi.*

h Apparuit præce. eos. *i. angelus in ſpecie hominis equitis, per haſtæ uibrationem deſignans eis uictoriam affuturam.*

i Et muros ferre para. *Hyperbole eſt: ad exprimendum magnitudinem conſtantiæ, quam conceperunt ex dicta apparitione.*

k Plures autem ex eis. *proijcientes arma ſua, ut ſic uelocius currerent.*

*Diuiſio* l Et quia. *Hic conſequenter deſcribitur ipſius Lyſiæ reconciliatio cum Iudæis. Et diuiditur in duas partes: quia primo ponitur hæc reconciliatio, ſ. do eiuſdem confirmatio, ibi, Lyſias. Circa primum dicitur.* Et quia non. *minus dicendo plus ſignificat. ſ. quod iſte Lyſias erat ualde ſenſatus.*

m Secum ip. re. *i. in animo ſuo conſiderans.*

n Factam erga ſe diminutionē. *ſui exercitus in bellatoribus, armis, tentorijs, & ſimilibus, quæ fugientes ſolent perdere.*

o Et intelli. inui. *non uirtute propria, ſed diuina.*

p Miſit ad eos, *pro pace reformanda nolens pugnare contra Deum.*

q Et regem compul. *non ui ſed precibus & conſilio, nam erat eius nutritius, ut patet primo libro. iij. cap. & eius procurator generalis, ut dictum eſt ca. præce. & ita factum fuit. ideo ſequitur.*

r Ea rex conceſ. *quæ tamen decens erat concedi pro tempore, ut patet ex litera ſequenti.*

*Diuiſio* ſ Lyſias. *Hic conſequenter ponitur reconciliationis confirmatio, & hoc per literas. Et diuiditur in quatuor partes ſecundum literas quadruplices, quæ patebunt proſequendo. Primo igitur ponitur tenor literarum Lyſiæ ad Iudæos, Et patet litera uſque ibi.*

t Quæcunque igitur regi. *bono modo.*

u Expoſui. *per literas uel nuncium, quod patet ex reſcripto regis ad Lyſiam, quod habetur in parte ſequenti, & ſic reſpondit ſibi ſicut abſenti.*

x Et quæ res permit. *Id eſt quod decens & iuſtum erat conceſſit. ſ. rex. Sic enim habetur in libris correctis.*

y Si igitur in nego. *ſ. regni.*

z Fidem concer. *i. fidelitatem.*

a Bonorum. *uobiſcum. alias: bonorum uobis cauſa eſ. quod regem pro uobis interpellando. De cæteris uero quæ rex non conceſſit.*

b Mandaui & iſtis. *quos ad me miſiſtis.*

c Et his qui a me miſſi ſunt. *ad uos.*

¶ Colloqui

MORALITER.

✻ citus de Ieruſalem, ut irent obuiam Lyſiæ, qui cum exercitu magno ueniebat ad deſtruendum Iudæam, apparuit præcedens eos quidam eques in ueſte candida haſtam uibrans, per quem ſignificatur Chriſtus, qui deſcribitur Apoc. vj. a. ſedens ſuper equum album, & exiens uincens ut uinceret. Ipſe enim eſt qui præbet triumphum ſuis fidelibus, non ſolum de inimicis inuiſibilibus, cuiuſmodi ſunt dæmones, ſed etiam de viſibilibus cuiuſmodi ſunt infideles. Per hoc autem quod Lyſias conſiderans uirtutem Dei pacem fecit cum Iudęis ſignificatur quod quando infideles conſiderant in operibus miraculoſis uirtutem Dei, ad pacem & fidem catholicam conuertuntur.



☞ a Anno ce. Mēſis ille. qui apud græ A cos dr̄ Dioſcorus, idem eſt qui & apud Latinos uocat Iunius. Huic ergo mēſi ſigna geminorū aſcribū *Gemini* tur: Vñ poeta ait: Iuni⁹ æquatos cęli uidet ire Laconas. Nā gemini. i. Caſtor & Pollux Græcæ dioſcori uocant, cui⁹ rei teſtis eſt urbs Cholcorū, q Amphio & Circio geminorū aurigis facta, ex eorum noīe Dioſcori cognominata eſt. Nam Dioſcori pleriq; aurigæ interpretātur. Sūt aūt gemini ut diximus Caſtores. Qđ āt Lyſias timore Iudeorū coactus Antiocho pſuaſit cum Iudæis pacū inire, demonſtrat hoſtes ecclīæ uirtute diuina ſæpe ſuperatos: & licet nō uolūtate, tñ neceſſitate, illi cedere: cū id qđ uolūt ad effectum pducere non poſſunt.

*Xandicus menſis* b Anno ce. Mēſis Xandicus apud Athenięſes, ipſe eſt q apud nos Aprilis nuncupaſ, & apud Hebreos Niſan: apud quos iuxta legis pceptū idē mēſis primus eſt in mēſib. anni, in quo etiam Paſca celebrāt.

NIC. DE LYRA.

¶ a Collo. uo. *Propter cōe bonum. Et ſubditur data epiſtolæ, cum dicitur.*

b Anno cente. *regni Græcorum.*

c Dioſco. *i. in Iunio. qui ſic nominatur, eo qđ ſol in illo menſe intrat ſignum Geminorū, qui Græce Dioſcori noīantur, & ab eis mēſis Iunii Dioſcorus appellatur. Sed contra dicta uidetur eſſe quod dicitur primo lib. vi. ca. qđ Antiochus Epiphanes mortuus fuit anno cēteſimo quadrageſimo nono. Hæc aūt litera data fuit poſt ei⁹ mortē. unde in reſponſione ſit ſubditur: Patre noſtro inter deos tranſlato & c. Similiter litera eius ad Iudęos data fuit anno. cxlviij. ut habetur. infra eo de ca. dicendū, qđ idē annus fuit q primo libro dicitur cēteſimus quadrageſimuſnonus, & hic cēteſimus quadrageſimuſ octauus. Nā annus aliter incipit apud diuerſos, ſicut patet qđ renouatio datæ anni, incipit in Italia a natiuitate domini, in Frācia uero ab eius reſurrectione. pp qđ illud qđ fit i pe intermedio anno domini. M.ccc.xxix. ſecūdum numerationē Frācię diceretur eſſe factū anno domini M.cccxxx. ſcđm numerationē Italię. Et ſi renouatio datę retardaretur uſq; ad feſtū oīm ſctōrū, totū tps intermediū eſſet huius cōditionis. Sic aūt fuit in ꝓpoſito, nam mortuo Antiocho Epiphane, filius eius Antiochus Eupator ſtatim regnare cœpit: & ſcđm diuerſas ãceptiones anni ille*

a ſunt colloqui uobiſcum. Bene ualete. Anno centeſimo quadrageſimo octauo Dio c ſcori menſis die uiceſima & quarta. Regis d autem epiſtola iſta continebat. Rex Antio e chus Lyſiæ fratri ſalutem. Patre noſtro in f ter deos tranſlato, nos uolētes eos qui ſunt in regno noſtro ſine tumultu agere, & re g bus ſuis adhibere diligentiam, audiuimus h Iudæos non conſenſiſſe patri meo, ut tranſ i ferrentur ad ritum Græcorum, ſed tenere uelle ſuum inſtitutum: ac propterea poſtulare a nobis concedi ſibi legitima ſua. Volentes igitur hanc quoq; gentem quietam K eſſe, ſtatuētes iudicauimus templum reſtitui illis, ut agerent ſecūdum ſuorum maiorum conſuetudinē. Bene ergo feceris, ſi miſeris ad eos, & dexteram dederis, ut cognita noſtra uolūtate bono animo ſint, & utilitatibus pprijs deſeruiant. Ad Iudæos uero re l gis epiſtola talis erat. Rex Antiochus ſena m tui Iudæorū & cæteris Iudæis, ſalutē. Si ua n letis, ſic eſt ut uolumus: ſed & ipſi bene ualemus. Adijt nos Menela⁹ dicēs, uelle uos o p deſcendere ad ueſtros qui ſunt apud nos. His ergo qui cōmeant uſq; ad diem triceſimū menſis Xandici, damus dextras ſecuritatis, ut Iudęi utantur cibis & legibus ſuis ſicut & prius: & nemo eorū ullo modo moleſtiā patiatur de his quæ per ignorantiam q geſta ſunt. Miſimus aūt & Menelaum qui r uos alloquaſ. Valete. Anno cēteſimo qua B drageſimo octauo Xandici menſis quinta decima die. Miſerūt aūt et Romani epiſto ſ lam ita ſe habētē: Quintus Mēnius & Tytus Manilius legati Romanorum, populo Iudæorū ſalutē. De his quæ Lyſias cognat⁹ regis cōceſſit uobis, & nos conceſſimus: de qbus aūt ad regē iudicauit referēdū, confeſtim aliquē mittite diligētiūs iter uos cōferentes, ut decernamus ſicut congruit uobis. Nos enim Antiochiam accedimus. Ideoq; feſtinate reſcribere, ut nos quoq; ſciamus cuius eſtis uoluntatis. Bene ualete. Anno centeſimo quadrageſimo octauo quinta decima die menſis Xandici.

C *ni ille annus cēteſimus quadrageſimuſnon⁹, & cēteſim⁹ quadrageſimuſoctau⁹ dicitur. Et codē mō in ſeqntib. ſoluatur.*

d Regis au. *Hæc eſt ſecūda pars, in qua ponitur reſponſio regis Liſiæ de negotio prædicto, cum dicitur.*

e Lyſiæ f. ſa. *Erat. n. de cognatione eius ſicut ꝑdictū eſt: pp qđ uocat eū fratrem.*

f Patre no. *Erat. n. opinio Gētiliū, qđ patres eorum in mořte transferebantur ad conſortium deorum, ſicut de bonis Chriſtianis dicimus, quod transferuntur ad conſortium angelorum.*

g Sine tu. *i. in pace uiuere.*

h Et r. *Qđ nō poſſunt niſi habeāt pacē.*

i Audi. *Sed magis uolebant ſuſtinere martyriū, ut patet p ꝑdicta ca. vi. et. vij.*

k Iudi. *i. cultū tēpli liberum, nam iam templum habebant. Cætera patent.*

l Ad I. *Hęc ē tertia pars, in qua ponitur tenor literæ regis ad Iudæos, cū dicitur:*

m Rex A. ſ. *i. collegio ſeniorū populi re gē. iū. Et dicitur ſenat⁹ a ſenes et nat⁹ qa ſenes ætate & morib. ad hoc eligebātur.*

n Si u. *i. uoluntas noſtra eſt, ut bene ſit uobis.*

o Adijt nos. *A uobis miſſus, & eſt hic alius a Menelao, qui uſurpauit ſibi ſacerdotium, ut dictum eſt ſupra ca. iiij.*

p Dicens u. *Sicut. n. dictū eſt ſupra. ca. per reges Aegypti & Syriæ multi Iudęi erāt diſperſi extra Iudæā inter idololatras habitātes. pp qđ aliqui periti in lege habitātes in Iudęa uolebant eos uiſitare, ad confirmādum eos in legis obſeruātia, petentes ad hoc ſecuritatem a rege, quam ipſe conceſſit uſque ad tempus.*

q De his q. *Hoc dicitur propter bella contra duces ſuos geſta. Et ſubditur huius literæ data, cum dicitur:*

r Anno. cxlviij. *qui correſpondet Aprili, decimaquinta. ſ. die.* D

ſ Miſe. a. *Hic cōſequēter ponitur tenor literæ Romanorū ad Iudæos, & patet litera, & eſt eiuſdē datę cū litera regis prędente. Ex iſtis patet, qđ Lyſias iſtas literas regis & Romanorū ad Iudęos pcurauit, & poſtea ſcripſit Iudæis literā ſuā. ſupra poſitam, quæ data fuit eodem anno xxiij. die mēſis Iunij: & ſic poſt illas.*

MORALITER.

✻ r Anno c. q. Hic ponuntur lræ de cōfirmatione dictæ pacis, vbi non apparet noua moralitas. iō pertranſeo.

GLOS. ORDIN. CAP. XII.

☞ *Ioppitæ* His fa. Io. & c. Ioppitæ uero iſti de qb. narrat ſcriptura, habitatores fuerūt oppidi Paleſtinæ qđ dr̄ Ioppæ: & eſt maritimū, in tribu Dā cōſtitutū. Et ut de Gētiliū fabulis aliqđ pſtringā, ibi uſq; hodie ſaxa mōſtranſ pceſſa in littore maris ſita in quib. Andromeda relegata Perſæi quondā uiri ſui ferſ liberata fuiſſe pſidio. Scđm aūt myſticū ſenſum *Myſtice* ijdem Ioppitæ qui habitātes iuxta mare Iudæis ſcādalū fecerāt, ſignificāt hæticos ꝑpe fluctus turbulēti ſeculi habitātes, qui Iudęis, hoc eſt ueris confeſſoribus Chriſti ſemp ☞ inſidiantur.

NIC. DE LYRA. CAP. XII.

*Diuiſio* His fac. *Hæc eſt quarta pars in qua deſcribitur cōflictus Iudę cū Timothæo & ſocijs eius. Et diuiditur in tres partes. qa primo huius cōflictus cauſa ponitur. ſecundo dilatio interponitur, ibi: Ioppitæ uero. tertio ꝑpoſitū reſumitur, ibi: Inde diſceſſerunt. Circa primū, primo ponitur cōtinuatio ad ca. præc. cū dicitur:*

a His fa. *ſcriptis ca. præce.*

b Iu. au. *Datis treugis & pactionib. ꝑdictis. q. d. ante non poterant uacare propter urgentia bella. Conſequenter ſubditur occaſio conflictus Iudæ cum Timotheo, cum dicitur:*

c Sed hi. *i. remanſerunt in locis circa Iudæam poſt receſſum Liſiæ.*

d Timo. *Iſte eſt alius ab illo qui. ſupra x. ca. legitur occiſus. Multi. n. duces & milites erant eiuſdē nominis, ſicut et modo.*

e Demo. ſu. *Cognomen eius eſt.*

f Et Ni. Cy. *i. princeps Cypri.*

g Non ſi. *nā inſultus faciebāt populo in extremitatib. Iudæa in abſentia Lyſiæ, ꝑpter qđ Iudas decreuit debellare ipſū.*

h Ioppitæ uerō. *Hic conſequenter ponitur dilatio conflictus Iudæ cum Timothæo propter quandam inſurgentia,*

¶ in quibus

CAP. XII.

HIs factis pactionibus Lyſias pergebat ad regem: Iudæi autem agricultu b ræ operam dabant. Sed c hi qui reſederant Timo d thæus & Apollonius Gennei filius: ſed & e Hieronymus & Demophon ſuperbus & f Nicanor Cypriaches non ſinebant eos g in ſilentio agere & quiete. Ioppitæ uero h tale quoddam flagitium perpetrarunt. Rogauerunt Iudęos cum quibus habitabant,

MORALITER.

✻ c Ioppitæ uero. Per Ioppitas



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E inſidiantur,& quoſcunq; poſſunt de eorum numero in erroris ſui foueam pertrahere ſatagunt: quaſi ſcaphas ergo Ioppitæ conſtituunt, in quib. Iudæos a littore abductos in ꝓfundū demergunt, cum hęretici dogmata iniqua cōdentes, pulchro ſermone ea adornāt. Qđ bene ſignare pōt Ioppitarū nomē.

Typicè Interpretať.n. pulchritudo, quatenus facilius ſimplices quoſq; linguæ uolubilitate decipiant, quos cum a ſtabilitate rectæ fidei abſtrahentes ſibi coadunāt, in perditionis baratrum incautos p̄cipitant. Sed Iudas typicus hoc inultum fore nō ſinit, quin potius homicidas in erroris ſui tenebris latitantes reperiens: iuſtæ ultionis excruciat uindicta: eorūq; fraudes ꝑpetuo igni debitas manifeſtans, cum ipſis autoribus prauitatis anathematis gladio recte percutit, nec eorum malitiæ uirus ulterius occultatum latere permittit.

Myſticè a *Sed cum.* Per Iamniam quæ interpretatur mare, ſchiſmaticorum cōciliabulum, qui ſp̄ in tempeſtate ſunt, intelligi pōt. Sciſma ergo (ut qdam uolunt) ab ſciſſura animorum eſt uocatū. Eodem.n. cultu, eodē ritu credit ut cæteri, ſolo congregationis delectať diſſidio. Fit aūt ſchiſma cum dn̄t oēs, nos ſanctificamus immundos, & cętera ſimilia. Cognoſcit Iudas Iamnitas pari modo facere, vt Ioppitę: machinari inſidias Iudæis ſecum habitantib. cum doctores ſancti dolū ſchiſmaticorū, fraudi hæreticorum ſimilem comperientes, deceptionem ab eis metuūt fidelium, contra quos bellum mouent, & in tenebris ſuperſtitionis eos inuenientes, ſimul cum machinis eorū per ignem excōicationis exurūt, ita ut incendium eorū appareat Ieroſolymis .i. ut eorum erroris manifeſtareť damnatio oīb. cultorib. veræ religionis. uñ

F & Paulus ſcribit ad Timothæū, ac
2.Tim.3.a inſipientium errores manifeſtando ait: Hoc aūt ſcitote, qđ ī nouiſſimis dieb. inſtabunt tp̄a periculoſa, & erūt hoīes ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, parentib. inobedientes, ingrati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, criminatores, incontinentes, immites, ſine benignitate, ꝓditores, ꝓterui, timidi uoluptatum amatores magis q̃ Dei: habentes qdem ſpeciem pietatis, uirtutem aūt eius abnegantes, & hos deuita. Ex his.n. ſunt qui penetrāt domos, & captiuas ducunt mulierculas, oneratas peccatis, quæ ducūtur uarijs deſideriis, ſp̄ diſcētes, & nunq̃ ad ſciētiam veritatis peruenıētes: quēadmo-
Ibidem.b dum Iamnes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & iſti reſiſtunt ueritati, homines corrupti mente reprobi circa fidem: ſed ultra non proficient. Inſipientia.n. eorum manifeſta erit oībus ſicut & illorum fuit. Similiter & princeps apl'orum commonens dolum
1.Pe.3.d nefandorum hoīm præcauendū, ad fideles ait. Vos ergo fratres præſcientes cuſtodite vos, ne inſipiētium errore tranſducti, excidatis a propria firmitate. Creſcite uero in gratia, & cognitione dñi nr̄i: ipſi glīa & nunc & in die æternitatis Amen.

b *Inde cum* Arabes qui interpretanť humiles ſiue occidentales, pñt eos ſignare qui mundanam atq; ſecularē ſapīam diligunt, quæ merito humilis & occidentalis dř, qa uerā ſapīam quæ de celeſtib. uenit, imitari neſcit. Huic ergo intenti cōtra Iudam & ſocios eius cum quinq; milib. uirorum & equitib. quingentis cōfligunt, qa carnis ſenſib. ac ſtudijs impliciti, oē qđ eis per doctores ſanctos ſpiritalis ſenſus ingerit, quaſi cōtrarium ac ꝓphanum eſſe vř: vñ & rebellare eis contendunt. Sed clareſcente ueritate deuicti, ac conſtantia ſctōrum p̄dicatorum ſuperati, ſibi dextras dare petunt, ita ut errores ſuos relinquentes, catholicę fidei unitatē appetant, ſeq; confeſſorib. Chriſti aſſociare deſiderent. Quib. ſpiritalis Iudas uidens eos in multis utiles fieri poſſe, ꝓmittit pacē, dat dextras, & illæſos abire ꝑmittit. qa ſæpe tales qui philoſophia mūdi imbuti fuerant, cum ad fidē Xp̄i conuertunť ad deſtruendam ſtultitiam atq; errorē Gentilium, aptiores atq; habiliores fiunt, & cum eis uerbum fidei pleniter p̄dicatum fuerit, utraq; armatura in-

G ſtructi, contra ꝑfidiā fortius pugnant. Hinc Salomon in ædi-
3.Reg.5.b ficationē templi, Hirā regis Tyri ad cędenda ligna de Libano auxilium petit: qa in hac arte doctiores erāt ſerui Hirā ſeruis ſuis: ſed nō per ſe ipſi ſoli huic operi inſtabant, quinetiam
†aſſociatis † aſſociati ſeruis Salomonis, ſtrenue ac decenter illud perficiebant. Cuius rei figura in promptu eſt: quia nimirum apoſtoli certius uerbum Euāgelij quod a domino audiere nouerunt. Sed Gentiles ab errore cōuerſi, atq; ad ueritatem Euangelij per eoſdē apl'os transformati, melius ipſos Gentiū errores nouerant: & quo certius nouerunt, eo artificioſius eos expugnare atque euacuare didicerunt.

Myſticè c *Aggreſſus eſt &c.* Ciuitatem hāc ſub cuius munitione plurimę turbæ diuerſarum Gentium conuenientes, habitauerūt, nihil melius quā mundi iſtius potētatum ſignificare arbitror: ſub cuius dñationem diuerſæ adierunt Gentes, vt ſub eorum defenſione corporaliter tuerentur, carniſq; ſuæ libitu fruerentur. Hmōi ergo conuentus confiſus in ſtabilitate murorum, maledictis laceſſerunt Iudam ac blaſphe- ☞ mantes

aſcendere ſcaphas, quas parauerant, cū uxoribus & filijs, quaſi nullis inimicitiis inter eos ſubiacentibus. Secundum cōe itaq; decretum ciuitatis, & ipſis acquieſcentibus, paciſq; cauſa nihil ſuſpectum habētibus, cū in altum proceſſiſſent ſubmerſerunt non minus ducentos. Quam crudelitatem Iudas in ſuæ gentis homines factam, ut cognouit, præcepit uiris qui cum ipſo erāt, & inuocato iuſto iudice Deo, uenit aduerſus interfectores fratrum, & portum quidem nocte ſuccendit, ſcaphas exuſſit, eos autem qui ab igne refugerant gladio peremit. Et cum hęc ita egiſſet, diſceſſit quaſi iterū reuerſurus, & uniuerſos Ioppitas eradicaturus. Sed cum cognouiſſet, & eos qui erant Iamniæ uelle pari modo facere habitantibus ſecum Iudæis, Iamnitis quoq; nocte ſuperuenit, & portum cum nauibus ſuccendit, ita ut lumen ignis appareret Ieroſolymis ab ſtadijs ducentis quadraginta. Inde cum iam abiſſent nouem ſtadijs, & iter facerent ad Timothæum, cōmiſerunt cum eo Arabes quinq; milia uiri & eq̄tes quingenti. Cumq; pugna ualida fieret, & auxilio Dei proſpere ceſſiſſet, reſidui uicti Arabes petebant a Iuda dextras ſibi dari, promittentes ſe paſcua daturos, & in cæteris profuturos. Iudas autem arbitratus uere in multis eos utiles, promiſit pacem, dextriſq; acceptis diſceſſere ad tabernacula ſua. Aggreſſus eſt autem ciuitatem quandam firmam, pontibus &

H

NIC. DE LYRA.

¶ *in quibus Iudas fuit occupatus: & primū fuit flagitium Gentilium in Ioppe habitantium, cum quibus habitabant multi Iudæi, quorum Ioppitæ plures ſubmerſerunt proditioſe, facientes eos aſcendere nauiculas ſub ſpecie pacis & amicitiæ, ad uidendum ludū quem debebant in mari exercere, quod flagitium voluit Iudas ante omnia uindicare. Et patet litera paucis exceptis.*

a Aſcendere ſca. *i. paruas nauiculas.*

b Quas parauerant. *Ioppitæ.*

c Cum uxoribus & filijs. *Iudæorum.*

d Secundum co.it.de. *Decreuerant.n. Ioppitæ latenti dolo Iudæos ſic ſubmergere.*

e Sed cum cogno. *Hic conſequenter ponitur uindicta de Iamnitis, qui ſimilem dolum uolebant facere. Et patet litera vſque ibi:*

f Ab ſtadijs ducentis qua. *Faciunt autem octo ſtadia vnum miliare, & ſedecim unam leucam.*

g Inde cum iam ab. *Hic conſequenter ponitur aliud impedimentum ſeu dilatio conflictus Iudæ cum Timothæo per Arabes mouentes in uia bellum contra Iudam & ſocios eius. Et patet uſque ibi:*

i Promittentes ſe paſ.dat. *Terra.n. illorum erat multum paſcualis, & Iudæi prope illam terram habitantes habebant plura animalia: & ſic pax cum illis utilis erat Iudæis.*

k Diſce.ad ta. *ſ. Arabes qui non habitabāt in ciuitatib. ſed in tētorijs.*

l Aggreſſus eſt au. *Hic ponitur alia dilationis cauſa ex obſidione cuiuſdā ciuitatis nociuæ Iudæis, cuius nomen erat Caſphin, & patet uſq; ibi:*

¶ Remi.

MORALITER.

✱ tas, qui pulchri ſeu decori interpretatur, quidam hæretici qui magnam ſanctitatem exterius prætendunt, ſignificantur, qui per uerba dulcia incautos ad ſe trahunt, & ſic eos in errorem damnabilem demergunt. Per hoc autem, ꝙ Iudas eos ſuccendit, ſignificatur, quod iſti hæretici igne gehennæ ſunt concremandi.

e *Sed cum co.* Per Iamnitas qui marini interpretantur. ſchiſmatici qui ſunt in tumultu tanquam in mari, ſignificantur, & ipſi ſimulātes quod zelo iuſtitiæ moueantur incautos ad ſchiſma ſuum trahere nituntur, & per hoc incauti aliquando decipiuntur.

h *Cumq; pug.ua.fi.* Per iſtam pugnā inter Arabes & Iudęos, ſignatur diſputatio inter doctos Gentiles, & catholicos, & cum rōnib. & ſcripturis ſuperantur, ad fidem & pacem catholicam conuertūtur, & vtiles eccleſiæ efficiuntur, ſicut patet de Aug. & multis alijs.

l *Aggreſſus eſt autem in ci. qua.* Per quam figurata fuit Ieruſalem, quā dux Godefridus cum exercitu Chriſtiano uiriliter aggreſſus fuit, & eam comprehendēs magnam ſtragem Saracenorum fecit, intantum qđ ſanguis effuſus ferę uſq; ad ęquorum genua attin-

✱ geret, vt dicitur



☞ mantes loquebantur ea quæ fas non erat: cum diuerſæ perſo-
A næ hominum fauentes adulationi principum, eorumq; bñficijs gaudētes cōtraria facere ſanctis p̄dicatorib. atq; idola laudantes, verba blaſphemiæ contra ipſam diuinitatem iactauerunt. Iudas ergo inuocato mundi principe, per ipſius adiutorium cepit ciuitatē: qa ſancti doctores partim orōnib. partim ēt dogmatib. contra aduerſarios ſuos conflixerunt, donec ipſos Dei uerbo per dñi uoluntatem captauerunt principes: ſicq; inenarrabiles cædes cōficiebāt hoīm, non ut interitu æterno funditus perirent, ſed ut mundo morien-
Act.10.b tes, Chriſto fęlicius uiuerent. Hmōi quoq; cædes Petro in actib. apl'orū iuſſum eſt cōficere, qñ uas illud myſticū quatuor initijs ſummitti de cælo in terram in eſtaſi conſpexerat, in
Ibidem. quo erant oīa quadrupedia & ſerpē-
Ioſ.6.c tia terræ & uolatilia celi: & dictū eſt ei: Surge Petre, occide & manduca. Aīalia ergo illa oēs Gentes ſignabāt errorib. immundas, ſed in noīe ſanctæ trinitatis ſacro baptiſmate mundandas, quæ hoīs imaginē relinquētes, per imitationē beſtiarū & ſerpētiū ſumpſere figuras, quos iubet uox illa cæleſtis Petro occidere & māducare: qa illum occidere in Gentib. id qđ fuerant, & facere eos id qđ ipſe erat p̄cipiebat. Qui.n. māducat cibū foris poſitum, in ſuū corpus traijcit. Præcepit ergo vt nationes per incredulitatem añ fores poſitę, interfecta p̄terita uita (ſocietati eccl'iæ quam ſignat Petrus) inſeranť. Iuxta qđ de ſe
Gal.2.d ipſo ap'ls Paulus ait: Ego.n. per legē legi mortuus ſum, vt dño uiuā Chri-
Ibidem. ſto. Et item: Viuo aūt iam nō ego: uiuit uero in me Chriſtus. Nec illud
B ēt ſine myſterio eſt qđ adiacens ſta-
†infectū gnum pp̄ cędes hoīm †confectū ſanguine fluere videbať, qa ſanguinis effuſio cruētę uitæ amiſſionē ſignat. Quaſi ſanguine aqua infecta fluere vř, cum in baptiſmatis ſacro, ubi peccato fideles moriunť, ſanguinolenta opera, & carnalis uitæ ſordes ablui
Col.3.b cognoſcuntur, qñ exuitur vetus homo cum actib. ſuis, & induitur nouus qui ſecūdum Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate ueritatis.

a *Et ue.in Ca.* Audiui quendam Hebræum diſſerentem Tubianæos Iudæos illos nūcupari, qui ex alienigenis conuocati in adiutoriū Iudæ uenerunt, & dictos Tubianæos quaſi alienis tubis conductos.

b *Doſithe.&c.* Iſti duo duces, hoc eſt Doſitheus & Soſipater, ſanctos prædicatores deſignant, qui uiri Machabæi diſpoſitione, hoc eſt fortiſsimi
Pſal.23.b p̄liatoris, de quo in Pſalmo ſcriptū eſt: Dñs fortis & potens in p̄lio: contra oēs errores ꝑfidorū belligerare deſignātur. Qui apte binario numero notanť, qa duorum teſtōrum ſpiritali ſcia ſatis inſtructi, prælium dñi rite conficere noſcuntur. Hi ergo a Thimothæo relictos in præſidio decem milia uirorum interimunt, cum ſocios hęreſiarcharum ad tuendam nequitiam ſuam, ab ipſis conſtitutos legi Dei contraria ſentiētes, per eiuſdem legis autoritatem atq; ſeueritatem ſpiritali gladio iuſte interficiūt.

Quæſtio c *Iudas au. uehem.* Quærit quomodo Timothæus hic narretur ob precum ſuarum humilitatem a Iudæ ducib. viuus dimiſſus, eo quod multorum ex Iudæis parentes haberet ac fratres, quos morte eius decipi cōtingeret, ſi ipſe eſſet occiſus, & paulo ante narrať, qđ ipſe fuiſſet in Gazarę p̄ſidio a Iudæ militib. perēptus? Si.n. ibi tūc fuiſſet occiſus, nullo mō tunc hic uiuus eſſet dimiſſus. Qđ haud aliter (ni fallor) ſolui pōt, niſi qđ aut ibi per anticipationē dicať oc-

C ciſus, aut alius ille Timothe' intelligať q in Gazarę p̄ſidio eſt interfectus, & alius iſte qui per Doſitheū & Soſipatrē legitur dimiſſus. Quòd aūt Iudæ duces conſiderātes fratrū utilitatē, ac ſuorū redēptionē, Timothęo pepercerunt, oñdit, qđ aliqñ cū errantib. mitius eſt agendum: Nō dico, vt eorum cōſentiatur iniqtati, ſed pietate paterna conſulatur illorum infirmitati, & maxime in illis locis, vbi fructus aliqs de errātiū cōuerſione ſperať, quatenus māſuetudine eccl'iaſtica ꝓuocēť a diaboli laqueis effugere, & cōuenire ad catholicā libertatē. Vñ in Aphricano cōcilio de Donatiſtis Hr̄ticis cōſtitutū eſt, ut leuius cū eis agereť, vbi ita ſcriptū eſt: Pertractatis & cōſideratis oīb. q̃ utilitati eccl'ię cōuenire videbanť, annuēte atq; admonēte ſpū Dei, elegimus cū memoratis hoībus q̄uis de dñici corpis vnitate ingeta diſsēſione p̄ciſis, leniter & pacifice agere. vt q̄tū in nobis eſt, oībus qui eorum cōione & ſocietate irretiti ſunt, per uniuerſas prouincias Aphricanas penitus ☞ innoteſcat,

muris circumſeptam, quæ a turbis habitabatur Gētium promiſcuarum, cui nomen Caſphin. Hi uero qui intus erāt confidentes in ſtabilitate murorum & apparatu alimoniarum, remiſſius agebant, maledictis laceſſentes Iudam, ac blaſphemantes, & loquētes quæ fas non eſt. Machabæus autem inuocato magno mundi principe, qui ſine arietibus & machinis †temporibus Ieſu pręcipitauit Iericho, irruit ferociter muris, & capta ciuitate per domini uoluntatem, innumerabiles cædes fecit, ita ut adiacens ſtagnum ſtadiorum duorum latitudinis, ſanguine interfectorum fluere uideretur. Inde diſceſſerunt ſtadia ſeptingenta quinquaginta. Et uenerunt in Caracha ad eos, qui dicuntur Tibianæi, Iudæos: & Timothæum quidem in illis locis non comprehēderunt, nulloq; negotio perfecto regreſſus eſt, relicto in quodam loco firmiſſimo præſidio. Doſitheus autem & Soſipater, qui erant duces cum Machabæo, peremerunt a Timothæo relictos in præſidio decem milia uiros. At Machabæus ordinatis circum ſe ſex milibus & conſtitutis per cohortes, aduerſus Timothæum proceſſit habentem ſecum centum uiginti milia peditum, equitumq; duo milia quingentos. Cognito autem Iudæ aduētu Timothæus præmiſit mulieres & filios, & reliquū apparatum in præſidium quod †Carmon dicitur. Erat autem inexpugnabile, & acceſſu difficile propter locorum anguſtias. Cumque cohors Iudæ prima apparuiſſet, timor hoſtibus incuſſus eſt ex præſentia Dei, qui uniuerſa cōſpicit, & in fugam uerſi ſunt alius ab alio, ita ut magis a ſuis deijcerentur, & gladiorum ſuorum ictibus debilitarentur. Iudas autem uehementer inſtabat puniens prophanos, & proſtrauit ex eis triginta milia uirorum. Ipſe uero Timothæus incidit in partes Doſithei & Soſipatris, & multis precibus poſtulabat ut uiuus dimitteretur, eo quòd multorum ex Iudæis parentes haberet ac fratres, quos mor-

NIC. DE LYRA.

¶ a Remi.age. *Quaſi parū curātes de obſidione, reputātes inexpugnabilē ciuitatē.*

b Et loqu.quæ &c. *ſ. blaſphemias contra Deum Iudæorum.*

c Tempo.Ie. *i. Ioſue. qui alio nomine dictus eſt Ieſus Naue.*

d Præc.I. *Vt habetur Ioſ.vi. Cætera patēt.*

e Inde di. *Hic reſumitur qđ ſupra ꝓpoſitum fuit de conflictu Iudæ cum Timothæo. Et primo ponitur conflictus contra Timothæū. Secundo debellatio cuiuſdā ciuitatis aduerſariæ Iudæorū, ibi: Poſt horū fugam. Circa primū ponitur Timothæi inſequutio, cū dicitur:* Inde di. *ſ. Iudas et exercit' ei'.* Diuiſio. D

f Vene. in ca. *credentes inuenire Timothęum in locis illis.*

g Ad e.q.di. *Secundum glo. erant quidam populi cum Iudæis fœderati, & inde dicebantur Iudæi Tibianæi quaſi Tubianæi .i. aliena tuba uocati ſeu conducti.*

h Regreſ.eſt. *ſ. Timothæus.*

i Reli.in q. *i. multitudine armatorum ad reſiſtendum Iudæis. Cætera patent uſq; ibi:*

l Timothæ.pr. *Quia de facili ab aduerſarijs capiuntur.*

m Timor ho.in.eſt &c. *& nō ex magnitudine uel fortitudine exercitus Iudę Machabęi.* †Carnion

n Ita ut ma. *Sicut contigit in exercitu Zebee & Salmana, Iudicum. vij. & viij. & in ſtatione Philiſtinorum. 1. Reg.xiiij.*

o Iudas a.in. *fugientes perſequendo.*

p Ipſe ue.ti.in.pa.do. *i. in illam partem exercitus quam regebant. Et ceperunt eū uiuū.* Et multis precibus poſtulabat &c. *allegans quod ſubditur:*

q Eo quòd mul.ex Iu.pa.ha.a.fr. *in ſuis uinculis detentos*

r Quos morte ei. *i. occidi in uindictam mortis eius. Cætera patent.*

¶ Poſt horum.

MORALITER.

✱ geret, vt dř in hiſtoriali ſpeculo Vincentij, ſicut in hac ciuitate ſcribitur hæc effuſio magna ſanguinis fuiſſe.

k *Doſitheus au.&c.* Per iſtos duos duces ſignificantur eccleſiæ prędicatores, qui charitate conbinati magnam ſtragē faciunt de aduerſarijs Chriſti eos occidendo a priſtina mala uita: de qua occiſione dictum fuit Petro Act.x.b. Surge Petre, occide & manduca. de cōuerſione Cornelij & eorum qui cum eo erant, a Gentilitate ad fidem Chriſtianam.

p *Ipſe u.ti.* Per hoc autem qđ iſte licet eſſet idololatra peſſimus, tñ fuit viuens dimiſſus, ne Iudæi quos tenebat captiuos, occiderenť, oñditur qđ mala minora permittenda ſunt, ut maiora euitentur.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

innoteſcat, quā miſerabili errore deuicti ſunt, ne forte ſicut dicit Apl's, nobis in māſuetudine corripientib diuerſa ſentientes, (Eph. 4.a) det illis Deus pniam ad cognoſcēdā ueritatē, & reſipiſcāt de diaboli laqueis capriuati ab ipſo in ipſius uoluntatem.

(Myſtice) a *Iudas an. re.* Diximus in prioris libri expoſitione, ubi de Timothæo tractatum eſt, qđ eius exercitus ſigñaret turbam hæreticorū, ſimiliter & de Ephron urbis habitatorib. qđ illos figuraliter exprimerent qui ritum Iudaiſmi tpib. gratiæ ſequi exiſtimauerūt, vt fuerūt ipſi Iudæi & Ebionitæ Hæretici, & cæteri qui cum Euāgelio legis ceremonias ſeruare uolebant. Sed qa iſti carnaliter ſentientes ſpūalem ſciam diſcere nolebant, nec intelligere poterant, qđ finis legis eſt (Rom. 10.a) Chriſtus ad iuſtitiam oī credenti, Iudæo.ſ.atq; Gētili. iō uiginti quinq; milia ꝓſtrata in bello Ephronitico legūtur, ſicut in illo bello qđ in Carmon (1. Cor. 3.d) confectum eſt, qa ſapīa huius mundi ſtultitia eſt apud Deū, & prudētia carnis mors eſt. Litera. n. occidit, ſpūs aūt uiuificat. (1. Cor. 3.b) Vñ ibidem per Paulum dr̄: Stultā fecit Deus ſapīam huius mundi. (1. Cor. 1.c) Et iterum: Aīalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpūs Dei. (Ibidem. 2.d) Stultitia. n. eſt illi, & non pōt ea intelligere quæ ſpūalr̄ examinanī. (Iac. 3.d) Hinc Iacobus apl's ſcribens ad diſperſos ait: Quòd ſi zelū amarum hētis, & contentiones in cordib. ueſtris, nolite gloriari, & mēdaces eſſe aduerſus ueritatem. Non eſt iſta ſapīa deſurſum deſcendens a patre luminum, ſed terrena, aīalis & diabolica. (2. Pet. 2.d) Cuius ſectatores princeps apl'orū fontes ſine aqua, & nebulas turbinib. exagitatas appellat, qb. caligo tenebrarum reſeruaī: Sunt. n. uanitates loquētes, pelliciunt in deſiderijs carnis luxu F riæ eos qui paululū effugiūt, qui in errore conuerſantur, libertatē illis ꝓmittentes, cū ipſi ſerui ſint corruptionis. Iudas. n. cum ſuis vſquequaq; hoſtiū turbas ſtrauit. & uictoriam habuit, qa doctores ſancti veritatis aſſertores, & uniuerſi erroris expugnatores, diuina ope adiuti, vbiq; de hoſtibus ſuis trophæum uictoriæ capiunt. Vñ dicere cum Paulo pñt: Deo aūt gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu, & odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco.

(Myſtice) b *Inde ad ci.* Scythopolitæ qui Iudęos benigne tractantes, pro beneficijs ſuis a Iuda gratiam & laudem promeruerunt, ſigñant eos qui per doctores ſanctos & cōfeſſores rectæ fidei recipiūt, & ſolatijs corporalibus pro uirib. adiuuant, quorum merces in uacuum (Mat. 10.c) non peribit. maxime cum dñs in Euāgelio de talibus ad apl'os dicat: qui recipit uos, me recipit: & qui recipit prophetam in noīe prophetæ mercedem prophetæ accipiet: & quicunq; recipit iuſtum in noīe iuſti, mercedē iuſti accipiet: & quicumq; potum dederit vni ex minimis iſtis calicem aquæ frigidæ tm̄ in noīe diſcipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam. (3. Ioan. b.) Vñ & Iohannes ſcribens ad Gaium in epiſtola ſua, ait: Chariſſime, fideliter facis qdqd operaris in fratres: & hoc in peregrinos qui teſtimoniū reddiderūt charitati tuæ in conſpectu ecclīæ: quos benefaciens deducis digne Deo, qui pro noīe eius ꝓfecti ſunt, nihil accipientes a Gētib. Nos ergo debem⁹ ſuſcipere hmōi vt cooperatores ſimus ueritatis. (1. Cor. 16.a) Sic & Paulus hmōi laudauit ſcribens ad Corinthios: Obſecro frēs noſtis domū Stephanæ & Fortunati, qm̄ ſunt primitiæ Achaiæ, & in miniſterium ſanctorum ordinauerūt ſe ipſos, vt & uos ſubiecti ſitis hmōi, & oī cooperanti & laboranti. Gaudeo aūt in pñtia Stephanæ & Fortunati & Achaici, qm̄ id qđ uobis deerat, ipſi ſuppleuerunt, refecerunt. n. ſpiritum noſtrum & ueſtrum. Cognoſcite ergo qui hmōi ſunt.

(Myſtice) c *Et poſt Pen.* Gorgias præpoſitus Idumeæ bene pōt typum gerere diaboli, qui rubea atq; ſanguinolenta ſemper delectatus conuerſatione, ſpeciem tñ aliqñ uirtutum ſimulat, licèt ipſe per uitia ſedulo contra uirtutes pugnet, unde ſimplices quoſlibet de fidelium numero aſtu deludens interficit, ſed tñ uictoria diuturna non ponitur, quin potius per ducatum ueri Iudæ militib. ipſius dñm inuocantib. adiutorem, ac precibus atq; hymnis inſiſtentib. pars aduerſa timore confuſa in fugam uertitur, & totius triumphi honor ueris Dei cultorib. tribuitur. G unde Petrus ſcribens ad credentes in epl'a ſua ait. (1. Pe. 5.b) Humiliamini igiī ſub potēti manu Dei, ut uos exaltet in tpe uiſitationis, oēm ſollicitudinem ueſtram proijciētes in eum, qm̄ ipſi cura eſt de vobis. Sobrij eſtote & uigilate, quia aduerſarius ueſter diabolus tanq̄ leo rugiens circūit quęrēs quem deuoret, cui reſiſtite fortes in fide. (Iaco. 4.b) Hinc & per Iacobum dr̄: Reſiſtite diabolo, & fugiet a uobis. Quòd uero Doſitheus Gorgiam uolebat capere uiuum, ſed nō poterat qa humero eius amputato hoſtis de manibus eius euaſit. hoc per figuram oſtendit, quia nō humana fortitudine, ſed ope diuina hoſtis antiquus uincitur. Nam qui propria uirtute cum Pelagianiſtis confidens uictoriam ſe adipiſci poſſe ſperat de diabolo, is profecto non hoſtem uincit, ſed nec ſanitatis ſuæ ſtatum illęſum cuſtodit.

*Sequenti*

te eius decipi eueniret. Et cum fidem dediſſet reſtituturū ſe eos ſecundum conſtitutū, illęſum eum dimiſerunt a propter fratrum ſalutem. Iudas autem regreſſus eſt a †Carmon interfectis uiginti quinque milibus. (†Carnion) Poſt a horum fugam & necem mouit exercitum ad Ephron ciuitatem munitam, in qua multitudo diuerſarum Gentium habitabat, & robuſti iuuenes b pro muris conſiſtentes fortiter c d repugnabant. In hac autem machinæ e multæ, & telorum erat apparatus. Sed cum omnipotētem inuocaſſent, f qui poteſtate ſua uires hoſtium confringit, ceperunt ciuitatem, & ex eis qui intus erant, uigintiquinque milia proſtrauerunt. Inde ad ciuitatem g Scytharum abierunt, quæ ab Ieroſolimis ſexcentis ſtadijs aberat. Conteſtantibus autem his qui apud Scythopolitas erant Iudæis, quòd benigne ab eis haberentur, etiam tēporibus infœlicitatis quòd modeſte ſecum egerint, gratias agentes eis, & exhortati etiam de cætero erga genus ſuum benignos eſſe, uenerunt Ieroſolymam die ſolenni ſeptimanarum h inſtante. Et c poſt Pen- i tecoſten abierunt contra Gorgiam præpoſitum Idumæę. Exiuit autem cum peditibus tribus milibus & equitibus quadringentis. Quibus congreſſis contigit paucos ruere Iudæorum. Doſitheus uero quidam k de Bachinoris eques uir fortis Gorgiam tenebat, & cum illum uellet capere uiuum, eques quidam de Thracibus irruit in eum, humerumque eius amputauit, atque ita Gor- l gias effugit in Mareſa. At illis qui m cum Eſdrin erant, diutius pugnantibus & fatigatis, inuocauit Iudas n

## NIC. DE LYRA.

¶ a *Poſt ho. fu. Hic conſequenter deſcribitur captio cuiuſdam ciuitatis, quæ multa mala fecerat Iudæis.*

b *Et robu. iu. de ciuitate.*

c *Pro mu. defendendis.*

d *Conſi. forti. re. exercitui Iudæ. Et ſubditur repugnandi facultas, cum dicitur.* H

e *In hac autem. quibus poterant inuadentes repellere.*

f *Sed cum o. Ex quo patet quod ciuitas illa nō fuit capta uirtute humana ſed diuina.*

g *Inde ad ci. cuius habitatores erant beneuoli Iudæis, licèt eſſent Gentiles, propter qđ Iudas eis regratiando pertranſiit, rogando ut eſſent beneuoli de futuro, ſicut fuerant de præterito, & ſic patet litera uſque ibi:*

h *Die ſo. ſe. i. die Pentecoſtes quæ enumeratis ſeptem hebdomadibus plenis ab altero die ſabbati, in quo obtulerunt manipulum primitiarum, ꝓcipitur celebrari Leu. xxiij.*

i *Et poſt Pen. Hæc eſt pars quinta, in qua deſcribitur bellum contra Gorgiam, & primo ponitur hæc pugna, ſecundo de Iudæis mortuis cura, ibi, Et ſequenti die. Circa primū patet litera vſq; ibi: Contigit paucos ruere Iudæorū. Cuius cauſa ponitur infra eo. ca.* (Diuiſio)

k *Doſi. ue. qui. Dicunt aliqui quod Bachinori erant Gentiles confœderati Iudæ uel ab eo conducti: ſed melius uidetur ꝙ fuerunt Iudæi a ciuitate unde erant ſic nominati.*

l *Atque ita Gor. nomen eſt fortalitij.*

m *At illis qui cum eſ. e. Iſte Eſdrin fuit de ſocijs Gorgię, et remāſit in bello ipſo fugiēte.*

n *Et fatigatis. ſcilicet ſocijs Eſdrin, vt dicunt aliqui. Sed melius videtur dici de*

## MORALITER.

* a *Poſt ho. fu. & ne. m. exer. ad Ephron.* quæ interpretatur puluis mœroris. ideo per ipſam ſignificatur mūdana uanitas, quæ ut puluis euaneſcit, & ad inferni mœrorem deducit. Hæc tamen ciuitas Dei operatione capitur, quando quis a mundana vanitate ad humilitatem veræ pęnitentiæ conuertitur.

g *Inde ad ci.* Iſtis qui beneuoli erant Iudæis, Iudas & eius ocij gratias egerunt, quia ſicut ad bonum principem pertinet aduerſarios impugnare, ſic ad beneuolos agere grates, & amicitiam conſeruare.

i *Et po. Pe. ab. co. Go. pr. Id. &c.* quæ terrena interpretatur. ideo per eius præpoſitum diabolus ſigñatur, qui licet gladio materiali non vincatur, tamen hymnis & orationibus effugatur. Mat. ix. d. Hoc genus dæmoniorum non eijcitur, niſi oratione & ieiunio.

* *Et ſequenti die*



a *Sequenti die* Hi qui ab hoſte pp idololatriam occultam pro A ſtrati ſunt, quos melius ſignificant, quam eos, qui ſe in ſecreto cordis per cupiditatem atq; auaritiam contaminant. Quaſi de idolorum donarijs ſub tunica geſtant, qui virtutum opera cauſa cupiditatis terrenæ ſeu ambitione humanæ laudis foris agitāt: ſed ſub velamine pietatis, dolum nequitię intus celant: Tales merito ab hoſtibus proſternuntur, quia virus doli quod coram aſpectu hoīm latuit, interni iudicis intuitum non fefellit. Quod autem cupiditas atque auaritia idololatria ſunt, oſtendit Paulus dicens: (1. Tim. 6.b) Radix omnium malorū eſt cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. (Eph. 5.b) Et iterū. Hoc aūt inquit ſcitote intelligentes, qđ oīs fornicator aut immūdus aut auarus, qđ eſt idolorū ſeruitus, non habet hæreditatē in regno Chriſti & Dei: pp hæc. n. venit ira Dei in filios diffidentiæ. Cōtra hoc uitium Saluator humanis mentibus medicari volens, in Euāgelio docet dicēs: (Matt. 7.a) Attēdite ne iuſtitiā veſtrā faciatis corā hoībus, vt videamini ab eis: Alioq mercedē non habebitis apud patrē ueſtrū, qui in cœlis eſt. (Luc. 12.b) Et item: Videte inquit, & cauete ab oī auaritia, qa non in abūdantia cuiuſquā uita eſt ex his, q̄ poſſidet. Myſticus Iudas militibus ſuis pp ſimulationem caſum euenire conſiderans, non deſerit eos ſed paterna pietate cōſulit, tam precibus pro peccatis eorū interueniēdo, quam ēt uerbo p̄dicationis atq; exhortationis errorē illorū corrigēdo, quatenus pietatis cultui iterum reſtituti, cautius deinceps ſe obſeruent, ne ſimili ruina iterum in deterius (Ioan. 5.e) cadant, iuxta illud Euangelicum: Ecce ſanus factus es, noli ultra peccare, ne B deterius tibi aliquid contingat.

b *At ve. for. &c.* Quod uero poſt exitū vitæ pñtis pro fideliū pctīs exorādum ſit, & eleemoſynarum opus agendum, quatenus hi pro quorum remedio res agiī a peccatis ſoluanī, & p̄ſens locus oſtēdit, (Mat. 12.a) & in Euangelio dñs vbi de ſpirituſſancti blaſphemia diſputauit, irremiſſibile peccatum illud eſſe oſtendēs ait. Qui dixerit uerbum contra ſpiritū ſanctū, nō remitteī ei neq; in hoc ſeculo neq; in futuro. Cū. n. dixerit unū illud irremiſſibile eſſe pctm̄, oñdit alia tam in pñti q̄ ēt in futura uita poſſe remitti. Qualiter aūt ꝓ defunctorū ſalute agendū ſit, oſtēdunt ſancti patres in ſcripturis ſuis. Vñ placuit vnū capitulū de opuſculis S. Auguſtini huic operi inſerendum, lectori uiā dātes his ſimilia in aliorum patrū dictis requirēdat. Refert. n. memoratus pater in opere quod (Aug. in Enchiridion) ad Laurentium de fide, & ſpe & charitate conſcripſit ita dicens: Tp̄s aūt qđ inter hoīs mortē & ultimā reſurrectionē interpoſitū eſt, aīas abditis receptaculis cōtinet, ſicut unaquæq; digna eſt vel requie uel erūna ꝓ eo ꝙ ſortit⁹ eſt in carne cū uiueret: Neq; negandū eſt defunctorū aīas pietate ſuorū uiuētium releuari, cum ꝓ illis ſacrificiū mediatoris offerī, uel eleemoſynæ, quæ in eccleſia fiunt, ſed proſunt eis, qui cum uiuerent hæc ſibi vt poſtea poſſint prodeſſe meruerunt. Eſt. n. quidam uiuēdi modus. nec tā bonus ut nō reqrat iſta poſt mortē, nec tā malus, C cui nō proſint iſta poſt mortem. Eſt ergo talis in bono, ut hæc non requirat. Et eſt rurſus talis in malis, ut nec his ualeat, cū hæc uita trāſierit adiuuari, quo circa hic oē meritū cōparatur quo poſſit poſt hāc uitā releuari qſpiā vel grauari. Nemo aūt putet ſe qđ hic neglexerit cū obierit a dño ꝓmereri. Nō igitur iſta, q̄ ꝓ defunctis cōmendandis frequentat eccleſia, illi apoſtolicæ ſunt aduerſa ſniæ, qua dictū eſt: Oēs. n. ſtabim⁹ añ tribunal Xp̄i, (Rom. 14.b) ut referat unuſquiſq; ſ'm ea, q̄ p corpus geſſit, ſiue bonū ſiue malū, qa ēt hoc meritum ſibi qſq; cum in corpore uiueret comparauit, vt ei poſſint ita prodeſſe. Nō. n. oībus ꝓſunt. Et quare non oībus ꝓſunt, niſi pp dr̄iam uitæ quam qſq; geſſit in corpore? Cū ergo ſacrificia ſiue altaris ſiue quarūcūq; eleemoſynarum pro baptizatis defunctis offerūtur, pro ualde bonis, gr̄arū actiones ſunt: ꝓ nō ualde malis, ꝓpitiatiōes ſūt: ualde malis ēt ſi nulla ſunt adiumenta mortuorū, qualeſcumq; uiuorū conſolationes ſunt: Quibus aūt proſunt, aut ad hoc ꝓſunt, ut plena ſit remiſſio, aut certe ut tolerabilior ſit damnatio.

*Sed rex*

dominum adiutorē & ducem belli fieri, incipiens uoce patria, & cū a hymnis clamorē extollēs, fugam Gorgię militib⁹ incuſſit: Iudas autem collecto exercitu venit ciuitatē Odollā. Et cum ſeptima dies ſu b perueniret ſecūdū cōſuetudinem c purificati, in eodem loco ſabbatū d a egerunt. Et ſequēti die uenit cum e ſuis Iudas, ut corpora proſtratorum tolleret, & cū parentibus poneret in ſepulchris paternis. Inue- f nerunt autē ſub tunicis interfectorum de donarijs idolorum, quæ apud Iamniā fuerūt, a quibus lex g prohibet Iudęos. Omnibus ergo manifeſtū factum eſt ob hanc cauſam eos corruiſſe. Omnes itaq; benedixerunt iuſtum iudiciū domini, q occulta fecerat manifeſta. At h que ita ad preces conuerſi, rogauerūt vt id quod factū fuerat delictū i b obliuioni traderetur. At vero fortiſſimus Iudas hortabatur populū cōſeruare ſe ſine peccato, ſub oculis uidētes, quæ facta ſunt pro peccatis eorum, qui proſtrati ſunt. Et facta collatione, duodecim milia drachmas argenti miſit Ieroſolymam offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium, bene & religioſe de reſurrectione cogitans. Niſi em̄ eos, q ceciderāt reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur & uanum orare pro mortuis. Et quia cōſiderabat, qđ hi qui cum pietate dormitionem acceperant optimam haberent repoſitā gratiam. Sancta ergo & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut a peccatis ſoluantur.

## NIC. DE LYRA.

¶ *tur dici de ſocijs Iudæ: propter quod inuocauit auxilium diuinæ potentiæ.*

a *Prin. uo. pa. i. ſecundum doctrinam patrū ſanctorum, & ſic illa victoria fuit magis oratione, quam gladio, ſicut Exo. xvij. orationibus Moyſi uictus fuit Amalech.*

b *Et cum ſe. di. ſu. i. ſabbathum.*

c *Scđm cō. p. aqua luſtrationis poſt cōtactū in prælio mortuorū, vt p̄cipitur Numer. xix.*

d *In eo. lo. diuinis laudibus vocando.*

e *Et ſe, die. Hic conſequenter ponitur cura de Iudæis in bello mortuis, & primo ratione corporum, ſecundo ratione animarum, ibi: Atq; ita. Prima vero cura fuit de ſepeliēdis corporibus in paternis ſepulchris ſecundum morem Iudæorum.* D

f *Inue. au. i. de rebus precioſis cultui eorum dedicatis.*

g *A qui lex pr. Deu. vij. Cætera patent.*

h *Atq; ita. Hic conſequenter ponitur cura de animabus: & hoc dupliciter. ſ. in orando.*

i *Vt id quod fa. i. vt ad punitionem non reſeruaretur ultra coram domino, in quo tamen nulla cadit obliuio. Et mittendo pecuniam in Ieruſalem, vt ibi offerretur ſacrificium pro remiſſione peccati mortuorum, & patet litera. Sed forte uideretur alicui, ꝙ illud factum fuiſſet fruſtra, eo quod videntur ibi mortui fuiſſe in peccato mortali habentes ſecum donaria idolorum. Dicendum, quod Iudas et ſocij eius debebant probabiliter iudicare qđ illi pœnituiſſent in morte, & ſic orationes & ſacrificia valebant eis, eo quòd mortui fuerunt in ſtatu ſalutis.*

## MORALITER.

* e *Et ſ. die &c.* p hoc qđ iſti, q cōtra legē acceperāt de donarijs idolorū fuerūt in bello ꝓſtrati, apparet, ꝙ Deus culpas hoīm non ſolū punit in futuro, ſed etiam aliquando in præſenti. Per hoc aūt, ꝙ Iudas miſit Ieroſolymam pecunias ad faciendum ſacrificia pro eorum ſalute, apparet ꝙ ipſe Iudas eos credidit ante mortē pęnituiſſe vnde ſubditur, quia conſiderabat, quod hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiam.

## NIC. DE LYRA. CAP. XIII.

Anno cen. *Deſcripto conflictu Iudæ cum regis ducibus, hic cōſequēter ponitur conflictus eiuſdē cū ꝑſona ipſius. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur belli apparatus. ſecundo, cōflictus, ibi: Et dato ſigno. tertio regis receſſus, ibi: Vt autem cognouit. Prima in duas: quia primo ponitur apparatus belli ex parte regis Antiochi: ſecundo, ex parte Iudæ Machabæi, ibi: Quibus Iudas col. Prima in duas, quia primo ponitur regis apparatus, ſecundo Menelai interitus, ibi: Cōmiſcuit autem. Circa primum autem ſciēdum, quod iſte belli apparatus & etiam conflictus magis diffuſe ponitur primo lib. vi. ca.*

¶ *tamen*

## CAP. XIII.

Anno cēteſimoquadrageſimo nono cognouit Iudas Antiochū Eupa

## MORALITER.

* a *Anno cent.* Sequitur: *Commiſcuit autem ſe illis Mene. &c.* Per iſtum qui ſe coniunxit cum aduerſarijs ſuæ gentis, ut per hoc obtineret ſummum ſacerdotium, ſignificatur quilibet ambitioſus qui pro ſua promotione conſequenda flagitia facere non formidat: ſed Deo iuſte faciente

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## GLOS. ORDINAR. CAP. XIII.

*Hiſtorice*

a *Sed rex men.* Hiſtoria, quæ bellũ Antiochi Eupatoris & Lyſiæ procuratoris eius contra Iudæos narrat in priori libro cõmemorata ſimul & iuxta allegoriam explicita eſt. Sed illud qđ conſequenter narraт, qđ in caſtris regis nocte interfecta fuiſſent ꝑ Iudęos xiiij. milia, & maximus elephantorũ cũ his q ſuꝑpoſiti erãt, in priore narratione manifeſtibus exprimitur, ubi refertur, qđ Eleazarus filius Saura videns unam de beſtiis loricatã loricis regis, & eminentem ſuper cęteras beſtias, cũ eſtimaret, qđ in ea eſſet rex, irrũpẽs in legionẽ, ſubtus pedes elephãtis cucurrerit, eumq; interfecerit. Qui cadens ſuper ipſum põdere ſuo eum oppreſſit, & mortuus eſt. Cuius ſignificatio ſpũalis ibi explanata eſt, cum iactantia ſuperborũ proprio niſu contrita mõſtraт, dicẽte ſcriptura: Oĩs arrogans abominatio eſt apud Deũ. Et itẽ: Ante ruinam exaltatur cor, & añ gloriã humiliaт. Et alibi: Suꝑbis aũt reſiſtit Deus, & humilib⁹ dat gratiã. Et in euãgelio dñs dicit: Oĩs q ſe exaltat humiliabiт, & qui ſe hu. exal. Poſt hæc aũt hiſtoria explicat qualiter Demetri⁹ filius Seleuci in Iudęã ueniẽs, & regno potitus, per Alchimũ incitaretur aduerſus Iudam & ſocios eius, ubi ita ſcriptum eſt: Alchi. autem &c.

*1. Mac. 6. e — Prou. 16. a — Ibid. 18. b — Iaco. 4. c — Luc. 14. c*

*Alchimus*

## NIC. DE LYRA.

*Diuiſio*

¶ *tamen hic aliqua ponũtur, quæ uidentur dictis ibidẽ diſſonare. Primo quod dicitur, peditum centum & decem milia, & equitũ quinq; milia, & elephantes uigintiduos: nã ibi habetur: Centum milia peditum et viginti milia equitum & elephanti trigintaduo. Poteſt dici, quod primo fuerunt centum milia peditum tantum, ut dicitur primo libro, & poſtea fuerunt additi decem milia, quæ cum primis hic numerantur. De equitibus uero dicendum, quod in uniuerſo fuerũt uiginti milia, ſed tamen erant quinq; milia electi præ cęteris exiſtentes in acie regis, & illi ſoli hic numerantur & alij tacẽtur &c. Et de elephantis põt dici eodem modo, quod uigintiduo erant præ cæteris fortiores, qui numerantur hic, et reſidui. x. tacentur. in talibus. n. frequenter numeratio diuerſimode accipitur.*

a Currus cum fal. tre. *Talibus. n. antiquitus in prælijs vtebantur, vt habetur in libris Ioſue & Iudicum in pluribus locis: tamen de iſtis curribus non fit mẽtio in primo libro, ſicut etiam in Euanglijs: quod unus euangeliſta tacet, alius exprimit.*

b Commiſcuit au. *Hic cõſequenter deſcribitur Menelai interitus, qui retorſit in ſe ſummum ſacerdotium ſupra. iiij. capitu. de quo dicitur hic:* Commi. au. *i. Iudæorum aduerſarijs.*

c Depre. Anti. *Pugnare fortiter contra Iudam Machabæum: ideo ſubditur:*

d Non pro pa. ſa. *Sed pro contrario: ideo ſubditur:*

e Sperans ſe conſt. in prin. *ſ. ſummi ſacerdotij per uictoriam Antiochi, a quo fuerat amotus per patrem eius ſupra. iiij. cap.*

f Sed rex regum. *Qui iudex eſt cordium.*

g Suſcitauit aĩos An. in pec. *Menelaum.*

h Et ſug. Lyſia hunc eſſe cauſam. *Nam propter eius ambitionem & ſacrilegia in tẽplo commiſſa per eius conſilium, ut habetur ſupra iiij. ca. ſequuta eſt rebellio Iudæorum contra regem. Cætera patent uſq; ibi:*

i Sed rex. *Nam ex morte Menelai poſſet aliquis credere regem Iudęis pacatum eſſe, ideo remouetur hoc cum dicitur:* Sed rex mente effrenatus. *i. ſine freno rationis in ſuꝑbiam elatus.*

Veniebat.

*† quatuor milia*

toré uenire cũ multitudine aduerſ⁹ Iudęã, & cum eo Lyſiam ꝓcuratoré & præpoſitũ negociorũ, ſecũ habentem peditũ centum decẽ milia, & equitũ quinq; milia, & elephãtos vigintiduos, currus cũ falcib⁹ trecẽtos. Cõmiſcuit autẽ ſe illis & Menelaus, & cum multa fallacia deprecabatur Antiochũ, non pro patrię ſalute, ſed ſperans ſe conſtitui in principatum. Sed rex regum ſuſcitauit animos Antiochi in peccatoré, & ſuggerẽte Lyſia hũc eſſe cauſam omniũ malorũ, iuſſit vt eis eſt cõſuetudo, comprehẽſum in eodem loco necari. Erat autẽ in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, aggeſtum vndiq; habẽs cineris. Hæc ꝓſpectũ habebat in pręceps. Inde in cinerẽ deijci iuſſit ſacrilegum omnibus eũ ꝓpellẽtibus ad interitum. Et tali lege præuaricatorem legis contigit mori, nec terrę dari Menelaũ. Et quidẽ ſatis iuſte: Nã quia multa erga arã Dei delicta commiſit, cuius ignis & cinis erat ſctũs, ipſe in cineris morte dãnatus eſt. Sed rex mẽte effrenatus veniebat nequiorem ſe patre ſuo Iudæis † oſtenſurus. Quibus Iudas cognitis, præcepit populo, vt die ac nocte dominum inuocarẽt, quo ſicut ſemp & nũc adiuuaret eos: quippe qui lege & patria ſanctoq; tẽplo priuari uererentur, ac populum qui nuper paululũ reſpiraſſet, ne ſineret rurſus blaſphemis nationibus ſubdi. Omnibus itaq; id ſimul faciẽtibus & petẽtibus a domino miſericordiam cũ fletu et ieiunijs per triduũ continuum ꝓſtratis, hortatus eſt eos Iudas, vt ſe ꝑpararẽt. Ipſe vero cũ ſenioribus cogitauit priuſquã rex admoueret exercitum ad Iudæã & obtineret ciuitatẽ, exire, & domini iudicio cõmittere exitũ rei. Dãs igitur poteſtatem omnium Deo mũdi creatori, & hortatus ſuos, vt fortiter dimicarẽt, & vſq; ad mortem ꝓ legibus, tẽplo, ciuitate, patria, & ciuibus ſtarent, circa Modin exercitũ cõſtituit. Et dato ſigno ſuis Dei uictoriæ, iuuenibus fortiſſimis electis, nocte aggreſſ⁹ aulã regiã in caſtris interfecit viros † quatuordecim milia, & maximũ elephãtorũ cũ his, q ſuppoſiti erãt. Sũmoq; metu ac ꝑturbatione hoſtiũ repleuerũt caſtra, rebuſque proſpere geſtis abierũt. Hoc aũt factũ eſt die illuceſcẽte, adiuuãte eũ

k Veniebat. *Contra Iudæam.*

l Nequiorem ſe pa. *Sed per rumores contrarios ab hoc fuit impeditus, vt habetur infra eod. cap.*

m Quibus iu. cognitis. *Hic conſequenter deſcribitur apparatus Iudæ Machabæi. Et primo per orationes deuotas: de quibus magis quã de armis cõfidebat, et patet vſq; ibi:*

n Ac po. &c. pau. re. *i. conſolatus fuiſſet ꝑ ciuitatis & templi recuperationem, & aduerſariorum multiplicem repreſſionem, ut patet ex ſupradictis.*

o Per tri. con. pro. *Horis. ſ. ad hoc aptis, quia in illo triduo oportuit eos refectionem accipere & ſomnum tempore competenti. Secũdo ponitur apparatus per arma & conſimilia: cum dicitur:*

p Hortatus eſt &c. præ. *Et per arma & uictualia.*

q Ipſe ue. cum. *Occurrere regi, antequam vaſtaſſet terram: Tertio ponitur apparatus per exhortationes optimas ad confortandũ animos bellatorum ad fortiter dimicãdum, & patet litera.*

r Et da. ſi. *Hic conſequenter ponitur conflictus. Ad cuius intellectum ſciendum, quod Iudas cum rege habuit in campo duplicem conflictum. Vnum circa finem noctis, de quo tacetur in primo lib. Aliũ de clara die & ſole refulgente in clypeos aureos et æreos, qui diffuſe ſcribitur primo libro. vi. ca. Hic autẽ de vtroq; conflictu breuiter & commiſtim fit mentio: nam hic liber ſecundus eſt quædam abbreuiatio, ut dictum eſt ſupra. ij. ca. Igitur de primo conflictu dicitur:* Et da. ſi. *i. uictoriæ a Deo conſequendæ, quod autem fuerit hoc ſignum non dicitur hic, ſed videtur fuiſſe quædam reuelatio facta Iudæ, quę non explicatur propter breuitatem ſectandam.*

*† oſtenſurũ*

ſ Iuueni. *Ex hoc videtur, quod in iſto primo conflictu non fuerunt omnes Iudæ ſocij, ſed aliqui ad hoc ſpecialiter electi. in ſecundo uero conflictu fuerunt omnes Iudæ bellatores, ut habetur. 1 li. vi. cap.*

t Nocte. *i. partem exercitus in qua erant regis tentoria.*

u Et ma. *Iſtud fuit factum in eo conflictu qui fuit clara die, vt ſcribitur primo li. vi. c. ſatis diffuſe.*

x Hoc au. *Quia hoc fuit completum in fine noctis. ſ. quantum ad interfectionem duorũ milium de hoſtibus. Aliqui tamen libri habent: Duodecim milia: & quantum ad perturbationem caſtrorum, non autem quãtum ad elephantorum interfectionẽ, ut dictũ eſt.*

¶ Sed rex

## MORALITER.

✻ ciente non obtinuit propoſitum ſed magis interitum, quia de turre fuit præcipitatus in cineris aceruum, per quod ſignificatur, ꝙ tales ambitioſi præcipitandi ſunt finaliter in cineres inferni.

i *Sed rex.* Per illũ ſignãtur diabolus, qui Iob. xlj. d. dr rex ſup oẽs filios ſuperbiæ, & quærit q̃tũ põt fideles ſubuertere, per Iudã vero q̃ malitiã eius cognoſcens monuit populũ ſuũ orõnibus deuotis auxiliũ q̃rere diuinũ, ſignãtur bonus ꝓlatus, q̃ monet populũ ſibi ſubditum reſiſtere ſpiritib. malignis p orõnũ ſuffragia, procedentiũ ex fide firma. j. Pe. v. b. Fratres ſobrij eſtote & uigilate, q̃a aduerſarius ueſter diabolus tanquam leo rugiẽs circumit quærẽs quẽ deuoret: cui reſiſtite fortes in fide. Per hoc aũt quod Iudas occurrit regi antequam intraret terram Iudæ, ſignificatur, quod bonus pugnator contra diabolum nõ debet permittere, quod ingrediatur terram cordis per delectationem uel conſenſum, ſed in principio tẽtationis ipſum repellere ſm poeticum dictum: principijs obſta, ſero medicina paratur: Et Iacobi iiij. b. Reſiſtite diabolo, & fugiet a uobis.

✻ Vt autem



¶ a Sed rex ac. *nam per dictam inuaſionem habuit experientiam de audaciæ eorum.*

b Arte. *i. prudenter & caute.*

c Difficultatem lo. *i. fortalitia.*

d Tentabat. *ſupple capere: ideo ſubditur:*

e Et Bet. &c. præ. mu. *Iudæis armatis.*

f Caſtra ad. *i. applicabat ad ipſum capiendũ.*

g Sed fu. *nam intus exiſtentes aliquãdo exeũtes ſubito repellebant prope exiſtentes, & aliquos occidebant, & redibant ad fortalitium antequam totus exercitus poſſet armari.*

h Enunciauit autem. *i. ſecreta Iudæ & eorum qui erant Bethſuræ.*

i Rodochus quidam &c. *qui captus ab aduerſarijs per tormenta ad hoc fuit compulſus.*

k Iterum rex ſer. &c. *de fortalitio reddendo ſaluis ſuis corporibus, qui conſenſerunt, eo ꝙ uictualia eis deficiebant, ut habetur. 1. li. vi. ca.*

l Abiit. *ſ. rex de Bethſura relicta ibi ſuorum cuſtodia, ut habetur. 1. li. vi. cap.*

m Commiſit cum Iu. *In hoc tangitur ſecundus conflictus, qui fuit de die clara, & alia die ut uidetur, quam primus.*

n Superatus eſt. *ſ. Iudas & eius exercitus: nã uidentes uirtutem regis & impetum exercitus eius, diuerterunt ſe ab eis, ut habetur. 1. lib. vi. capitu.*

o Vt autem co. *Hic conſequenter deſcribitur regis receſſus de Iudæa, ut iret contra Philippum, qui occupauerat Antiochiam: ex quo patet, ꝙ iſtud bellum Antiochi contra Iudęam eſt idem cum illo, quod ſcribitur. 1. li. vi. cap. nam ibidem ponitur receſſus regis propter eandem cauſam. Aliqua tamen hic ponuntur, quę ibi tacentur, & econuerſo, nam hic tacetur fractio iuramenti regis, quæ ibidem exprimitur in deſtructione munitionis.*

*† machinis Aſſidæi*

domini protectione. Sed rex accepto guſtu audaciæ Iudæorum † arte difficultatem locorum tẽtabat, & Bethſuræ, quæ erat Iudæorum præſidium munitũ caſtra admouebat, ſed fugabatur, impingebatur, minorabatur. His autem, qui intus erãt Iudas neceſſaria mittebat. Enunciauit autẽ myſteria hoſtibus † Rodochus quidam de iudaico exercitu, qui requiſitus comprehẽſus eſt & concluſus. Iterum rex ſermonem habuit ad eos qui erant in Bethſuris, dexteram dedit, accepit, abijt commiſit cum Iuda, ſuperatus eſt. Vt autem cognouit rebellaſſe Philippum Antiochiæ, qui relictus erat ſuper negocia, mente conſternatus, Iudæos deprecans, ſubdituſq; eis, iurat de omnibus quibus iuſtum uiſum eſt, et reconciliatus obtulit ſacrificiũ, honorauit templum & munera poſuit, Machabæum amplexatus eſt, & fecit eum a Ptolomaide vſq; ad Gerrenos ducem & principẽ. Vt autem venit Ptolemaidam grauiter ferebant Ptolemenſes amicitiæ conuentionem, indignantes ne forte fędus irrumperet. Tunc aſcẽdit Lyſias tribunal, & expoſuit rationem, & populum ſedauit, regreſſuſq; eſt Antiochiam. Et hoc modo regis profectio & reditus proceſſit.

p Et re. ob. ſa. *per ſacerdotes tamen. Cætera uero vſq; prope finẽ huius capituli tacẽtur. 1. li.*

q Machabæum ample. *eſt ſignum reconciliationis. Cætera patent uſq; ibi:*

r Ne forte fœdus irrum. *ſ. Iudas, & eos grauaret: quod tamen non fecit: ſed magis rex fœdus rupit, ut dictum eſt.*

ſ Tunc aſcendit Lyſias tribunal. *i. locũ eminentem ad perſuadendum Gentem, et expoſuit rationem, dicendo quod propter bonum commune facta eſt conuentio regis & Iudæ.*

t Regreſſuſq;. *Hic autem omittitur qualiter inde fugauit Philippum, quia ſupra. ix. cap. per anticipationem poſitum fuit.*

*† Rodotus*

## MORALITER.

✻ o *Vt autem.* Per hoc oſtenditur qđ dñs aliquando brigam ſuſcitat inter malos, ut ꝑ hoc boni pacem habeant. Et ſic dicit Aug. quòd guerra dęmonum pax eſt hominum.

## GLOS. ORD. CAP. XIIII.

a *Alchimus au. & c.* Qđ dr regi talos ſimul cũ corona aurea et palma Alchim⁹ obtuliſſe, oſtẽdit qđ ei regni dignitatẽ & uictoriã hoſtiũ ſimul cũ tẽpli cultu p indiciũ munerũ ſuorum portãdo ꝓmiſit. Talos. n. dñt uaſa aſſertoria eſſe iuxta modũ turriũ facta, cũ q̃bus in p̃cipuis feſtiuitatibus offerebãt, quorũ ſimilitudo hactenus in q̃buſdã locis hr. Aſſidæi aũt dñr illi eſſe Iudæi, q ſꝑ cultui diuino inſudabãt, ab aſſiduitate uocati, dictiq; aſſidęi, quaſi aſſidui quales Iudas & ſui auxiliatores in cultura Dei & obſeruatione legis ipſi⁹ fuere. Alij vero Aſſidæos ab mũditia uocatos aſſerũt, quaſi mundos Iudæos, eo ꝙ ſe ab idololatria & a ritu Gẽtiliũ ſeparabãt. Demetrius aũt audita relatione Alchimi, cui & cæteri q inimici erãt Iudę in accuſatione fauebãt, ſtatim Nicanorẽ p̃poſitũ elephãtorũ ducẽ miſit in Iudæã, datis mãdatis ut ipſum q̃dẽ Iudã caperet, & eos, q cũ illo erãt diſꝑgeret, & ut cõſtitueret Alchimũ maximi tẽpli ſũmũ ſacerdotẽ, q in Iudæã ueniẽs primũ pacis ſe finxit fœdus cũ Iudæis hr̃e uelle: poſtea manifeſtata inimicitia mõſtrauit ſe eſſe hoſtẽ neq̃ſſimũ magis quã fidelẽ amicũ. Sed diuina uirtute ꝓſtratus, blaſphemiæ cõtra Deũ ꝓlatę, & ꝑtinaciæ ſuæ pęnas luit, q̃ oĩa in prioris libri hiſtoria cõtinenт, licet aliqua, q̃ ibi ꝑꝑ feſtinationẽ narrãtis omiſſa ſunt, in huius libri narratione inſerta repeṙianт.

*Tali*

*Allegor.* Allegoriæ autem ſenſus iuxta modum ingenioli mei de hac eadem re ibi expoſitus eſt, nec iterare modo neceſſe eſt.

*Razias*

## CAP. XIIII.

Sed poſt triennij tempus cognouit Iudas & q cũ eo erãt, Demetriũ Seleuci cum multitudine valida & nauibus per portum Tripolis aſcendiſſe ad loca opportuna, & tenuiſſe regiones aduerſus Antiochum & eius ducem Lyſiam. Alchimus autem quidam, qui ſummus ſacerdos fuerat, ſed volũtarię coinquinatus eſt temporibus commixtionis, cõſiderans nullo modo ſibi eſſe ſalutẽ neq; acceſſum ad altare, venit ad Demetriũ regẽ cẽteſimoquinquageſimo anno, offerẽs ei aureã coronã & palmam, ſuper hæc & ta

## NIC. DE LYRA. CAP. XIIII.

*Diuiſio*

Sed poſt. *Deſcripto Iudæ cõflictu tpe Antiochi nobilis & Eupatoris eius filij. hic tertio ponitur eius conflictus tẽpore Demetrij. Et diuiditur in tres partes: quia primo ponitur Demetrij ſublimatio, ſecundo Iudæ ſociorumq́ue eius accuſatio, ibi:* Alchimus ãt: *tertio eorũ exterminij iuſſio, ibi:* Qui ſtatim. *Circa primũ dicitur:*

a Sed poſt. *iſtud triennium accipitur a morte Antiochi Epiphanis & inthronizatione filij ſui Eupatoris: Quod ſecũdũ numerationẽ in hoc libro poſitam contigit anno centeſimoquadrageſimo octauo ut dictũ eſt, ſupra. xi. ca. Demetrius autem regnum obtinuit anno cẽteſimoquinquageſimo, qui eſt idem annus. cum cli. quo dicitur Demetrius intraſſe regnum ſecũdum computationem poſitam. 1. li. c. vij. & ſic triennium nõ fuit completum, ſed intelligitur per Synecdochem, ſicut corpus Chriſti dicitur fuiſſe per triduum in ſepulchro.*

b Aſcendiſſe ad loca. *i. fortia & munita.*

c Et tenui. &c. *quos ad mandatum Demetrij exercitus interfecit, ut habetur. 1. li. vij. ca.*

d Alchimus au. *Hic conſequenter deſcribitur Iudæ ſociorumq́; eius accuſatio, cum dicitur:* Alchimus au. *nõ de iure. ſed de facto intruſus, primo per Antiochum Epiphanem, quia licet eſſet de genere Aaron, tamen non deſcenderat ab eo per lineam ſacerdotalem, ut dictum fuit ſupra. 1. lib. cap. vij.*

e Sed uolun. coin. *cibis & ſacrificijs Gentilium.*

f Temporibus. *i. quando Antiochus illuſtris cogebat Iudæos ad ſuſcipiendum ritum Gentilium, ita quòd inter Iudæos & Gentiles nulla eſſet diſtinctio.*

g Conſiderans nullo modo ſibi eſſe ſal. *corporis.*

h Nec acceſ. ad altare. *quandiu Iudas ſtaret in poteſtate.*

i Venit ad. &c. *& ſic in regni ſui principio.*

k Offerens ei. *in ſignum uictoriæ & dignitatis regiæ.*

l Super hæc &c. *i. uaſa offertoria in modum turrium facta quibus utebantur ſacerdotes in ſolennitatibus magnis.*

¶ Et ipſa

## MORALITER.

✻ a *Sed poſt triennij tem.* Per regem Demetrium qui fuit aduerſarius fidelium, ſignificatur diabolus, qui per portum Tripolis. i. per concupiſcentiam tripertitam. ſ. carnis, oculorum, & uitæ ſuperbiã, aſcẽdit ad regnandum ſuper mundum, ꝑꝑ quod huius mũdi princeps nominatur Ioh. xij. Per Alchimum uero qui Demetrio coronam auream, & palmam obtulit, ut per hoc ſummum ſacerdotiũ obtineret, ſignificatur ambitioſus intantum, quod facit diabolo ſacrificiũ, vt per hoc promoueatur ad dignitatẽ, ſicut refert Guillermus in chronica de quodam nomine Gebertus, qui ꝑ hoc aſcẽdit ad archiepiſcopatum Remẽſem, & poſtea ad Rauenenſem, & poſt ad ſtatum papalem. Vnde factus fuit palis uerſus. Scandit ad. r. Gebertus ad. r. poſt papa manẽs. r. Et per triplicem. r. ſignificatur

*Gebertus promotus in epiſcopum per diabolũ. Theophilus*

✻ Remis

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

E a *Razias.* hoc quidem legentes et inuenientes ibi ſcriptũ qđ Razias propria manu ſibi iſferens

NIC. DE LY.

¶ *a* Et ipſa qui. *Vt donum ſuum regi magis eſſet gratioſum. Cętera patent vſq; ibi:*
*b* Ipſi qui di. Aſſi. *i. aſſidue uacantes diuino cultui, temporibus tamen ad hoc aptis.*
*c* Pri. qui. *Mentitur ſicut homo fallax venerat ad obtinendum ſummum ſacerdotiũ.*
*d* Secundum hum. tuam pro. *i. ſecundum benignitatem tuã ubique famoſam.*
*e* Et cæ. a *ſ. Alchimi.*
*f* Qui ſta. *Hic conſequenter ponitur iuſſio regis de exterminio Iudaicæ gentis: Et diuiditur in tres partes: nam ad hoc agendum primo Nicanor mittitur, ſecundo cum Iuda fœdere iungitur, ibi: Nicanor tamen. Tertio fœdus huiuſmodi rumpitur, ibi: Alchimus aũt. Primum patet uſque ibi:*
*g* Tunc gẽ. *Eo qđ erãt ꝑuaricatores legis: Cętera patẽt uſq; ibi:*
F *h* Con. ter. *Nam in ꝓcibus deuotis magis q̃ in armis cõfidebant.*
*i* Qui po. *ſ. duraturum, nam lex uetus nõ eſt amota per Chriſtũ, ſed magis perfecta, Matt. v. b. Non veni ſoluere legẽ ſed adimplere: nec per conſequens populus eius eſt amotus: ſed perfectior factus, ſicut frequenter oſtendi in libris noui ac vete. teſtamenti.*
*k* Quiq; ſuam. *Sicut dictũ eſt pluries in hoc libro. Cætera patent.*
*l* Nicanor. *Hic conſequenter ponitur conſœderatio Nicanoris & Iudæ, & patet litera paucis exceptis.*
*m* Sanguine iu. *i. per effuſionem ſanguinis Iudęorum: propter qđ elegit pacẽ facere cũ eo. Et patet uſq; ibi:*
*n* Greg. t. *i. bellatorũ.*
*o* Quæ con. *Ad bellãdum contra Iudam & ſocios eius.*
*p* Di. *Ire ad loca ſua, eo qđ pax eſſet facta.*
*q* Al. au. *Hic cõſequẽter ponitur ruptio dicti fęderis: Et primo ponitur huius ruptiõis ꝓcuratio e⁹. ſcđo manifeſtatio ibi: At Machabæus. Circa primũ dicitur:* Alch. au. *Quæſiuit*

*Diuiſio*

los qui templi eſſe videbantur. Et ipſa quidem die ſiluit. Tempus autem opportunum dementię ſuæ nactus, conuocatus a Demetrio ad conſilium: & interrogatus quibus rebus & conſilijs Iudæi niterentur, reſpondit: Ipſi qui dicũtur Aſſidæi Iudæorum, quibus pręeſt Iudas Machabæus, bella nutriunt, & ſeditiones mouent, nec patiuntur regnum eſſe quietum. Nam & ego defraudatus parentum gloria, dico autem ſummo ſacerdotio, huc veni primò quidẽ vtilitatibus regis fidem ſeruãs, ſecundo aũt etiam ciuibus conſulens. Nam illorum prauitate vniuerſum genus noſtrũ non minimè vexatur. Sed oro his ſingulis o rex cognitis, & regioni & generi ſecũdum humanitatẽ tuã promulgatã omnibus proſpice. Nã quandiu ſupereſt Iudas, impoſſibile eſt pacem eſſe negocijs. Talibus aũt ab hoc dictis, & cęteri amici hoſtiliter ſe habentes aduerſus Iudã inflãmauerunt Demetriũ. Qui ſtatim Nicanorem ꝓpoſitum elephãtorũ ducẽ miſit in Iudæã, datis mãdatis vt ipſum qdem Iudã caperet viuũ: eos vero, qui cũ illo erãt diſpgeret, & cõſtitueret Alchimũ maximi tẽpli ſummũ ſacerdotẽ. Tũc Gẽtes, quæ de Iudæa fugerant Iudã, ſegregatim ſe Nicanori miſcebãt, miſerias & clades Iudæorũ proſperitates rerũ ſuarũ exiſtimãtes. Audito itaq; Iudæi Nicanoris aduẽtu, & conuẽtu nationũ, cõſperſi terra rogabãt eũ, qui populũ ſuũ conſtituit, in ęternũ cuſtodiret, quiq; ſuã portionẽ ſignis euidẽtibus ꝓtegit. Imperãte aũt duce, ſtatim inde mouerũt, cõuenerũtq; ad caſtellũ Deſſau. Simõ vero frater Iudę cõmiſerat cum Nicanore, ſed cõterritus eſt repẽtino aduẽtu aduerſariorũ: Nicanor tamẽ audiẽs virtutẽ comitum Iudę & animi magnitudinẽ quã pro patriæ certaminibus habebãt, ſanguine iudiciũ facere metuebat. Quãobrẽ præmiſit Poſſidonium & Theodotiũ & Matthiã, vt darent dextras atq; acciperẽt. Et cũ diu de his conſiliũ ageretur, & ipſe dux ad multitudinẽ retuliſſet, omniũ vna fuit ſentẽtia amicitijs annuere. Itaq; diẽ cõſtituerunt, qua ſecreto inter ſe agerẽt, & ſingulis ſellæ ꝓlatę ſunt & poſitę. Pręcepit autem Iudas armatos eſſe locis oportunis, ne forte ab hoſtibus repente mali aliquid oriretur, & cõgruum colloquium fecerunt. Morabat̃ autẽ Nicanor Ieroſolymis nihilq; inique agebat, gregeſq; turbarum quę cõgregatæ fuerãt dimiſit. Habebat autem Iudã ſp charũ ex animo, & erat viro inclinatus. Rogauitq; eum ducere vxorẽ, filioſq; ꝓcreare. Nuptias fecit, quiete egit, cõmuniterq; viuebãt. Alchimus aũt vidẽs charitatem illorũ adinuicẽ & cõuẽtiones, venit ad Demetrium, & dicebat Nicanorem rebus alienis aſſentire, Iudãq; regni inſidiatorem ſucceſſorem ſibi deſtinaſſe. Itaq; rex exaſperatus & peſſimis huius criminationibus irritatus, ſcripſit Nicanori dicens, grauiter quidem ſe ferre de amicitiæ cõuẽtione, iuſſitq; Machabæum citius mittere uinctum Antiochiã. Quibus cognitis Nicanor cõſternabatur et grauiter ferebat, ſi ea quæ cõuenerant irrita faceret: nihil læſus a uiro, ſed q̃a regi reſiſtere nõ poterat, opportunitatem obſeruabat qua præceptum perficeret. At Machabæus videns auſterius ſecum agere Nicanorem, & conſuetum cõcurſum ferocius exhibentem, intelligens non ex bono eſſe auſteritatem iſtã, paucis ſuorum congregatis occultauit ſe a Nicanore. Quod cum ille cognouit fortiter ſe a uiro præuentum, venit ad maximum & ſanctiſſimum templũ, & ſacerdotibus ſolitas hoſtias offerentibus, iuſſit tradi ſibi virum. Quibus cum iuramento dicentibus neſcire ſe ubi eſſet, qui quærebatur, extẽdens manum ad templum iurauit dicens: Niſi mihi Iudã uinctum tradideritis, iſtud Dei phanum in planiciem deducam, & altare effodiam, & templum hoc libero patri conſecrabo. Et his dictis abijt. Sacerdotes autem protendentes manus in cęlum inuocabant Deum, qui ſemper propugnator eſſet gentis ipſorum, hæc dicentes: Tu domine vniuerſorum, qui nullius indiges, uoluiſti templum habitationis tuæ in nobis fieri. Et nunc ſanctæ ſanctorum omnium domine, conſerua in ęternum domum iſtam impollutam, nuper quæ mundata eſt. Razias autem quidam de ſenioribus ab Ieroſolymis

G *ſiuit cã rũpere: eo qđ hẽret Iudam odioſum.*
*r* Et dicebat *ſ. ab utilitate regni.*
*ſ* Aſſenti. *falſo cũ notãs crimine, aſſerebat.*
*t* S. *Qđ ſimiliter erat falſum. Cætera patẽt.*
*u* At Ma. *hic cõſequẽter deſcribitur fęderis violati manifeſtatio. Et primo ſignis, cũ dr:*
*x* Vid au. *Quia diſpoſitio cordis vix põt celari qn appareat in exterioribus ſignis, vt in geſtu, vultu, & aſpectu.*
*y* Pau. *Quibus dixit conceptum ſui animi.*
*z* Occu. *ne ſubito caperetur ab ipſo: ſcđo manifeſtatur uerbis, cũ dicitur: Qđ cũ ille cogn. &c. & ſequitur.*
*a* Iuſſit *ſ. Iudam.*
*b* Et tem. *i. Baccho, ſicut dictũ eſt ſu. ca. vi.*
*c* Et his. *Cum indignatione de templo.*
*d* Cõſ. cõtra *Nicanoris comminationem.*
*e* Quæ nu. *A ſordib. luxuriæ et idololatrię, vt habetur ſup. x. cap.*
*f* Ra. a. *Hic cõſeqnter* ¶ *ponitur*

MORALITER.

✻ Remis, Rauẽna, et Roma. Et de Theophilo legit̃, qđ homagiũ fecit diabolo, vt ad priſtinã dignitatẽ reſtitueret̃. Per hoc aũt ꝙ iſte Alchim⁹ accuſauit falſo Iudã & ſocios eius, & amicitiã inter Iudã & Nicanorẽ diſſolui ꝓcurauit, ſignat̃ qđ promoti p diabolũ in eccleſia, cuiuſmodi sũt oẽs male ꝓmoti, bonos infamãt & pſequũtur. & p eos pax & concordia inter principes diſſipat̃. H
*f* *Razias au.* De iſto q̃ comendari vr̃ hic de hoc, qđ ſeipſum interfecit dictũ fuit diffuſe in expoſitiõe lr̃ali. Myſtice vero p iſtũ, q̃ cõtinẽtiã lõgo tpe ſeruauit, & ꝓ uita bona & affectu pr̃no ad ppl̃m ſuum pr̃ Iudęorũ vocat⁹ fuit, ſignatur bonus p̃lat⁹ hñs ad ppl̃m ſibi cõmẽdatũ pr̃næ pietatis affectũ, et uitã exẽplarẽ ad opa virtutũ inducẽtẽ, pp qđ occidit ſe ſcđm r̃m hoiem exteriorẽ per pniæ aſperitatẽ, ut uiuificetur hõ interior & ppl̃s ædificetur: Et ſic dicit Saluator Io. xij. d. Qui odit aĩam ſuã in hoc mũdo, in uitã æternã cuſtodit eam: per animam intelligẽs ſenſualitatẽ.

*Myſticè*



A rens mortẽ, elegiſſet nobiliter mori potius quam ſubditus fieri peccatoribus, & contra natales ſuos indignis iniurijs agi: ne forte ſimplicioris animi credãt cum neceſſitas vrſerit potius ſibimetipſis proprio actu aliquo mõ inferendã eſſe mortem quã incidendum uiuum in manus peccatorum, utile fore arbitratus ſum ex dictis uenerandi patris Auguſtini huic operi noſtro aliqua inſerere, unde lector ſobrius quid ſibi de talibus rebus agendum ſit intelligeret. Refert autẽ memoratus pater in primo ſuo libro de ciuitate Dei, ubi utrum alicui liceat ſeipſum interficere, copioſo tractatu diſputauit, ita dicens: At. n. multi ſe interemerunt ne in manus hoſtium peruenirent. Non modo quærimus utrum ſit factum, ſed utrum fuerit faciendũ. Sana quippe ratio ẽt exẽplis anteponenda eſt, cui qdẽ exẽpla cõcordant: ſed illa quæ tanto digniora ſunt imitatione, quanto excellentiora pietate. Non fecerũt patriarchæ, non prophetæ, non Apoſtoli, quia & ipſe dñs Chriſtus qñ eos ſi perſequutionem paterẽtur, fugere admonuit de ciuitate in ciuitatẽ, potuit admonere, ut ſibi manus inferrent, ne in manus pſequẽtiũ puenirẽt. Porro ſi hoc ille non iuſſit, aut monuit, ut eo mõ ſui ex hac uita emigrarent, quibus emigrantibus ſe manſiones ęternas ꝑparaturũ eſſe ꝓmiſit, quęlibet exempla opponant Gentes q̃ ignorãt Deum, manifeſtum eſt hoc nõ licere colentibus unũ uerũ Deũ. Reſtat ut de hoĩe intelligamus, qđ dictũ eſt: Nõ occides: Ne alterum, ergo nec te. Neq; eñ q ſe occidit, aliud q̃ hoĩem occidit. Quaſdã uero exceptiones, eadẽ ipſa diuina fecit autoritas ut non liceat hoĩem occidi: Sed B his exceptis quos Deus occidi iubet ſiue data lege ſiue ad perſonam pro tpe expreſſa iuſſione: Nõ ãt ipſe occidit, q miniſterium dẽt iubẽti, ſicut adminiculum gladius eſt utẽti. Et iõ nequaq̃ cõtra hoc præceptũ fecerũt qđ dictum eſt: Non occides, q Deo auctore bella geſſerũt, aut pſonã gerẽtes publicę ptãtis ſcđm diuinas leges hoc eſt iuſtiſſimæ rõnis imperiũ ſceleratos morte punierũt. Et Abrahã nõ ſolũ nõ eſt culpatus crudelitatis crimine, uerum ẽt laudatus eſt noĩe pietatis, qđ uoluit filiũ nequaq̃ ſcelerate, ſed obedienter occidere. & merito quærit̃ utrũ ꝓ Dei iuſſu ſit habendũ ꝙ Iepthe filiã q̃ pr̃i occurrit occidit, cũ id ſe uouiſſe immolaturũ Deo qđ ei redeunti de ꝓlio uictori primitus occurriſſet. Nec Samſon aliter excuſatur q ſemetipſum cũ hoſtibus ruina domus oppreſſit, niſi q̃a ſpiritus latenter hoc iuſſerat, q ꝑ illum miracula faciebat. His ergo exceptis quos uel lex generaliter iuſta, uel ipſe fons iuſtitiæ Deus ſpecialiter occidi iubet, quiſqs hoĩem uel ſeipſum uel quemlibet occiderit, homicidij crimine innectitur. Et quicumq; hoc in ſeipſis perpetrauerunt, animi magnitudine fortaſſe mirandi, nõ ſapiẽtiæ ſanitate laudãdi ſunt: quamquam ſi rationem diligentius conſulas, nec ipſa quidem animi magnitudo recte noĩatur, ubi quiſq; nõ ualendo tolerare uel quæq; aſpera uel aliena pctã ſeipſum interemerit. Magis. n. mens infirma deprehendit̃ quæ ferre non põt uel duram ſui corporis ſeruitutem, uel ſtultam uulgi opinionem. Maiorq; animus merito dicendus eſt, qui uitam erumnoſam magis poteſt ferre quam fugere, & humanum iudicium maximeque uulgare, quod plerumque caligine erroris inuoluitur, præ conſcientiæ luce ac puritate contemnere. C

☞ *Erat au-*

† *audens* *Aug. de ci. Dei. c. 21.* *Vtrum liceat alicui ſeipſum interficere.* *Mat. 10. c* *Aug. de ciu. Dei. ca. 20. & 21.* *Exo. 20. c* *Gen. 22. b* *Heb. 11. b* *Iudi. 11. f* *An Iepthe ſecundum Dei uoluntatem filiã immolauerit.* *Aug. de ciu. Dei. cap. 22.*

delatus eſt Nicanori, uir amator ciuitatis & bene † audiẽs, qui pro affectu pater Iudęorum appellabatur. Hic multis tẽporibus cõtinentiæ propoſitum tenuit in Iudaiſmo, corpuſq; & animam † cõtentus tradere pro perſeuerantia: Volẽs autem Nicanor manifeſtare odium quod habebat in Iudæos, miſit milites quingentos ut eum comprehenderent. Putabat enim ſi illũ decepiſſet, ſeſe cladem maximam Iudæis illaturum. Turbis autem irruere in domum eius & ianuã diſrumpere, atq; ignem admouere cupientibus, cum iam comprehenderetur gladio ſe petijt, eligens nobiliter mori potius, quàm ſubditos fieri peccatoribus, & contra natales ſuos indignis iniurijs agi. Sed cum per feſtinationem nõ certo ictu plagam dediſſet, & turbæ intra oſtia irrumperent, audacter recurrens ad murũ: pręcipitauit ſemetipſum uiriliter in turbas, quibus locum uelociter dantibus caſui eius, uenit per mediam ceruicem. Et cum adhuc ſpiraret accenſus animo ſurrexit, & cum ſanguis eius magno fluxu deflueret, & grauiſſimis vulneribus eſſet ſaucius, curſu turbam pertranſijt, & ſtans ſupra petrã quandam præruptam, & iam exanguis effectus, complexus inteſtina ſua utriſq; manibus proiecit ſupra turbas, inuocans dominatorem uitæ ac ſpiritus, ut hæc illi iterum redderet, atq; ita uita defunctus eſt.

† *cõtẽptus*

NIC. DE LYRA.

¶ *ponitur fœderis violati manifeſtatio factis, & primo in inuaſione Raziæ, ſecundo in impugnatione Iudæ cap. vlt. Circa primum dicitur:* Razias autem quidam de ſeni. *ætate, ſcientia & moribus.*
*a* Delatus eſt Nicano. *i. accuſatus, quòd eſſet amicus & fautor Iudæ.*
*b* Vir amator ciuitatis. *id eſt boni communis.*
*c* Et bene audiens. *pauperes ſicut & diuites ad eos inſtruendum & dirigendum.*
*d* Hic multis tem. *Ex quo patet, quod continentia carnis tempore ueteris teſtamenti fuit laudabilis.*
*e* Putabat enim ſi illum decepiſſet. *alias deperiſſet, pertrahendo ad Gentilem ritum.*
*f* Seſe cladem maximam Iudæis illa. *nam eius exemplo multi fuiſſent ad hoc pertracti.*
*g* Cum iam compr. *i. eſſet prope ad comprehenſionem.*
*h* Gladio ſe pe. *ſeipſum percutiendo,*
*i* Eligens no. po. mo. *Cuius duplex erat cauſa. Vna, ne forte vi tormentorum inclinaretur ad Gentilem ritum, quod erat maximum malum. ideo ſubditur.* D
*k* Quam ſubditus fie. pec. *ipſum ad idololatriam trahere quærentibus. Alia ne in contemptum Dei cæli eius uita in ludibrio haberetur, ſicut Samſon ſe interfecit Iudic. xvi. & Saul. 1. Reg. vlt. vt dictum fuit ibidem. Et in his duobus caſibus dicũt Hebræi, quod non ſolum licitum eſt, ſed etiam meritorium interficere ſeipſum: quia talis interfectio ordinatur in Deum. Si autẽ hoc faciat aliquis propter ſemetipſum, vtpote ad euadendum longum vel grauem cruciatũ, uel infamiam ſui & ſuorũ, ſi moriatur uili morte, hoc ſemper eſt illicitũ. Et vt dicũt aliqui, hoc modo intelligendum eſt dictum Auguſtini quod habetur hic in gloſa quæ talis eſt: His exceptis quos lex iuſta generaliter & ipſe fons iuſtitiæ Deus ſpecialiter occidi iubet, quiſquis hominum vel ſeipſum vel quemlibet alium occiderit, homicidij crimine innectetur. Vnde & ſcriptura libri huius quæ recepta eſt ab eccleſia ad legendum pro informatione morum, non videtur hic Raziam arguere, ſed magis commendare de ſuipſius interfectione. Si autem prædicta non ſufficiunt ad eius excuſationem, poteſt dici quòd fecit hoc per ſpecialem inſtinctum ſpiritusſancti. Omnes enim homines ſunt Deo mortis debitores: quod debitum Deus de quolibet poteſt repetere, quandocunque vult & quomodocunque, vt pote per manum propriam, ſiue per aliam. Cætera patent in litera.*

*Quomodo licitũ eſt alicui ſeipſum interficere* *Aug. de ci. Dei. c. 21.* *Heb. 9. g*

NIC. DE LYRA. CAP. XV.

*Diuiſio*

NIca. au. *Hic conſequenter ponitur manifeſtatio uiolati fęderis in impugnatione Iudæ. Circa qđ ponitur primo belli apparatus, ſecundo conflictus, ibi: Nicanor autem, tertio laudabilis terminus ibi: Cumq; ceſſaſſent. Prima in duas, quia primo ponitur apparatus ex parte Nicanoris, ſecundo ex parte Iudæ Machabæi, ibi: Machabeus autem: Circa primum dicitur.*
*b* Co. die ſab. *i. poteſtate ſua.*
*c* Com. bel. *credens quòd Iudas & ſocij ſui minus ſe defenderent propter quietem diei ſabbati.*
*d* Iudæis ue. *nam ad hoc ſub pęna mortis cogebantur: Dicentibus &c Sequitur.*

¶ *Eſt do-*

CA. XV.

NIcanor autem ut comperit Iudã eſſe in locis Samarię, cogitauit die ſabbati cum omni impetu committere bellum, Iudæis uero qui illum per neceſſitatem ſequebantur dicentibus ne ita crudeliter & barbare feceris, ſed honorem tribue diei ſanctificationis, & ho-

MORALITER.

✻ *a* *Nicanor autem ut com. &c.* Per iſtum qui contemnens actualiter Dei præceptum de obſeruatione ſabbati, præcepit arma ſumi, ſignificantur illi qui actualiter & ex certa malitia contemnunt Dei præcepta, ut ſuam faciant

✻ *uolunta-*

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a *Erat āt hoīs uiſus*. Si quis aūt quæſierit utrum hæc uiſio ad myſterium aliquod referri poſſit? Hoc (ni fallor) in ea ſentire pōt qđ Onias ſacerdos ſacerdotalē ſignificaret ordinē, & Ieremias ꝓphera q interpretať excelſus dñi, ipſum dñm & caput exprimat ꝓphetarū. De quo Moyſes dicit: Prophetam ſuſcitabit uobis dñs de fratrib⁹ ueſtris, ipſum tanq̄ me audietis. Et Iſaias: Quieſcite inquit ab hoīe cuius ſpūs in naribus eius, quia excelſus reputatus eſt ipſe. Sacerdotalis ergo ordo per hoīes qui in templo Dei ſub ve. teſt. diuino officio rite fungebanť, non ſolum ꝓ ppli delictis exorabat, ſed ēt incarnationem mediatoris noſtri futuram demōſtrabat: cuius ope mundus ſaluandus erat: De quo Iohannes Apls in epla ſua ait: Aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt ꝓpitiatio pro peccatis noſtris, & non tm̄ pro peccatis noſtris, ſed etiā pro totius mundi. Hic ergo dedit gladium aureum Iudę, cum diuinam ſcripturam ſenſu ſpiritali fulgentem ad munimen totius eccleſię defenſionemq; populi ſui ſanctis conceſsit doctoribus, quatenus contra hoſtes uniuerſos armatura uterentur cæleſti & hoſtium proſternerent multitudinem.

Ita

nora eum qui uniuerſa conſpicit. At ille infęlix interrogauit, ſi eſt potens in cęlo qui imperauit agi diem ſabbatorum. Et reſpondētibus illis: eſt dñs uiuus, ipſe in cęlo potēs qui iuſſit agi ſeptimā diē. At ille ait: Et ego potēs ſum ſuper terrā, q impero ſumi arma, & negocia regis impleri. Tamē nō obtinuit, vt cōſiliū perficeret. Et Nicanor quidē cū ſumma ſupbia erectus cogitauerat cōmune trophæum ſtatuere de Iuda. Machabęus aūt cōfidebat ſemper cū omni ſpe auxiliū ſibi a Deo affuturū, & hortabatur ſuos ne formidarēt ad aduētū nationū, ſed in mente haberent adiutoria ſibi de cælo facta, & nunc ſperarent ab oīpotente affuturā ſibi victoriā. Et alloquutus eos de lege & prophetis, admonens ēt certamina quæ fecerant prius, promptiores cōſtituit eos: Et ita animis eorū erectis ſimul oſtendebat Gentiū fallaciā: & iuramentorū præuaricationē. Singulos autē eorū armauit nō clypei et haſtę munitione, ſed ſermonibus optimis & exhortationibus expoſito digno fide ſomnio, per quod uniuerſos lætificauit. Erat autē huiuſmodi uiſus. Oniam qui fuerat ſummus ſacerdos uirū bonū & benignum, uerecundū uiſu, modeſtū moribus, & eloquio decorū, & qui a puero in uirtutibus exercitatus ſit, manus protendentem orare pro omni populo Iudęorū. Poſt hoc apparuiſſe & aliū uirum ætate & gloria mirabilem, & magni decoris habitudinem circa illū. Reſpondētem uero Oniam dixiſſe: Hic eſt fratrum amator & populi Iſrael, hic eſt qui multum orat pro populo, & vniuerſa ſancta ciuitate Ieremias propheta Dei. Extendiſſe autē Ieremiam dexteram & dediſſe Iudæ gladiū aureū dicētē: Accipe ſanctū gladiū munus a Deo, in quo deijcies aduerſarios populi mei Iſrael. Exhortati itaq; Iudę ſermonibus bonis ualde, de q̄bus extolli poſſet impetus, & animi iuuenū cōfortari, ſtatuerunt dimicare & cōfligere fortiter, ut uirtus de negocijs iudicaret, eo ꝙ ciuitas ſancta & tēplū periclitarētur. Erat em̄ pro uxoribus & filiis, itemq; pro fratribus & cognatis minor ſolicitudo: maximus uero & primus pro ſāctitate timor erat templi, ſed & eos q in ciuitate erāt nō minima ſolicitudo habebat pro his qui cōgreſſuri erāt. Et cū iā omnes ſperarent iudiciū futurū, hoſteſq; adeſſent, atq; exercitus eſſet ordinatus, beſtiæ equiteſq; opportuno in loco cōpoſiti: cōſiderans Machabæus aduētū multitudinis, & apparatū uariū armorū, ac ferocitatē beſtiarū, extendens manus in cęlū, prodigia facientem dominū inuocauit, qui non ſecundum armorū potentiā, ſed prout ipſi placet, dat dignis victoriam. Dixit aūt inuocans hoc modo: † Tu dñe qui miſiſti angelū tuū ſub Ezechia rege Iuda, & interfeciſti de caſtris Sennacherib cētūoctogintaquinq; milia, & nūc dominator cęlorum mitte angelum tuum bonum ante nos in timore & tremore magnitudinis brachij tui, vt metuant qui cum blaſphemia veniūt aduerſus populū ſanctū tuū. Et hic, qui dē ita perorauit. Nicanor aūt & qui cū eo erant, cum tubis & cāticis admouebant. Iudas uero & qui cum eo erāt, inuocato Deo per orationes cōgreſſi ſunt, manu quidem pugnātes, ſed & dñm cordibus orantes, proſtrauerunt non minus triginta quinq; milia, præſentia Dei magnifice delectati. Cumq; ceſſaſſent et cum gaudio redirēt, cognouerunt Nicanorem ruiſſe cū armis ſuis. Facto itaq; clamore & perturbatione excitata: patria voce omnipotentem dominum benedicebāt. Præcepit aūt Iudas, qui per oīa corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris & manū cū humero abſciſam Ieroſolymā perferri. Quo cum perueniſſet, conuocatis cōtribulibus & ſacerdotibus ad altare, accerſiit & eos q in arce erāt. Et oſtēſo capite Nicanoris, & manu nefaria quā extenderat contra domū ſanctā oīpotentis Dei, magnifice gloriatus eſt. Linguam etiā impij Nicanoris præciſam iuſſit particulatim auibus dari, manū autē dementis cōtra tēplum ſuſpēdi. Omnes igitur cęli benedixerunt dñm dicētes: Benedictus qui locum ſuū incontaminatum cōſeruauit. Suſpēdit autē Nicanoris caput in ſumma arce, vt euidēs eſſet & manifeſtum ſignum auxilij Dei. Itaq; oēs communi cōſilio decreuerunt nullo modo diē iſtū abſq; celebritate præterire: habere autē celebritatem tertiadecima die mēſis Adar, quæ dicitur voce Syriaca, pridie Mardochęi die. Igiť his erga Nicanorē geſtis, & ex illis tpibus ab Hebræis ciuitate poſſeſſa, ego quoq; in his faciā finē ſermonis. Et ſiquidē bene, & vt hiſtoriæ cōpetit, et hoc ipſe velim: ſi autē minus digne, cōcedendū eſt mihi. Sicut enim vinum ſemper bibere aut ſemper aquam contrarium eſt, alternis aūt vti delectabile: ita legentibus ſi ſemper exactus ſit ſermo, nō erit gratus: hic ergo erit cōſummatus.

FINIS.

## NIC. DE LYRA.

a Eſt dominus. agi ſeptimam diem. *ſ. celebrem & quietum, vt habetur Exod. xx.*

b Tamen non ob. ut conſi. *ſ. de captione Iudæ & ſociorum ſuorum diſperſione, ſecundum regis mandatum ca. præceden.*

c Machabeus autem. *Hic conſequēter ponitur apparatus ex parte Iudę, & primo per bonam exhortationem, ſecundo per deuotam orationem, ibi: Et cum iam omnes. Prima in duas quias primo ponitur exhortationis actus, ſecundo effectus, ibi: Exhortati itaque. Prima in duas: quia primo ponitur exhortatio generalis cum dicitur.*

d Confidebat ſemper cum omni ſpe. *ſ. victoriæ affuturæ, non virtute humana, ſed diuina: ideo ſubditur.*

e Et hor. ſuos ne formidarent. *Allegans quòd maius auxilium haberent, ſcilicet diuinum.*

f Sed in mente haberent ad. ſibi facta de cælo. *Et ſic ex beneficijs prę ſtitis ſperarent de præſtandis.*

g Et alloquutus eos de lege &c. *Admonentibus pugnare pro patria & legibus diuinis.*

h Admonens etiam cer. quæ. fecerat prius. *Quorum perderent laudem & meritum ſi fugerent vt effœminati.*

i Simul oſtendebat Gentium fallaciam, & iuramentorum. *ſ. Nicanoris & ſuorum, qui fędus fregerunt iuramento firmatum.*

k Singulos autem. *His conſequenter ponitur exhortatio ſpecialis per expoſitionem cuiuſdam viſionis factæ Iudæ. Cuius ſeries ponitur, cum dicitur.*

l Erat autem huiuſmodi uiſus. *i. uiſio in ſomnis Iudæ oſtenſa.*

m Oniam qui fuerat ſummus ſacerdos: *vt habetur ſupra. iij. ca.*

n Virum bonum. *quantum ad mentis uirtutem.*

o Et benignum. *Erga pauperes.*

p Verecundum uiſu. *i. horrentem omnem turpitudinem.*

q Modeſtum moribus. *i. in omni actu & geſtu.*

r Manus prot. ora. &c. *Supplendum eſt: hoc videbat Iudas in uiſione.*

ſ Poſt hoc apparuiſſe. *Ipſi Iudæ.*

t Et alium uirum ętate & gloria mirabilem &c. *Ipſi Iudę. Et propter hanc admirationem ſubditur.*

u Reſpondentem uero Oniam dixiſſe. *Ipſi Iudæ.*

x Hic eſt fratrum amator &c. *i. Iudæorum: Et ſubditur nomen ſuum, cum dicitur.*

y Ieremias propheta Dei. *Fuit enim vnus de magnis prophetis.*

z Extendiſſe autem Ieremiā dex. *Videbatur enim Iudæ ꝙ Ieremias traderet ſibi gladium, promittens quod aduerſarios deuinceret per ipſum: & per iſtam uiſionem intellexit Iudas affuturam ſibi victoriam, & ſic expoſuit bellatoribus ſuis, vt pręmittitur. Expoſito digno fide ſomnio, id eſt reuelatione diuina in ſomnis facta: ideo iſtud tacetur primo lib. vij. ca. ubi deſcribitur iſtud bellum.*

a Exhortati itaque Iudæ ſermonibus bonis ualde &c. *Hic conſequenter ponitur exhortationis effectus. cū dicitur:* Exhortati itaque Iudæ ſermonibus bo. &c. *Sequitur.*

b Statuerunt dimic. *conſtanter & ſtrenue.*

c Vt uirtus de negocijs iudicaret. *id eſt ut fortitudo bellantium litem inter eos & aduerſarios dirimeret.*

d Erat enim pro uxoribus & filijs, itemque pro fratribus. *Minus enim timebant de morte propria & ſuorum, quàm de violatione templi in contemptum Dei.*

f Et cum iam omnes ſperarent iudicium futurum &c. *Hic conſequenter ponitur apparatus per orationem deuotam, & primo ponitur orandi neceſſitas, cum dicitur:* Et cum iam omnes ſperarent iudicium futurum. *i. prœlium, contentionem determinans Iudæ & aduerſariorum.*

Hoſteſque

## MORALITER.

✱ voluntatem. Per Iudam Machabæum qui cum Nicanore pugnaturus armauit ſuos optimis ſermonibus, oſtenditur, quòd bonus dux tam in ſpiritualibus quam in corporalibus debet ſuos ſubditos monere, & munire exhortationibus ſanctis & bonorum operum exemplis.

l *Erat autem huiuſmodi uiſus*. per hoc quod Onias pontifex apparuit protendens manū in cælum orando pro populo Iudæorum ſignificatur quòd quilibet bonus pontifex & curatus in oratione debet eſſe aſſiduus orando deuote pro populo Chriſtiano. Per Ieremiam prophetam ſignificatur dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui Luc. vij. c. dicitur propheta magnus: & ipſe dat Iudæ gladium aureum, id eſt prælato uel doctori ſacram ſcripturam, quæ ſecundum Apoſtolum Epheſi. vj. dicitur gladius. Et gladium ſpiritus quod eſt uerbum Dei. Dicitur autem aureus charitate, quæ finis eſt totius ſacræ ſcripturæ. j. Timoth. j. a. Finis præcepti eſt charitas. Et Matt. xxij. d. dicitur, quòd in duobus præceptis charitatis tota lex pendet & prophetæ. Charitas autem quæ maior eſt cæteris virtutibus, per aurum ſignificatur, quod precioſius eſt alijs metallis. In hoc autem gladio per prælatos & doctores cum auxilio diuinæ gratiæ deijciuntur aduerſarij tam viſibiles quàm inuiſibiles fidei Chriſtianæ.

c *Sed & eos qui in ciuitate erant non minima &c.* Per hoc oſtenditur, quod inferiores populi debent ſollicite pro prælatis & doctoribus dominum exorare, qui pugnat fideliter pro ſua & populi ſalute.

✱ Præcepit



a *Itaq; omnes com. &c.* Narrat liber Eſther, ꝙ Aman Agagite ſuadente, rex Aſſuerus iuſſit omnes Iudæos in regno ſuo interfici, & ad hanc necem conficiendam decreta fuit dies. xiij. menſis. xij. qui uocatur Adar: bonaque eorum diripi. ſed domini nutu eadem ſententia conuerſa eſt in percuſſores eorum, ita ut memoratus rex mediāte Mardochæo Iudæo poſt veteres conſcriptiones nouis epiſtolis miſsis mandaret, ut Iudæi ipſo die quo ſibi ab hoſtibus ſuis occiſio parabatur, illi hoſtes ac perſecutores ſuos interficerent. Quod & fecerūt in tertiadecima & quartadecima eiuſdem mēſis die, de quo in eadem hiſtoria ſcriptum eſt ita: Dies tertiuſdecimus menſis Adar vnus apud omnes interfectionis fuit, & xiiij. die cedere deſierunt, quē conſtituerunt eſſe ſolēnem, ut in eo deinceps omni tempore uacarēt epulis, gaudio atque conuiuijs. Vnde modo ſcriptum eſt, ꝙ interfecto Nicanore & manifeſte auxilio Dei oſtēſo, omnes Iudæi communi cōſilio decreuerunt tertiamdecimam diem menſis Adar, qui voce Syriaca pridie Mardochæi dies dicitur, omni tempore ſolennem habere, & ita hæ duæ ſolennitates inuicem ſibi conueniebant. Hoc eſt iſta quæ in Machabæorum, & illa quæ in Eſther legitur, ut in tertiadecima die & in quartadecima mēſis Adar habitæ pariter iungerentur.

## NIC. DE LYRA.

a Hoſteſque adeſſent. *de propinquo.*

b Atque exercitus. *Nicanoris.*

c Eſſet ordinatus. *ſecundum militarem diſciplinam.*

d Conſiderans Machabæus aduentum multitudinis, &c. *uidens ſe nō poſſe reſiſtere uirtute humana.*

e Extendens manus in cæ. *inuocans diuinum auxilium.*

f Tu do. qui miſiſti ange. tu. ſub Ezec. re. Iu. &c. *Hæc hiſtoria habetur. iiij. Regum. xix.*

g Nicanor autem. *Præmiſſo apparatu, hic conſequenter ponitur conflictus, qui erat ex parte Nicanoris proteruus & ſuperbus, & pompoſus. ideo ſubditur:*

h Cum tubis & ca. admouebāt. *i. applicabant ad congreſſum ita lętanter ac ſi Iudam & ſocios ſuos iā tenerent comprehenſos. ex parte uero Iudæ humilis et deuotus, ideo ſubditur:*

i Manu &c. *pugnante in eis Dei dextera, ideo ſubditur:* Præſentia Dei &c.

k Cumque ceſſaſſent. *Hic conſequenter ponitur laudabilis terminus. primo in gratiarum actione: ſecundo, in celebritatis inſtitutione, ibi: Itaque omnes. Circa primum primo ponitur laus diuina uerbo, & patet. Secundo, facto, cū dicitur:*

l Præcepit au. Iu. &c. *Motus. n. aīi fortis redundat ad mēbra corporis.*

m Caput Nicanoris & manum cum humero abſciſam Ieroſolymam perferri. *ſicut Dauid ad Dei laudem ibi portauit caput Goliath Philiſthæi. 1. Regum. xviij.*

n Ad altare. *ad offerendum Deo ſacrificium.*

o Accerſijt & eos qui in arce erant. Et oſt. ca. Ni. *ad eos deterrendū.*

p Linguam etiam impij Nicanoris &c. iuſſit particulatim auibus dari. *propter blaſphemiam ab eo prolatam. Cætera patent.*

q Itaque omnes communi conſilio decreuerunt nullo modo diē iſtum abſque celebritate præterire &c. *Hic conſequenter ponitur celebritatis inſtitutio pro dicta uictoria: Et patet litera. Notandum tamen, quòd hic non fit aliqua mentio de inuitatione Iudæorum in Aegypto habitantium ad huius ſolemnitatis obſeruantiam, ſimiliter nec primo libro cap. vij. vbi de hac ſolemnitate fit mentio. Propter quod non uidentur bene dicere illi, qui dicunt, ꝙ poſitum eſt a principio tertij cap. huius ſecundi libri vſque huc, poſitum eſt principaliter ad incitandum Iudæos in Aegypto habitantes ad obſeruationem huius ſolennitatis. propter quod proceſſus quē tenui videtur mihi conſonus literę huius libri.*

r Igitur. *Hic in fine ponitur breuis epilogatio circa prædicta. Et patet litera vſque ibi:*

ſ Ita legentibus ſi ſemper exact. *i. diſquiſitus vſq; ad partes ſingulas, qualis eſt ſermo hiſtoricus, cui competit partes ſingulas diligenter inquirere, ut dictum eſt ſupra ca. ij.*

t Non erit gratus. *propter prolixitatem ſcripturæ, & vnitatem materiæ, quæ ſolent faſtidium generare, ſed ſermo abbreuiatus (qualis eſt in hoc ſecundo libro, qui eſt quædam hiſtoriarum abreuiatio, vt ibidem dictū fuit) eſt magis delectabilis: propter quod ibidem dicitur, ut legentibus ſit animi oblectatio &c.*

u Hic ergo erit conſummatus. *ſecundum illud Iſa. decimo. f. Cōſummationem & abbreuiationem dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ: quod fecit per impletionem myſterij verbi incarnati, cui cum patre & ſpirituſancto ſit honor et gloria in ſecula ſeculorum, Amen.*

## MORALITER.

✱ l *Præcepit autē Iudas, qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus, caput Nicanoris & manum cum humero abſciſam Ieroſolymam perferri.* Per hoc autem ꝙ lingua Nicanoris fuit præciſa & particulatim auib. data, ſignificatur ꝙ anima blaſphemi ſit a dęmonibus grauiter punienda, qui nominantur aues Matt. xiij. a. in parabola ſeminantis. Per hoc autem, ꝙ manus Nicanoris cum humero fuit præciſa & contra tēplum ſuſpenſa: ſignificatur ꝙ poteſtas ſuperbi qua impie vtitur (ſaltem in morte ſi non ante deficit) & eius anima inferni patibulo condemnatur. Per hoc autem, quòd hæc uictoria inſtituta fuit ſolenniter celebrari, oſtenditur quòd pro uictoria contra diabolum habita deberent a populo Chriſtiano laudes & gratiæ Chriſto perſolui: Cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorū, Amē.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES



# VENETIIS, MDLXXXVII.

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES



VENETIIS, M.D.LXXXVII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

VNIVERSID
DE SAL

VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES